


SYNTAGMATIS
IVRIS VNIVERSI
PARS SECVNDA.



Vbi de Personis, iuribus, & potestate earum agitur.

Auctore PETRO GREGORIO Tholosano, Iuris utriusq; Doctore, & olim
in Academijs Cadurcensi & Tholosana professore, nunc vero
in Lotharingica Pontinussana eorundem
Iurium professore & decano.

Hæc secunda editio prodit nunc primùm in publicum pluribus in locis,
ex auctoris recognitione, auctior & emendatior.



LVGDVNI,

APVD IOANNEM PILLEHÖTTE.
SVB SIGNO NOMINIS IESV.

M. D. XCVII.

Cum Privilegijs Cæsareæ Maiestatis, & Regis Galliarum Christianissimæ.


SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI PARS SECVNDA.



Vbi de Personis, iuribus, & potestate earum agitur.

Auctore PETRO GREGORIO Tholosano, Iuris utriusq; Doctore, & olim
in Academijs Cadurcensi & Tholosana professore, nunc vero
in Lotharingica Pontimussana eorundem
Iurium professore & decano.

Hæc secunda editio prodit nunc primùm in publicum pluribus in locis,
ex auctoris recognitione, auctior & emendatior.




LVGDVNI,

APVD IOANNEM PILLEHÖTTE.
SVB SIGNO NOMINIS IESV.

M. D. XCVII.

Cum Privilegijs Cæsareis, & Regis Galliarum Christianissimæ.



SYNTAGMATIS IVRIS VNIVERSI SECUNDA PARS.

DE PERSONIS, ET PRIMVM, De statu personarum naturali, LIBER VII.

De homine & personis in genere. Caput. I.

- 1 Continuatio libri.
- 2 Quare prius de rebus, quam de personis diximus, contra Iustiniani ordinem.
- 3 Homo omnium rerum creatarum particeps.
- 4 Persona nomen quid contineat & quid significet: & quid πρῶτον apud Græcos.
- 5 Personalia qua dicantur.
- 6 Homo duplex, externus & internus.
- 7 Personatus quid.
- 8 Persona pro proprietate diuina.
- 9 Hominis appellatio ad utrumque sexum, masculi & femina, pertinet.
- 10 In utero existentes nondum nati, homines an dicantur.
- 11 Qui in utero est, pro nato habetur.

EXPLICATA rerum corporalium & incorporearum præcipua substantia, & distinctione, rectè subnectitur personarum tractatio. Nam mixta quadam est species homo, qui componatur ex parte incorporeali, nempe ex anima intellectuali, & rationali, & ex corpore physico & palpabili: aliter sine anima non homo, ut ait D. Augustinus^a, Cyrillus Hierosol.^b Arnobius,^c Plato^d, & alij.

Et mea sententia ordo hic probati debet magis, quam Iustinianus, qui à personis voluit initium iuris tractationis facere: eò quòd eorum causa ius omne constitutum diceret: secutus hac in re Hermogenem Iurisc.^e vel rursus cum Paulo^f, dignitate, ut verum est, hominem ceteris excellere rebus: & idèd à personis, ut à dignioribus esse incipiendum: facilius tamen via discendi à primis & simplicibus ad còposita ascendere. Sicuti & in Geneti rerum^g, primùm res corporales & incorporales opere sex dierum creatæ atque distinctæ fuerunt, postea verò homo

creatus, veluti rerum ferè omnium, quæ procedebat aliquomodo particeps. Nã, ut ait Horatius:
*Fertur, inquit, Prometheus, i. prouidentia, ad-
dere principi. i. homini.
Limo coactus particulam undique
Defectam, & insani leonis
Vim stomacho apposuisse nostro.*

Sicuti & iurifconsulti tradunt^k, hominum causa omnia constituta. Porro personæ nomen, pro homine in indiuiduo, apud Latini etiã sermone probos auctores receptum est nõ aliter quàm in tit. P. de iure personarum: veluti apud Celsum^l medicum, nemo, inquit, in splendida persona periclitari voluerit coniectura sua, ne si non seruassit occidisse videretur. Eo modo dicimus personam vicem hereditatis sustinere^m: & patris & filij pro eadem haberi personaⁿ: pactum personale, quod adheret homini in indiuiduo^o, & sic de similibus. Dicunt Græci πρῶτον personam aliquãdo, ut apud Phocilidem ἀδίκως μὴ κείνη πρῶτον, non indicabis iniuste hominem. Et apud D. Paulum^p, προσσωπολησία, personarum acceptio, & q. inquit, ἐστὶ προσσωπολησία παρὰ θεῶν, id est, non est personarum acceptio apud Deum. Propriè tamen Græcis προσσωπον id in homine, τὸ πρὸς τοῖς ὀφθαλμοῖς, quod est circa oculos, quod apparet ex homine. Et ut ait Iulius Pollux^q, τὸ ὑπὸ τῷ μετώπῳ, i. quod fronti subest. Ita & Gellius, sicuti quidam, inquit, faciem esse hominis putant os tantum, & genas quod Græci πρῶτον dicunt, unde vultuum similitudines conficte, sine larua persona & τὰ πρῶτα dicunt^r. Ut existimem personalia illa dici, quæ attributa homini dicere possumus, circumstantias, qualitates tum animi, tum corporis, sed potissimum externæ corporis, ut apud D. Lucam^s, οἰδμεν ὅτι ὁρῶντες λέγειν ἢ δίδασκειν, ἢ λαμβάνειν πρῶτον, id est, sciuntus quia rectè dicis & doces, & non accipis personam. Eritq; duplex homo, & is qui foris est nosset homo, ut ait D. Paulus^t, apprens in facie & persona cum sua qualitate: & ille qui interior, anima inquam & spiritus intellectualis, qui pro forma hominis est, ut suo loco docuimus in tractatu hominis. Vnde & dignitas & honor, & omne quod hominibus impositum externam notam, & veluti

i Horat. lib. i. carm. ode 16.

k Caius, l. in pecudi, l. 28. de vsu. li. 2. P. tit. 1. 8. in pecudum, de rer. di. tit. 1. 2. Instit. iur. ciuil. tit. 1. l. Cels. in pos. li. 1. Medicin. m. l. hereditas, l. 34. de acquir. rer. dom. li. 4. P. tit. 1. n. l. fin. de impub. li. 6. C. o. l. iurifconsultum, s. pactorum, de pact. li. 2. P. tit. 14. p ad Roman. c. 1.

q Iul. Pollux, li. 2. Onomast. c. dum tractat πρῶτον ἢ λαμβάνειν πρῶτον.

s Luca, 20. vers. 21.

t 2. Cor. tit. 4. d. D. Basilus, in sermone in principi. pro uerbio uan.

a lib. Quæstio. in Exodi, & in q. veter. & noui testam. in c. quod verò, & ca. Moyse, 32. q. 2. cap. si quis obiecerit, l. q. 1.
b Cathedra
c Arnob. 2. con. gentes. d Plat. in Cratyllo.
e de iure natur. ap. Iustin. f l. 2. de stat. hom. li. P. tit. 5. g Iustinianus, l. 44. de adilit. edit. lib. 2. l. P. tit. 1.
h Gen. 1.

a capitularib. legib. quas ad de re legib. l. 6 go bardo rupa cuit. c. 5. fol. 132.

b in legib. Salic. tit. de debi litatib. §. 17. r. 29. 20.

c lib. 2. rer. Lydarum. d lib. 12. Dipnofo. c. 12. e Herod. li. 2.

f Xenoph. lib. 7. Fedic. Cyri. g Genes. c. 19. & 20. h Heter. c. 1. i Ammia. Mar cell. li. 16. Hif. k Ammia. Mar cell. li. 18.

l si feruus feruum. l. 38. s. est pueri. ad l. Aquil. lib. 9. F. tit. 2. m Accur. in d. §. est pueri.

n l. fin autem. l. 7. de adilit. edit. lib. 21. P. tit. 1.

o Aristo. Problema. sect. 10. q. 38. 39. 40. & li. 2. de genera. animal. c. 2. p Galen. in 6. liapho. Hippo crat. aphor. 33. q Lucian. in Eunuchio. r Plin. li. 13. c. 4.

s Strabo. libr. 24. Geogr. t Lucia. in dia log. de Syria dea.

Carolus Magnus in capitularibus legibus a, sic statuit de Mancatione qualibet, si quis alteri presumptione sua vel sponte castrauerit, & ei ambos testiculos amputauerit, integrum vniuersum suum iuxta conditionem persona componat: si virgata absciderit, similiter: si unum testiculorum, medietatem soluat. Et in legibus Salicis b, si quis ingenuum castrauerit, aut virilia transcapolauerit, unde mancus sit, 4000. denariis, qui faciunt solidos centum culpabilis indicetur: si vero ex integro tulerit virilia 8000. denarij, qui faciunt solidos ducentos: Si Saleucus Salenciu castrauerit, totidem praebeat: si quis antrusionem castrauerit 24000. denariis, qui faciunt solidos 600. excepta medicatura, quae 9. solidis componatur. Notandum tamen in eunuchos non semper neque vbiq; seueram fuisse legem: sunt enim nationum mores diuersi, & quodlibet seculum habet & fouet quaedam, quae preteritis displicuerunt, & a sequentibus admittuntur. Et quidam voluptatis causa habuerunt Eunuchos, vt Nero Sporum. imò & eunuchas, vt Lydij. Xathus enim refert c primum Lydorum regem Andramytem, mulieres eunuchas effecisse, illque loco virorum eunuchorum vsum fuisse, teste Athenaeo d. Sed & vt scribit Herodotus Halicar. e apud Barbaros pretiosiores eunuchos fuisse constat illis, qui non fuissent castrati, in omni genere, fidei gratia. Quam obrem & ob fidem eorum habuerunt principes ex illis σωμαποφύλακας, custodes scilicet corporis, vt Cyrus teste Xenophonte f, Rex Aegypti g, Assyriorum h. Erat Iuliano Caesari Eucherius spado eximia fidei praefectus cubicularius i. Eunuchi quippe feri & acidi semper, carentes necessitudinibus caeteris, vt ait Marcellinus k, acerrimi custodes existimati potissimum matronarum, cum quibus concumbere non possent, quibusque ex peditiis, quam ancillae possent obtemperare, vt inde aliquibus δυνεχος dictus videatur. m n πλω δυνω έχων η επιμαλίδης, quoniam videlicet ad cubilium & gynaeceorum custodiam & curam comparari solerent, aliis εδ πω έχων, a bona mente, eò quod uenere, quae mentem adimere solet, careant. Quamquam melius ab Eustathio dicantur quasi εδνιν δχετας a priuatione vel viduitate testiculorum. Et alicubi Vlpianus l per castrationem, puerum pretiosorem fieri dixit: est iniuria in eo fiat. Quod Accurf. m intelligit, habito respectu locorum & opinionis, vt in Apulia pretiosior sit non autem in Italia. Neque etiam re ipsa & in se sunt pretiosiores, sed ratione vsus alterius: Nam spado, cui ta necessaria pars corporis abest, morbosus est, vt admittatur in eius redhibitione adilium curulinm edictum ex sententia Pauli Iurif. conf. n Et ex Aristotele o, & Galeno p constat ex viro in foemina naturam castratione mutari, vocem fieri tenuem, corpus imbecillum, crura putrida. Verum tamen fuerunt ex grege horum eunuchorum, sicuti & aliorum praestantes viri, qualis Hermeas ille Acarne oriundus tyrannus, quem supra modum est admiratus Aristoteles, adeo vt ei perinde ac Deo sacrificauerit, si credamus Luciano q, Regnauerunt & in Perfide spadones olim, vt author Plinius r. Atque sacerdotes Dianae Ephesine erant eunuchi, qui μεγαλίστοι dicebantur, ac semper aliqui accerserentur digni tali praefectura & in honore maximo habebantur, cum quibus & virgines aliquot sacras esse oportebat, vt narrat Strabo s. Refert & Lucianus t tales fuisse sacerdotes dictos Gallos, quorum originem refert ad Combabem perpulchrum archi-

rectum, qui missus ab Assyriorum rege cum Strattonice regis vxore in Babyloniam ad aedificium paragendum, ne in zelotypiam regis incidere vel suspicionem adulterij, seipsum castrauit: eumque postea multi nobiles imitati sunt. Estque interdum vile habere huiusmodi vitiosos & morbosos domi, propter dominas forte, vt ait Accurfius v. Sed fatius mentem castrare, quam membra quae voluntate delinquant, vt Dominus dicebat quosdam se castrasse propter verbum Dei x. Et apud Athenienses εσποδωντας sacerdotes, vt castius sacra praelegerent, tradunt sorbitione cicutae solitos seipso castrare y. Verus tamen modus castrandi in voluntate circuncidenda est. Nam alij raro ad bonam frugem peruenere eunuchi, etsi aliquando fuerint boni: nam ministrariis ferè vilibus & turpibus erant deputati. Sic Lampridius z meminit Alexandrum Seuerum eunuchos, quos Helio gabalus & in consiliis turpibus habebat & promouebat, donasse amicis addito elogio, vt si non rediissent ad bonos mores, eosdem liceret occidi sine auctoritate iudicij. Et apud Francos lege Salica, serui qui quidpiam valens quadraginta denarios furati essent, castrari iubebantur in poenam, vel 240. denarios, qui faciunt sex solidos, reddere a. Et rursus alia lege b, seruus qui cum aliena ancilla moechatus fuerit, ea mortua castratur, vel 240. denarios id. solidos sex praebet. Porro quae de eunuchis dicta sunt, intelligenda c sunt de triplici eorum specie, in triplici namque sunt differentia, vt monuit Theophilus in iuris ciuilibus Institutionibus d: Quidam enim sunt spadones, alij Thlibia, alij castrati. Spadones proprie qui steriles nascuntur & frigidi & impotentes natura, vel propter aliquod vitium ad coitum, vt ait Aristoteles e, & Deus ipse annotauit, e, & summi potestates f: vnde Columella g per translationem, arboris surculos fructum non ferentes spadones nominat. Dicere tamen possemus spadones melius ab eymo proprie eos, quibus cremastreres vel colei euulsi sunt, a verbo σπῶν euello, cui consentit Vlpianus h. Obtinuit tamè apud Theophilum, vt ij tantum, quos natura vel vitium reddit coitui inutiles, spadones proprie dicantur: etsi spadonum generalis sit appellatio, continens tam eos qui natura spadones sunt, quam Thlibias & Thlasias. & si quod aliud genus spadonum sit ex Vlpiani responso i. Thlibia, sunt eunuchi, quibus a nutrice vel forsit a matre extriti sunt testiculi k: eunuchi inquam facti xj δαδων, id est, per compressionem, quando relaxatis membris infantium aqua calida digitis testiculi comprimebantur, vsque dum abolerentur & euanelcerent, vt notat Paulus Aegynta l. Castrati, sunt quibus exsecta sunt membra virilia m. Sic enim distinguit Vlpianus n spadonem naturae, ab spadone castrato, dū de matrimonio agitur & dote, vt cum illo possit esse matrimonium & dos: quia vitium & frigiditas naturae possit emendari: cum hoc nequaquam, qui omnino est impotens, hoc modo quoque distinguit o, dum de institutione posthumi ab spadone facta agit, vt ille instituere possit, hic nullo modo. Accedere potest aliud genus castratorum eunuchorum, quibus amputabatur penis & colei, quos Luithprandus p vocare Carfamatia Græcos ait. Istis alij eunuchi q addi possunt, spirituales dicti, qui se castrauerunt propter verbum Dei r, id est qui abstinere perpetuo a concubitu foeminarum, vt liberius Deo seruiant. De quibus & loquitur Elias s, haec dicit, inquit

v Accurf. l. 1. fin autem, in verbo morbo fas, de adilit. edit. in P. x Matthai, 29.

y D. Hierony. Ciuil. li. 9. de honest. d. 1. p. c. 30.

z Lamp. in Alex. Seuers.

a in li. leg. Salic. tit. 13. de furt. seru. §. 2. b eod. lib. tit. 29. de adulter. ancillar. §. 6.

c s. sed & eunuchi, de adop. l. 1. tit. 1. inf. tit. 1. §. sed & illud, eod. tit. ap. Iustinian. d. Aristo. lib. 2. de gener. animal. c. 5. e Math. 19. j f Alex. in c. 8. §. 3. & tot. tit. de frig. & malef. li. 4. Decretal. tit. 17. g Columel. li. 1. de rer. ubi agit de arbor. h Vlpian. l. 4. §. idem d. Adrianus, ad l. Cornel. de fcar. li. 48. P. tit. 8.

i l. spadonum, l. 1. §. de verb. sign. li. 50. P. l. d. §. sed & illud, de adop.

l Paul. Aegin. li. 6. vbi agit de illis.

m d. §. sed & illud, de adop. n Vlpian. in l. si serua, l. 40. §. si spadonum, de iur. dot. li. 23. P. tit. 3. o in l. sed & questum, l. 6. de lib. & post. hum. lib. 28. P. tit. 3. p Luithprand. li. 6. de reb. per Europā gesti. c. 3. q Matthai, capitul. 19.

r c. 56. Eftaz.

inquit dominus, eunuchis, id est, continentibus, qui custodierint Sabbatha mea, & tenuerint fadus meum, dabo eis locum in domo mea &c. verba quippe illa euangelica intelligenda sunt de eunuchis spiritualiter, non simpliciter ad literam a. In quo deceptus fuit Origenes, qui ad literam intelligens illa verba, sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter verbum Dei, seipsum castrauit, vt narrat Nicephorus Calistus b, quod tamen non refert D. Hieronymus c in eius vita. Monebo etiā obiter, interdum per similitudinem castratus eunuchos dictos fuisse eos, qui quidem vxores habebant, vel habere poterant, sed qui castè viuebant, vt digni essent quibus regia custodia, & marionem comitterentur, & talem fuisse existimat glossa d ordinaria Geneleos. Putipharem eunuchum Pharaonis, cui venditus a fratribus Ioseph fuit, qui vxorem habebat, quae calumniata est Iosephum e. quamquam existimarem rectius dicendum Eunuchos quosdam esse qui coire possint cum mulieribus, etsi non possint generare, eo quod seminaria vasa amiserint. Et eò pertinere puta epigramma Martialis f.

Cur tantum eunuchos habeat tua Gellia, quæris Pannice? vult futuri Gellia, non parere: Id poterit etiam illustrare, quod refert Philostratus lib. 1. de vita Apollonij Thianei. Apollonium consultum a rege Babylonis de pœna imponenda eunuchis, qui deprehensus fuisset vna cum regis pellicibus, cubans, respondisse, grauiorem pœnâ pro grauiusimo hoc crimine non posse imponi, quam vt perpetuo carcere constrictus, viueret, quam obrem & eunuchos vxores duxisse cõperum habemus, & morem huc perseuerasse in imperio quoque Romano, donec edictum hoc matrimonium prohibens larum fuit a Leone Caesare, quod extat in nouella 98. nouellarum Leonis. Er hæc hæctenus dicta sint de prima & naturali diuisione & distinctione hominis & personarum.

De alia generali, & naturali hominum distinctione. Cap. 3.

- 1 Noua hominum Paracelsi distinctio, in Adamicos & non Adamicos.
2 Hominum non Adamicorum quatuor genera. De Nymphis seu Sylphis, Pygmaeis, syluestribus.
3 Homines marini vel syluestres, non proprie homines.
4 Tritones & Nereides in mari apparentes.
5 Sirenes quæ animalia.
6 Satyrus syluester, num homo &c.
7 Sphinx, num monstrum humanum, an animal.
8 Hypocentaurus quod animal.
9 Monstra hominum in India & alibi belluina, eorum abominabili cum feris commixtione.
10 Pygmaei homines sint, & quales.
11 Hominum figura ubi obuia & euanescentes.
12 Lilithini & demones abortiu, ex semine hominis Iudaica stultitia.
13 De fatidicis mulieribus, quas vocant fees.



Liam hominum distinctionem & differantiam præter antiquorum omnium sententiam nuper docuit Theophrastus Paracelsus in Philosophia

magna tractatu primo libri De homunculis: distribui namque homines in Adamicos, & non Adamicos, quos spirituales dicit, Adamicos anima & corpore constare autumat, & animam post corporis solutionem in illis viuẽntem & immortalem relinqui, & tales nos esse. Non Adamicos dicit, qui per propagationem non sunt ab Adamo nec verè homines, licet homines existimemus, sed distincta natura ab hominibus, & animalibus reliquis, habentes hominis similitudinem, quorum tamen natura corrumpatur & putrescat, verum animam post se non relinquẽntes superstitem. Horum non Adamicorum quatuor genera constituit, secundum loca in quibus habitant & apparent, ex aquis, aere, moribus, & igne. Et in tractatu 2. eius libri, in aquis commorantes Nymphas vel Vndenas vocat: in terra Pygmaeos: in igne Salamandras vel Vulcanios: in aere, syluestres: etsi in montibus, gnomos. Et alia quaedam potius sibi persuasa, quam vt purem vera, in eodem compendio magna Philosophia tradit. In fragmento libri de sanguine post mortem, dum ait Nymphas, quæ ex genere Pygmaeorum sunt, vetusto nomine Sylphes dictas, agi a daemonibus in arbores, & cum incisione illarum sanguinem emittere, & similia quaedam noua verè, & magna ex parte fictitia. Apparent enim huiusmodi figurae vel per imposturas demonum, qui se transfigurant corpore formato ex aere in has laruas, vel etiam ex voluntate Dei manes apparent, vt tuemur in libris, De immortalitate animæ. Vel si inueniantur marini vel syluestres homines, illi non proprie homines dicendi sunt, vt etiam dixit Paracelsus, sed vel monstra, vel animalia bruta, & ex omni parte mortalia, quæ quidem aliquando apparuerunt & comprehensa sunt. Refert namque Nicephorus Calisti g anno 9. Imperij Mauricij, Mena praefecto Aegypti existente & illam gubernante, eundem Menam vidisse in Nili fluminis alueo, repente prodeuntem virum vel animal, vultu giganteo, aspectu graui, capillo subplano, & canis resperfo, pectore ingenti, dorso & brachijs heroicis quiddam præ se ferens, pube tenus ex vndis subsiliens, & quod is homo adiuratus vt si homo esset diutius se ostenderet, diutius apparuerit: atque tertio die aliud etiã animal muliebri forma ex vndis emerfisse. Nam vultus leuitas, coma prolixitas, nec non reliqua corporis constitutio, & capilli partim complicati, partim soluti, formæque splendore foemina esse denunciabat, idque pectore tenus apparentibus mamillis. Apparuisse etiam hos Tritones & Nereides in mari saepe refert Plinius h. Ludouicus Viues etiam narrat suis temporibus apparuisse apud Battaos hominem marinum, qui etiam supra duos annos ab hominibus detentus esset, cœpisset vè fari, verum bis pestilentia afflictum, in mare remisum gaudentem & exilientem. Ferunt & esse quaedam monstra marina Sirenes dictas, superiori sui parte virginis formam referentes, inferiore in piscis vel serpentis caudam desinentes, Monstra maris, vt ait Ouidius, Sirenes erant, quæ voce canora Quasi libet admittas detinuerat rates.

De quibus commentaria latè in Ouidij i Metamorphosim, & Serui in Virgilio k, & Home- rus in Odysea l. Et aliàs in syluis apparuisse Satyrum D. Antonio heremite testis est grauis author

a D. Hierony. & gloss. ordinaria in c. Etiaz.

b Niceph. Calisti, li. 5. Histo. eccl. c. 8. c in Catalog. eccles. fasticor. script. vita 64.

d glo. ad c. 37. Genes.

e Gen. c. 39.

f Martialis. 66. li. 6. ad Panniceum.

g Niceph. Cal. libras. Histo. eccl. c. 36.

h Plin. libr. 9. histor. natur. c. 5.

i lib. 3.

k lib. 3. Aenei. l. Odysea, 11.

a Hierony. in vita Pauli heremita.

b I. non sūt li. beri, de ita. ho. mi. in f. l. ostē. tum. de verb. signifi. l. quod cerarum de posthumis, hæ. red. lib. c. c. tit. 29. c. Nicepho. li. 9. histo. eccle. siast. c. 19. d. Plini. libr. 8. c. 21. e. Diod. libr. 5. Biblioth. c. 6. f. Hierony. in vita Pauli heremi. g. Plini. libr. 7. cap. 3. h. Cic. 2. de na. deor. i. Strab. lib. 15. geograph. k. Plin. li. 7. c. 2. vbi tractat de monstris figuris hominū. l. Gen. 19. m. Exod. c. 32. n. Philo Iudæ. lib. de specia. lib. legi.

Hieronymus homunculum, inquam: aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat, eumque cum Antonio locutū fuisse & dixisse interrogatum, mortalis ego sum, & unus ex accolis heremi, quos vario errore delusa gentilitas Faunos Satyrōsque & incubos vocans colit: precamur ut communem Deum pro nobis depreceris, &c. Si sit tamen libera sententia, non dubito hos vel inter monstra hominum, vel inter animalia annumerare: sicuti & Sphingem, quam Nicephorus Calisti scribit habuisse mammam & corpus muliebrem & faciem rotundam in eandem formam inclinante, voce humana, sed non articulata. Meminit & Plinius, qui inter species simiarum constituit. Et si Diodorus monstrum dicat. Sunt & inter monstra hominum hypocentauri, quorum unum apparuisse in heremo eidem D. Antonio scribit etiam Hieronymus, media anteriore parte hominem, posteriori equum. Et Plinius se vidisse sub Claudio Cæsaris in principatu in melle conditū ex Agypto delatum testatur: Quamuis Cicero inter aniles fabulas cetauros & chimæras habeat. Sunt & alia his similia monstra humana in India apud Strabonem, quæ ut Plinius author est, potissimum in India nascuntur. Quod viri Indorū sceleratissimi quidam cum feris coeant, & inde mixtos & semiferos esse partus, quod valde abominabile est & detestationis vindictæque septem civitatum Sodomitarum dignum, seu erè à Deo propria lege prohibitum, adhibita capitali supplicij vltimi pœna. Eadē sentit & Philo Iudæus in

aliis alibi natis monstris. Bonifacius Simoneta pariter speciem hominum, sed rationis vfu carentium constituit Pygmaeos, qui vitra Aegyptum circa originem Nili habitant, in tertio anno generant, in octavo senescunt, non verecundiam, non iustitiam, non honestatem colentes: genus tamen hominum pusillum quamuis dicat Aristoteles, quod pugnat cum gruibus, nec fabulosum, sicuti & firmat Plinius, & Philostratus. Refert & Plinius, in Africæ solitudinibus hominum species obuias subinde fieri, & momēto evanescere. Ferūt & Rabinorū deliramenta, ex feminis Adami & aliorum hominum pollutione collecta à dæmonibus, dæmones quosdam abortiuos nasci, quos vocant Faunos seu Lilitim, abortiuus parvulus similes: qui & nascētibz pueris insidiantur, & mortuo eo ex cuius spermate fuerunt compacti, ad cadaver eius cōcurrere, & illud polluerent, nisi arceantur. Et hæc sunt de illis fabulæ Iudaicæ. Omitto hinc recensere somnia vanissima quorūdam vulgarium scriptorum, qui rati sunt quasdam mulieres compertas fatidicas, quas dicunt Fees. Viros quoque qui quæve perpetuis deliciis fruuntur abundè in hoc seculo, alicubi in vltimum vsque diem generalis iudicij, quo damnatione aterna ad inferos detrudentur perpetuis suppliciis cruciadi cruciandaue. Hæc enim sunt cum nugis & gerris anilibus auerruncada, vt falsissima, vel si quid habuerint ostenti, vt dæmonica spectra & impiissima & fortilega ignibus tradenda, ne vestigia inter probos aut improbos vniquam remaneant.

o Bonif. lib. 4. epist. c. 10.

p Aristot. li. 8. histo. animal. c. 12. q Plin. li. 10. c. 23. & li. 7. c. 2. r Philostrat. li. de Iconibus in Hercule dormient. s li. 7. c. 2. t Mysterus, in li. qui Mesath. dicitur Christianorum prope principij.

v vt narrat de spelunca Sibyllæ qua in Antiochia est Antiochus de la Sale & talia scōdia libri d'Amadis de Gaule, & de la belle Melusine, & alij eiusdem farinae.

Syntagmatis iuris vniuersi libri septimi Finis.

DE DISTIN.

9 DE DISTINCTIONE PERSONARVM EX GENERATIONE, ET DE SPONSALIBVS. LIBER VIII.

De coniunctione maris & fœminæ permiffa, & vetita, & de personis inde natis in genere. Caput I.

- 1 Continuatio libri.
2 Summaria ex propagatione personarū distinctio, in naturales tantum, naturales & legitimos, spurios, adulteros, incestuosos, nefarios.
3 Rebus omnibus Deus semina conseruationis sue speciei indidit.
4 Perpetua res corporales per subrogationem.
5 Generationis & corruptionis causa.
6 Maris & fœminæ coniunctio a natura.
7 Coniunctio maris & fœminæ in omnibus quomodo differat à brutorum coniunctione.
8 Finis coniunctionis legitime hominum generatio & subrogatio.
9 Leges dictæ coniunctioni huic hominum, ne contaminarentur.
10 Naturales filij absoluè dicti, & qui naturales, & legitimi.
11 Legitimi & naturales quare dicti, & quid legitimum.
12 Diuisio personarum & filiorum, in naturales tantum, legitimos tantum, legitimos & naturales, & legitimos.
13 Naturales tantum qui, & quot species.
14 Spuriorum nomen ad omnes illegitimos pertinet.
15 Legitimi & naturales illi quoque, qui ex matrimonio dissoluto vel clandestino postea approbato.
16 Hominum omnium principium post Adami creationem ex generatione ferè copula maris & fœminæ, dempto Adamo, Eva, & Domino nostro Iesu Christo.
17 Fabula Aegyptiorum de generatione hominum ex luto, & aliorum, improbate.
18 Pallas ex cerebro Iouis nata.
19 Bacchus ex femore Iouis genitus.
20 Seruius Tullius quod conceptus sit ex genitali cinere nato, & ex Ocrisia ancilla, fabula.
21 Cantharus ex pillulis suam seipsam gignit.
22 Aquæ fontis Cylli potus mulieres imprægnat.
23 Honestas maxime in coniunctionibus cōsideranda.
24 Matrimonium affectasse malis artibus in Marino punitum.
25 Matrimonij honestas naturalis est.
26 Matrimonij potestas inhibita mulieribus furtiua libidinis coniunctis Vtopia.
27 Vxoris nomen, dignitatis non voluptatis nomen.
28 Matrimonia impudicis & raptoribus interdicta.
29 Matrimonij ritus & solemnitas & que triplici modo ante quam contrahatur, cum contrahunt.
30 Matrimonia præcedūt sponsalia, arrha, osculum, donationes ante nuptias, anacalyptera.
31 Matrimonij tempore cōsiderata, ritus nubendi

solemnia substantialia, affinitates, prohibitiones, nubes nuberendi, dotes, incrementa, lucra, pœna, onera matrimonij, hypotheca, solutio.
32 Matrimonio soluto considerantur viduitas, nuptia repetita, dotes restitutio, persona.



R sexu hominū quædā alia affinis sequitur distinctio, vt qui dā cōiuncti sint, alij cœlibes, alij vidui. Cōiuncti quidā naturali cōiunctione solū, alij lege etiā approbata coniunctione. Cœlibes dicuntur, qui nec coniuncti sunt, nec fuerunt. Vidui, qui nūc cōiuncti non sunt, sed aliquando fuerunt. Legitimæ cōiunctionis sunt sponfus, sponsa, vir, vxor: illegitimæ, concubina, cōcubinus, meretrix, scortator, adultera, adulter, incestuosus, nefarius &c. Ex maris & fœminæ distinctione, quādo personarū harū fit cōiunctio, alia sequitur prolis distinctio, prout ea vel legitima vel illegitima præcessit. Proinde alij nati dicuntur naturales tantum, alij naturales & legitimi & alij horum respectu spurij, adulterini, incestuosi, nefarij. Legitimi tantum autem potius ad ciuile causam filiationis & cognationis, quā ad coniunctionem personarū pertinent. Quæ sigillarim explicanda sunt cū affinium cōiunctionis cōsideratione, vnde propagatio. Itaque initio sciendum est, Deū optimum maximum naturæ vniuersæ sapientissimum opificem & creatorē rebus singulis ita prouidē prospexisse, vt perpetuū superissent: quocirca cōcessit cuique rei vim generationis ferè singulis, vt haberent sua semina ad suæ speciei conseruationē in semetipsis. Sic perpetuæ res factæ per propagationem & similibus subrogationem, quæ ex naturali causā fit, vt ait Paulus, & Alphenus iuriconsultus, alioquin enim in hoc seculo corporales, æternæ, & perpetuæ nihil est, vt notat idem Paulus. Quippe quod ea omnia quæ radiis & orbitæ lunæ subiiciuntur, corruptioni obnoxia & mutationi perpetuo cum motu supposita sunt: vt nouit etiam Iustinianus Cæsar. Et corrumpi omnia solent, cum mouentur: mouentur autem tum maxime ex circuitu lunæ, coitūque eius cū sole, vnde generationes, perfectiones, & dū moderatio caloris non est, corruptiones: & rerū minorū circuitus, maiorū sequitur, vnde vita, ortus & interitus, vt tradit Aristoteles. Et fluxa ac varia rerum humanarū natura & simul remedio indiget, teste Iustiniano. Et sicut in plātis, semē, sic & in animalibus, conseruādū: sui generis indit a est cupiditas appetitus & semē natura: atq; iuris naturalis existimata est in omnibus maris & fœminæ coniunctio, & procreatio, vt ait Vlpianus & Cicero, & alij. Legitima ad renouandā speciem coniunctio

a de cœlibibz, pauca in fr. lib. 9. c. 6. & 14. c. de viduis, paucal. 9. inf. c. 22. & seq. c. de sponsal. inf. c. 2. d. de nuptiis, inf. lib. 9. c. de alij lib. 10. c. 12.

f Gen. 1. g Paul. l. foramen, l. 17. de feru. vrb. p. g. d. li. 8. p. tit. 1. h Alphenus, l. proponenda, l. 76. de iud. di. l. 5. p. tit. 1. i Leum debere, l. 32. de feru. vrb. p. d. lib. 8. tit. 2. k s. vt autem lex ad naturæ, de non alien. reb. eccl. collat. 2. l Ar. stot. problema. l. c. 21. q. 4. m Aristot. lib. 4. de gene. ani. m. c. 10. n Constitutio, 39. in nouellis s. o Vlpianus, de iust. & iur. lib. 1. p. tit. 1. p Cic. l. offic. iur. nar. g. n. de ciuili i. Instruct. iur. ciuil. tit. 2. c. 1. ius naturale, c. dist.

coniunctio per se semper, dummodo legibus fiat illis quibus subiecta est a Deo cu sua natura. Na concubitus in hominibus alterius sunt speciei quam cōiunctiones & coitus brutorū, quamuis in vtrisque natura igniculos moueat & titillationes. Et quemadmodum alia vita brutorum animalium, alia hominum & pro mōstro est & prodigio brutum rationis argumenta præbere: sic prodigiosum est magis homines in brutorum vitā prolabi, & tam foeliciter degenerare a rationali viuendi proprio modo, vt brutis & iumentis esse velint similes. Singula animalia quoque lege propriæ naturæ ad multiplicandam sobolem & speciem tempora habent sui coitus descripta. etas certas ad venerem singulis animalium natura fixit & statuit, vt ait Aristoteles, vt vitio naturæ illorum detur & portetio anticipasse vel peruerisse: hominibus aliæ cōiuncti leges indicat, alia procreandi meliores & præstantiores etiam cau- sa. Bruta corpus, & animam mortalem producunt: homines, corpus, cui inditur simul & semel perfectio: sui tempore anima immortalis. in quibus templum Dei & Spiritus Sancti b est, & Spiritus ad imaginem Dei c. Quod fit, vt in illius generatione non fit vel debeat esse par ac belluarū irrationalis coitus, sed honestior & castior & alterius generis: sicuti nec homo pari modo creat⁹ in Genesi mundi, ac bruta: dictū enim singulariter de eo, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram &c. d. Idcirco creata muliere, vel eucta ex latere Adæ, dictum est, dominamini animalibus, non autem estote similes illis: & rursum, erunt duo in carne vna e. Finis istius cōiunctionis legitima est, vt vicibus suis sibi immortalitatem procuraret f, mas & femina generatione. Et hoc non ex electione, sed veluti in cæteris animalibus & plantis naturale g: tuncque, vt ait Platon h, ad perpetuitatem nobis parandam incredibile & naturale studium quod legitima tantum conseruimur coniunctione, qui gignimus nobis similes i: quam rationem admiratur Cicero k, & Dionysius Halicarnasus. l nuptiæ terram implent, ita virginitas paradysum m. Itaque inter bona matrimonij proles est cum fide & sacramento n, vt à nuptiis reiciantur qui generationi sunt inhabiles, quales frigidi, & enunchi, & maleficio insolubili conftricti, ex legibus pontificiis & iuris ciuilibus, quibus permittitur solutio coniunctionis o. Præmiūque nuptiarū feminis est proles, quod si non assequantur, pudor illis est p, vt pote terræ steriles infructuosæ existentes: & pudor etiam & vitia, alia ratione, libidine, duci voluptatis satian- dæ causa, non spe prolis. Quocirca ne homines degenerarent in voluptatem illam quæ extra fines humanæ necessitatis erat, leges dictæ sunt plures huic cōiunctioni a Deo, qui coniunctione statuit: postmodū repetitæ a nomothetis: additæ & aliæ secundum gentiū mores deprauatos: cum circa modum contrahēdi, & cōueniendi tū etiā pro ea continenda, ex quibus quæ legitima & ille- gitima proles fit, iudicatur. Legitima proles naturalis quoque dicitur, sic enim Latine loquentes, vt Suetonius q, naturales absolute filios iustos & legitimos dixere. Qui ducuntur quoque legitimi & naturales, quod natura filij sint & eius copulæ, quam leges confirmat, & receptum est: eo modo legitima conuentio r, legitimus tutor, legitima tutela, legitima successio, & sic de similibus: quæ separata constitunt alias præter hanc liberorum & personarum, species. Hinc alij naturales tantum,

alij legitimi tantum, alij ex illegitimis legitimi facti, qui legitimi vulgo. Naturales tantum illi 13, eui non consentiente lege & præter honestatem matrimonij, natura tantum suffulti, nati sūt. Quorum species tot esse adhuc possunt, quot sunt illiciti concubitus, Proinde quia illicitus cō. ubitus cum ancilla; concubina meretrici, sanguine coniuncta, nupta, Deo dicata, tot diuersitates erunt filiorum, vt concubina & ancilla, naturales proprie in iurē: scilicet, vulgo concepti: proximorum incestuosi: coniugum & aliorū, adulterini: vestalis nefarij: vt & nepharij complexus, qui cum patre & filio ab eadem fiunt s. Omnes autem vno 14 verbo illegitimi, spurij, manserūt dici possunt, de quibus ordine. Et in primis, de legitima coniunctione: dehinc de illegitimis, & prole earum. Legitimi & naturales etiam dicuntur & illi, qui 15 ex matrimonio dissoluto ante solutionem nati sunt, si modò illud bona fide palam fuisset contractum, non aliter t, & qui ex clādestino matrimonio quoque, si modò postea probatum fuerit ab ecclesia, orti fuerint v. De quibus omnibus suo loco etiam Deo fauente agemus. Commune por- 16 rō omnibus iis exordium est, sexuum commixtio & Venus, vt nō immeritō idem generationis hominū & perfectorum dixerint animalium anti- quū s, principium. Neque quisquam qui ratione vtatur, nunc, vt reor, arbitratur aliunde quàm ex coniunctione humana homines nasci posse, vt v- luerit hanc contemnere: si quidem Adam, quia primus a Deo ex terra creatus, factus, non natus est, potestate diuina, vt & Eua, eius ex latere ex- ædificata. At naturalis lex illis primis data, vt gene- rarentur cōcubitu y, quam secuta omnis posteritas, neque nati omnes aliquando homines ex lu- to, vt vermes, sicut mentiuntur Aegyptij teste Diodoro Siculo z. Dempta conceptione sola se- 17 cūdi hominis perfecti, Domini nostri Iesu Chris- ti, qui in vna hypostasi verus Deus, verbum caro factum a, cōceptus ex virgine beatissima Ma- ria, adumbratione Spiritus Sancti b, sine hominis femine & commixtione. Nouimus autē & audi- mus vt fabulas & fictos vel symbolicos sermones, quod Lucianus tradit c: Palladē ex cerebro Iouis 18 natam, armatā Vulcano securi caput in duas par- tes diuidente. Et similiter quod idem Lucianus d 19 comminiscitur Bacchum ex femore Iouis geni- tum, & quod referunt eum Iouem cum Semelem Thebanam mulierem ex filiabus Cadmi impræ- gnasset, & Iuno ei insidiaretur pro illa peperisse, & mortua Semele, incisa eius aluo fœtum imper- fectum septimestrem intra femur dissectum nutri- 20 se. Médacia enim hæc, vt & illud insigne, quod refert Plinius e, Tarquinio Prisco regnante, re- pente in foco eius apparuisse genitale ē cinere masculini sexus, eamque quæ infederat Tanaquil- lis reginæ ancillam Ocristam captiuā, confurre- xisse grauidam. Et ita Seruium Tullium natum, qui regno successit: inde eum esse existimatum Laris familiaris filium. Quæ accedunt ad ea, quæ de Merlino fabulantur incubi demōnis filio, quæ alibi refellimus. Cum & Plinius Nouocomeis f, scripserit Seruiū Tullium fuisse P. Corniculani & Ocretiæ captiuæ filium. Non enim putandum 21 est instar canthari, qui rotando pillulas fimi, & suffodiens se ipsum gignit g, nasci homines. Vel 22 mulieres ex solo potu aquæ fontanæ, concipere, 23 vt putat contingere Suidas h ex potu aquæ fontis καλλε. Ritus & mores iustæ & legitime coniun- ctionis varij sunt, secundum cuiusque regionis leges: nos

a Arist. li. 5. de histo. animal. c. 8. & 14. b 1 ad Corint. 6. & 2. ad Cor. 6. D. Ioan. c. 2. ibi, soluite tē- plum hoc, &c. c Gene. c. 1. si quis in metal lā, 1. 17. de pec- nis, lib. 9. C. tit. 47. d Gen. 1. & 2. e Gen. 2. f Iustitia, in l. lege 12. tabula. l. 14. de legiti. hered. lib. 6. C. tit. 5. §. 1. de nupt. in auth. coll. 4. tit. 1. g §. rursus, de resti. & ea que parit in mē. conf. 39. h Aristotel. 1. Polit. c. 1. i Plato, in con- uitiis. k Cic. 2. de legibus. l Dionys. Hal. in Orat. nupt. m can. nuptiæ, 32. q. 1. n cano. omne, 27. q. 1. o c. 1. 2. & 3. de frigi. & male- ficio. li. 4. De- cret. tit. 13. Tu- fil. l. in causis, l. 20. de repud. lib. 5. C. tit. 17. p c. pudor, 32. q. 1. q Suetio, in Ti- berio, ca. 35. r l. legitima conuentio, l. 6. de pactis. l. 2. tit. 14.

s. l. de concu- bin. in 2. t. c. 2. qui filij sint legit. v. c. quod no- bis, qui filij sint legit. x Plinius, li. 8. c. 8. Lucretius, in l. y Gen. 1. & 2. & 3. z Diodo. in 1. Biblioth. a Ioan. Enang- can. l. c. b Luc. 1. & D. Matth. c. 1. c Lucian. in Vulea. & Iouis dialogo. d Luc. in dia- lo. Mercurij & Neptuni. e Plin. libr. 37. c. 27. f Plin. secun- dus, li. de vir. illu. trib. in Tul- lio. g vt ait Sui- das, in καλλε. p. & Orus A- pollo, in Hie- roglyph. h Suidas, in καλλε.

leges: nos de insignioribus substantialibus obser- uationibus præcipuarum rerum publicarum tan- tum agemus. Cum tamen cunctis probè institutis in animo fuerit, honestè connubia inire, & honestè continere, quæ lex aliàs vt præcipua docet & continet, ita semper, inquit, Modestinus, in con- iunctionibus non solum quod liceat considerandum est, sed & quod honestum est. Id ipsum constituit Xenophon b. Sic Claudianus c, --- Sed comprime motus, Nec tibi quod liceat, sed quid fecisse decebit Occurrat, mentemque domet respectus habendi. Et Marinus olim Romæ causarum defensor, Va- lentiniani, Valentis, ac Gratiani temporibus ac- cusatus, quod Hispaniæ malis artibus affectasset matrimonium, ultimo supplicio damnatus est au- thore Ammiano Marcellino d. Atque eam honestatem coniugij naturalem esse, docetur ex natura contrarij adulterij scilicet, quod natura probum dicitur e, vt & Iustinianus f. Casar nominat id- ipsum naturæ excessum, & impetum. Proinde honesta illa lex imposta est Vtropiensibus insula- nis, qua nuptiæ interdicerentur perpetuò mulie- ribus, quæ ante connubium conuictæ fuissent fur- tiua libidinis, cum graui auimaduersione, teste Thoma Moro s. Sic Ælius Verus in Casarem ab Adriano post mortem adoptatus, vxori conque- renti de extraneis voluptatibus dixisse fertur, ab Spartiano h, patere me per alias exercere cupiditates meas: vxor enim dignitatis est, non volu- pratis. Statutum & olim à Cōstantino Palæologo imperatore Orientis, & à Romano i, ne matri- monia vllam malam causam haberet, vel ex rapto vel ex præcedente clādestino concubitu, & fi- rent ab iis, qui ab huiusmodi inquinamentis & à fornicatoria impuritate mundi essent. Quam- obrem & multa adiecta substantialibus sunt, quæ ornatum & honestatem illam matrimonij conser- uarent, solemnia & ceremoniæ, pudicitatis & castitatis emblemata, & tum ecclesiastica & diuina, tum etiam humana quædam, quæ præcederent coniunctiones, quædam ad eas pertinentia, quæ- dam quæ sequerentur, vt ex serie dicendorum colligere quis poterit. Inter ea quæ præcedunt, sunt sponsalia arrha, osculum, donationes ante nuptias, & uxoriam. In ipso matrimonio vel sub tempus matrimonij ritus nubendi, solemnia sub- stantialia, affinitates, prohibitiones coniunctio- nis, dotes incrementa, lucra, pacta, onera matri- monij, hypotheca, solutio. Post matrimonium dis- solutum considerantur, viduitas &c. secundæ nuptiæ, aut quando & quibus vitæ, & quatenus, de pœnis conuolantium ad vltiores nuptias res- titutio dotis, modus repetendi liberi seu persona generantes & generata.

a Modestinus, l. semper, l. 157. de reg. iur. lib. 50. f. tit. 17. & l. semper, l. 42. de rit. nup. lib. 23. f. tit. 2. b in Oeconomi- cis. c in 4. Hono- rij consular. d lib. 8. Histo. e l. probum, de ver. sign. li. 50. f. Iustin. §. fit- g. iur. quibus mo. natū. eff. legit. coll. 6. g Thomas Mo- rus, lib. 2. Vto- piæ. h Ælius Spar- tian. in Ælio Vero. i lib. 1. iur. O- riental. confli. seu nouell. 2. Palæologi tit. πρι. αουλυ. 407. k Virgil. lib. 4. Æneid. l Florenti. li. de sponsalib. lib. 23. f. tit. r. c. nostrates, 30. q. 1. m Vlpia. l. 2. de sponsal. in P. o Gell. lib. 4. c. 4. Noct. Attic. p Varro 5. de ling. Lat. q Iul. Poll. lib. 6. O. omast. s lib. 5. r Iul. Poll. lib. 6. O. omast. s lib. 5.

Sponsalia vini propinatione quare fiunt. 5 Sponsalia solo consensu perfici possunt, & pacta in illis facta recipiuntur. 6 Spondere & despondere quis in sponsalibus dicebatur. 7 Sponsalia aliquando alia quàm nuptiæ, interdum sponsalia & nuptiæ sine medio: sic sponsalia vera per verba de futuro, sponsalia nuptiæ per verba de presenti, illa dissolubilia, hæc minime. 8 Sponsi de futuro quando non possunt cogi nuptias inire. 9 Sponsa quantum temporis cogitur expectare sponsum. 10 Sponsa de presenti & vxor tenetur omni tempore expectare virum absentem, donec certum num- rium de morte eius habuerit.

Nitium personarum legitime coniun- ctionis sumendum est ab sponsis, à qui- bus ad coniuges, & ex coniugibus ad liberos & natos ordine peruenitur. Nonius Marcellus lib. de nonnullis differentiis dictionum, Inter speratam, inquit, & dictam & pactam hoc interest: quod virgo priusquam petatur sperata dicitur, Plautus Amph. Amphitruo uxorem salutat lætus speratam suam. Dehinc promissa, vel pacta, vel sponsa dici potest. Virgilius k, Cui pater & coniunx quondam tua dicta relinquitur. Et idem alio loco. --- Et gremiis abducere pactas.

--- Et gremiis abducere pactas. Titim. Diuortio: cui exacta ætate sponsa fit desponsa. Sponsalia sunt mentio & repromissio futurarum 2 nuptiarum l, ab spondendo. Nam moris fuit ve- teribus stipulari sibi, sponderēque vxores futu- ras m: vnde sponsi, sponsiæque appellatio nata est n. Seruius Sulpitius in libro quem scripsit de 3 dotibus, teste Aulo Gellio o, Qui uxorem, inquit, ducturus erat, in Latio stipulabatur eam in matri- monium ductum iri: qui dauurus erat idem spon- debat. Is contractus stipulationum sponsonque di- cebatur sponsalia. Tunc quæ promissa erat, sponsa ap- pellabatur: qui sponderat ducturum, sponsus. Sed si post eas stipulationes vxor non dabatur, aut non du- cebatur, qui stipulabatur ex sponsu agebat: iudices cognoscebant. Iudex quamobrem data, acceptaue non esset vxor, quarebat. Si nihil infra causā vide- batur, litem pecuniæ aestimabat: quantique interfe- rat eam uxorem accipi, aut dari eum, qui spon- derat aut qui stipulatus erat, condemnabat. Hoc ius sponsaliorum obseruatum dicit Seruius ad id tempus, quo ciuitas vniuersi Latio lege Iulia data est. Hæc eadem Neratius scripsit in libro, quem de nuptiis composuit. Sponsalia habent voluntatem pactationis liberæ, ab spontanea voluntate. Sicuti & Varro explicat p, formulamque adicit stipularionis, sponden tuam natam uxorem iri? spondeo. Spondere proprie de firmioribus pactis dicitur, 4 quæ adhibitis libationibus & sacris fiebant. Nam vnde dicit peculiariter seu libationibus dicitur, quæ adhibentur in iudiciis & fœderibus sancendis, quæ nimirum libatione intercedente sancta sunt vt Homerus q ait,

σπονδὰν τ' ἀναίτην ἔδωκεν αἰὲς ἐπὶ τῶν θεῶν: id est, Sacramenta vini libatione sanctiū & dextera da- ta. Meminit de his Iulius Pollux r. Sic apud Thucy- didem s, εἰς ἐσχάτῳ εἰς τὴν σπονδᾶν participare in fœdere

De Sponsalibus. Cap 2.

- Lib. 23. f. tit. 1. Lib. 5. C. tit. 1. Lib. 4. Decret. tit. 1. 1 Personarum in generatione considerandorum breuiss epilogus. 2 Sponsalia quid, &c. 3 Sponsus, sponsa, ab spondendo, & quare. 4 Spondere proprie est pacta libationibus sancire. Sponsionis libatio, erat vini propinatio.

a lib. 1. b lib. 4.

e Tul. Poll. lib. 6. c. 6. d Euriptides, in Iphigenia, in Aulide in prin. vers. 52.

e Demo. ora. 1. de iud. p. 1.

f Plato in Cra tylo. g Athenæ. lib. 2. c. 1.

h l. 4. de spon- sal. in P.

i vni in s. 1. de rei vxor. ad. lib. 5. C. tit. 13.

k Varro in 4.

l l. legem. C. de pact. l. 1. eo. tit. lib. 2. P. tit. 14. l. 1. de const. pecu. in P.

m Xenophon, lib. 4. rer. Gre- ca.

n Terent. in An dia.

o e. p. m. de spon. sal. apud Greg.

federe & iudiciis: & a λένει τις ανωνδός, siluere fe- dera. Et apud Xenophontē in Cyropadia b, ανων- δός ανωνδός, sancte permittere. Liberationes autem has, ad vini propinationem refert in faciando Iulius Pollux c, ετοιμασθαι αυτον ανωνδός, αρωσασθαι ανωνδός &c. Et Euriptides d. Vnde & hodie dum sponsalia fiunt, plerunque propinatio poculi ac- cedit, dum eodem poculo spondentes nuptias delibant, dicunt Gallicè, boire au nom de mariage, Græci dicerent, προπινειν φιλισπύων vt apud De- mosthenem e. Et certè in vino quoddam latere potest etiam nuptiarum symbolum, si verum est quod Plato f tradit, εινον vinum Græcis ideo ap- pellatum, quod mentem nostram celeriter cogi- tationibus impleat: vel quod, vt ait Athenæus g, celeriter iuuet, vnde quidam cibos oniora vo- cant, quod nos iuuent. Quamuis & solus consen- sus sine solemnitate alia in contrahendis spon- salibus sufficiat, vt ait Vlpianus h. Et intelligitur sti- pulatio interuenisse, sicut in fauorem matrimo- niorum, stipulatio de dote restituenda omittit, vt expressa à lege suppletur i. Et pactum quodlibet ad hanc sponsonem pertinere in dubium non ve- nit, dummodò fiat cum illis, quorum interest Nam & antiquis spondere pro dicere, inde & re- spondere compositum, vt ait Varro k, & apud Celsum suæ sponsonis, id est, voluntatis homo di- citur. Et quomocunque placita sint legitime pacta si causam habent, seruanda veniunt l, vt non mirum si vt in cæteris rebus, ita & in matrimonio & filia nuptui tradenda vel accipienda, pacta va- leant & recipiantur iure Romano, cum fidei exo- lutio iuris naturalis sit. Et proinde non tantum Latio iure, sed etiam Græcorum more, receptæ erant futurarum nuptiarum repromissiones, cu- ius docet exemplum Xenophon m, dum scribit Agésilam cum Olyde rege Paphlagonum iun- ctis dextris, de futuris nuptiis filia Orydis pa- tros, ille, inquit, vt filiam daret, alter vt duceret, spondenderunt. Et propriè spondere dicebatur pater filia ducenda, spondere autem, pater adolescen- tis, vt innuit Terentius n.

Utrò ad me venit, unicam qnatam suam cum dote summa filio vt daret: Placuit, despondi, &c.

Verum obseruandum est lege ciuili, inter spon- salia & nuptias dari medium, at interdum iure pon- tificio, quod diuinum imitatur aliquando, spon- salia nuptias esse: aliquando, separari à nuptiis, separantur quippe, quando per verba de futuro quis pollicetur se ducturum aliquam in vxorem: nam si per verba præsentis temporis, accipio te in vxorem, vel accipio te in virum, tunc sponsalia illa nuptia sunt o. Extrat in volumine, quod ius orientale inscribitur, constitutio Alexij Comneni imperatoris Oriëtis, emissa mense Iulio indictio- nis septimæ, anni ab orbe condito 6392. qua refer- tur antiquam legem & terminos sponsalium nu- ptiarumque separasse, harumque interuallum ma- gis, quam Myforum & Phrygum, vt est in pro- uerbio, fuisse. Sed synodo sub Xiphilono habita, quæ multum inter se distabant in vnum contracta fuisse, cui subscripisset bulla aurea imperator Ni- cephorus Botaniates. Atque idcirco sicut in nu- ptis, sic & in sponsalibus sacram peragendam be- nedictionem, & præambulas nuptiarum preces,

& huiusmodi sponsalia, si atas fuerit contrahen- tium legitima, similem nuptiis habere vim & in- dissolubilia esse, vt nuptias: & ita differre à lege sponsalium antiquorum, quæ tantum in consen- su, & in artha & instrumentis consociendi labo- rabat: quod si inquit sponsalia quadam secundum multorum consuetudinem congruenter iam con- tracta fuerint, & instrumenta iam contracta sint, nondum autem statutum tempus, quo Christianis debita benedictio fieri consuevit, aduenerit, ne- que solemnes super desponsatis preces, per sacer- dotes pronuntiatæ fuerint, hæc sponsalia quan- tum ad exactam ecclesiæ dissertationem, neque esse, neque dici iusta possunt, neque verò aduer- sus hæc synodalis subnotatio efficaciam habet: sed tanquam hominum placita simpliciter per sti- pulationes confirmata auctoritatem ferunt, vetus- que legislatio in illis firmitatem obtinet. Sic que- dam sponsalia nuptias non contrahunt, quædam contrahunt: quadam dissolui si de futuro sint possunt: quæ de præsentis non possunt p. Etenim pactiones tolluntur eodem consensu quo consti- tuta sunt q, si nullum sacramentum, nullave be- nedictio interuenit, vel nisi præsentis consensu, temporis pacta in nuptias transierit: alitque sic desponsata, renuntiare conditioni, & nubere alij non prohibetur, ex constitutione Diocletiani & Maximiliani CC r. Nec potest cogi qui quæue su- turum matrimonium promisit, nuptias celebrare: nisi iuramentum, quod firmet promissionem in- teruenerit s, quæ sponsalia purè & sine conditio- ne facta corroborat, alioquin enim si conditio- nes essent appositæ, vt de aliis obligationibus conditionalibus implendis iudicandum est t. Pos- sent tamen ex consensu ab sponsalibus resilire contrahentes iuramento firmatis, nam iuramen- tum adiectum intelligitur, si in eadem voluntate perseverauerint, non aliter v. Sed & Constantius statuit, vt si is qui puellam sibi pactus est intra prouinciam degens biennio, scilicet monitus, supersederit ducere eam, illa possit impunè alij nubere x: est in peregrinatione sit, post trien- nium y. Et ante quoque potest impunè repudium mittere, si artha data non sit z, & nisi etiam iusta causa excuset moram triennij vel longiorem, vt notat Caius a. Statuit tamen Octavianus teste Dio- ne Cassio b, ne qua pactio nuptialis rata esset vbi ultra biennium essent nuptiæ differendæ, id est, vt ea omnino decem annos nata esset, quam despon- dere aliquis & cuius fructum bonorum percipere vellet. Et iura pontificia, in simplici promissio- ne futurarum nuptiarum, si mora fiat longiori pe- regrinatione, vel spatium decurrat trium vel qua- tuor annorum, permittunt ei per quem non ste- terit quominus nuptiæ factæ sint, aliam ducere, vel alij nubere c. Extrat & lex Rhotorij regis Lan- gobardorum d, seu Insulorum, qua permittitur pa- rentibus sponse alij eam liberè coniungere: si post biennium, ab sponsalibus monitus, vt tollat spon- sus sponsam intra certum tempus, distulerit, tol- lere. In nuptiis tamen contractis vel sponsalibus o de præsentis, placuit iuris pontificij sponsalibus, nunquam vxorem que absentem habet virum posse alij nubere etsi is per multum tempus affue- rit, & ignoretur vbi sit, nisi certum prius nuntium de eius morte acceperit s, quibus iura ciuilia sub- cripsit f.

Cur

p Inno. 3. in c. 2. & fi. de spon- sal. lib. 4. De- cret. q l. nihil tam naturale, de reg. iu. p. Ne- ratius, lab em- ptione, l. 1. 8. de pact. lib. 2. P. tit. 14. Gord. Caf. 1. & Dioclet. & Maxi. CC. l. 2. quon. l. i. c. ab- emp. de feced. lib. 4. C. tit. 45. cum similib. r l. 1. de spon- sal. C. s. c. ex literis, ca. 10. de spon- sal. ap. Greg. r c. de illis, ca. par. tua, de cõ- ditio. apposit. lib. 4. Decret. tit. 5. v. glo. in c. 2. de sponsa. ap. Gre- go. cau. ne qs arbitretur, 22. q. 2. c. quædam modum, ca. 25. de iur. iur. lib. 2. Decret. Gre- go. tit. 24. r l. 2. de spon- salibus, C. tit. 1. & l. 1. 13. C. Theod. tit. 5. y Valerian. & Galien. l. 2. re- pud. lib. 5. C. tit. 17. z l. 1. C. de spon- sa. notat glo. in l. 2. de repu. C. in verbo re- mittere. a Caius, l. 1. fe- pe, l. 17. de spon- sal. in P. b Dio Cassius, lib. 56. Histor. Rom. c Alex. 3. in c. de illis, c. 5. & Innoc. 3. in c. scicut ex literis, ca. 2. de spon- salibus. d l. 1. de spon- sal. lib. 2. leg. Langobard. e Clemens 3. in ca. in presen- tia, ca. 10. de sponsal. lib. 4. Decret. tit. 1. c. dominus, de fec. nup. eo. f auth. hodie. de repud. C. 5. quod autè, vt liceat matri & alicia in auth. colla. 3.

Cur sponsalia præcedere nuptias bonum visum sit. Cap. 3.

- 1 2. Sponsalia præcedunt matrimonium, primum vt habeatur parentum coniugendorum consensus. 2 Oppia lex mulieribus liberam suis adimebat pote- statem. 3 Sponsa Mosconie, non videtur, priusquam à pa- rentibus sponsalia firmata sint. 4 Sponsalia 2. præcedunt nuptias, vt interim probent vicissim mores coniugendi, num simul conue- nire possint, & mos in his antiquorum. 5 Sponsalia 3. præcedunt nuptias, vt interim se parent coniuges ad onera. 6 Sponsi vel ducentes vxorem à bello per annum immunes. 7 Sponsalia differunt 4. nuptias, vt vxoris desiderium indatur, & charior sit. 8 Sponsalia differunt nuptias 5. vt interim dotis pe- cunia colligatur, in nuptijs soluenda. 9 Sponsalia differunt postremo, vt denunciacione fa- cta in Ecclesia nuptiarum impedimenta si qua sunt, apponantur.

Is est cum necessarium, tum vile multiplice ratione, vt sponsalia nuptias præcederet. Quarum prior esse vide- tur potestas aliena, cum nubendæ sui iuris non sunt, vt que haberetur consensus paren- tum, in quorum sunt potestate a, potissimum tempore eo, quo matrimonium ethnicis & poli- tics regebatur, non diuinis legibus. Nam & hic, parentum potissimum in nuptijs contrahendis exigitur, vt dicemus Deo iuuante paulò post in nuptijs. Et refert Liuius b, quod M. Porcius Cato pro lege Oppia dicebat, maiores voluisse, nullam nec minimam quidem rem, sine auctoritate fœ- minas agere, sed in parentum fratrumve aut libero- rum potestate eas esse. Visumque est commodius prouidentia patrum electionem hanc commit- tere, qui consilium sæpius capiunt pro liberis c, & quorum affectioni nulla alia comparari potest d, quam ipsi filiabus, cum sæpe laborent earum

3 consilia aduersus propria commoda e. Apud Mo- scouita nec hodie sposa visitur, sed iubetur spon- sus discere ex aliarum inspectione qualis ea sit, quin prius inter parentes maximis pœnis fuerint 4 sponsalia firmata f. Alia ratio, vt cum iudicio quis vxorem ducat, & experiatur has inter moras per- fectionis nuptiarum, ingenium & mores coniug- is, quibus in perpetuum & quandiu vixerit vsu- rus est. Sicque non oculis vel digitis, vt tradit Plutarchus g, vxorem eligat, nò pulchritudinem, non dorem tantum consideret, sed num possit iu- gum indissolubile cum ea cõve coniuge ducere. Et vbi maius periculum, ibi consultius agendum est h. Sic longius tempus, nempe semestre ad præ- sentandum patrono Ecclesiastico, cui nò licet va- riare, quam laico, cui tantum largitum est quadri- mestre, quia variat, conceditur i. Et spatium de- liberandi datur à iure hæredibus ad consideran- dam & cernendam hereditatem, pro qua adeun- da futurum est illos are alieno teneri k. Mos quo- que veteribus erat teste D. Chrysofomo l, ante- quam concumberent, sponsalia facere, simul quo- que cohabitare desponsatis, & cum parentibus conuersari, id quod nunc, inquit, sæpe fieri solet. vnde Loth vocat m generosuos desponsatos filiabus

g Plutarch. in præcept. con- nubial.

n c. vbi peri- culum, de ele- ct. in 6. i c. 1. de iu. pa- rron. in 6. k Iustin. l. fin. de iur. delibe. l. 6. C. tit. 30.

l D. Chrysof. Homil. 43. in Genesim tom. 1. & tom. 2. Ho- mil. 4. in Mat- thæum.

m Genes. c. 19.

fuis, quantum diceret quod viros nò cognouit- sent. Tertio, præcedunt sponsalia, vt qui vxorem est ducturus iam, re ipsa præmonitus componat mæstos interim pœnates, & apparet ea quæ sub- eundis oneribus certè grauissimis sunt necessaria: plura enim maritus vxori præstare debet, quæ vel marsupio, vel animi patientia soluenda sunt, vel iugi tristitia ferenda. Quamobrem ob tantum negotium, datur iure diuino sponsis & nuper cõ- iugatis immunitas à bello, vt per annum à despõ- satione & nuptijs, in bellum non eant, vt ait Io- sephus n, Moses o & Machabæorum historia P. Quarto differuntur nuptiæ, vt per dilatione cha- rior vxor in posterum sit, & magis diligat eam af- secutam vir, quam antè suspirauerat q, ex D. Au- gustino r. Quintò, vt possint qui nupturam do- tant pecunias congerere, quas coniugi dento: nec enim debet statim maritus venire cum sacco pa- rarus, vt de creditoribus repetentibus debita di- citur s. Et debitoribus etiam non petentibus dan- da est ciuili quædam dilatio, teste Calistrato t. Danda autè statim esset, si nuptiæ simul & eodem actu fierent cum sponsalibus, vtpote quod onera inciperent penes maritum esse pro quibus v. Sextò 9 differuntur, vt interim ante nuptias proponi possit à curionibus in Ecclesia publicè matrimonium futurum, cum imposita temporis intercarpedine, vt si quod impedimentum sit in gradu vel affini- tate, vel alterius coniugis, coniugium opponatur & probetur x, vt latius dicemus Deo fauete pau- lò post in substantialibus & ritibus nuptiarum. In summa sic monet Ouidius y,

Nubere si qua voles, quamis properabis ambo, Differ, habent parua commoda magna more.

De Personis quæ pro alijs sponsa- lia contrahunt. Cap. 4.

- 1 Sponsalia per se & per alios contrahunt sponsi. 2 Cathæorum lege sponsi se mutuo eligunt: vxores unà cum viris comburuntur. 3 Sponsalia promittuntur filiorum plerumque à patri- bus, & dissoluantur, nisi sint emancipati. 4 Sponsalia pro impuberibus vel slyysa, à parentibus facta non valent, nisi adulti consentiant ipsi. 5 Filij censentur consentire patri, nisi expresse re- pugnent. 6 Sponsalia fiunt inter absentes per nuntium, pro- curatorem, epistolam. Rebecca Isaac per nun- tium desponsata, &c. 7 Sponsalia non faciunt affinitatem.

Sponsalia & per coniuges futuros, & i per alios nomine illorum contrahi possunt. In India lex propria fuit Ca- theorum, vt sponsus & sponsa se mu- tuo eligant authore Strabone z, item vt vxores cum viris defunctis comburentur, ob hanc causam, quod cum aliquando adolescentulos adamarent, à viris secedebant, vel viros inter- inebant. Consensu etiam eorum iure ciuili qui coniugendi sunt, fiunt interdum sine pa- tre, si sui iuris, interdum adhibito consensu pa- rentum, vt plerunque. Patres namque despon- dent filios & filias quas habent in potestate, vt in superiori capite in prima ratione notauimus. Nam hoc officium parentum est, ad quod cogi possunt per magistratum, in matrimonium libe-

n Ioseph. li. 4. antiq. Iudic. c. 6. o Deut. c. 20. p Mach. c. 3. q can. institutum, 27. q. 2. r D. August. li. 4. confessio.

s Paul. l. quod dicitur, l. 1. 105. de solutio. lib. 46. P. tit. 2. t Calist. l. de- bitoribus, l. 1. 1. de re iudi. lib. 42. P. tit. 1. v Dioclet. & Maxim. l. pro oneribus, l. 1. 1. de iur. dot. lib. 5. C. tit. 12. cum similib. nota x e. cum inhi- bitio, de clan- dest. de pōsa. y Ouidius, 3. Fastorum.

z Strabo, li. 15. Geograph.

B b

titulo de sponsalibus, dum inibi de arrhis tractatur, cui subscribo. Etenim mercedis profectione tractatio in aliud iuris caput reicitur. Præter arrhas Alexius Comnenus b Orientis imperator, addit etiam inter solemnia nuptiarum & osculum, quod est etiam arrhabo nuptiarum, si ea mente præbeatur: vsque adeo efficax, vt osculo dato, donatio facta ab sponso præmoriante pro media parte valeat, pro alia autem infirmetur, vniuersam autem infirmari, si osculum ante mortem alterius non fuerit secutum, ex constitutione Constantini c. Osculum siquidem quoddam initium consummationis nuptiarum esse videtur, & fructio sponsæ quoddammodo. Atque oscula signum & symbolum habent cuiusdam dilectionis maioris, quam vulgaris. Idcirco & osculo libidinis prænantia esse possunt, & honoris. Actus enim ad vtremque relaxus fuit osculi d: interdum tamen nominis quadam adhibita distinctione. Nam vt plerunque oscula, ofciorum sunt: basia, pudicorum affectuum: suauiua, libidinum e. Libidinis inquam, vt apud Ouidium,

Oscula si dederis, siam manifestus amator.
 Sic Theocritus f,

Νύμφα πρόσθυλά με τὸν αἰπὸν ὡς τὸ φίλασα.
ἔσι καὶ ἐν κενεῶσι φίλασασιν ἐδῶκα τέρψιν: id est,
Nympha amplectere me captiuum, vt te osculer.
Est & in vanis osculis suauis incumditas.

Refert Ælianus g ex Aristotele h, masculinum è columbis, non prius in fœminam ascendere, quam osculum illi dederit, nec recipere fœminas masculinum commercium, si vacuum sit osculo. Verum illud animaduertendum est in sponsalibus matrimonium non contrahere, nec inde afinitatem nasci. At honoris habitus & religionis quondam fuerunt, & nunc sunt apud plerisque, vt ex verbis Ciceronis constat k, dum de statua Hercules agit: *Herculis, inquit, templum est apud Agrigentinos non longe à foro, sanctum apud illos, & religiosum, ibi est ex ære simulacrum ipsius Hercules, quo non facile quicquam dixerim me vidisse pulchrius: iam tibi non tam multum in istis rebus intelligo, quam multa vidi vsque cognoscentes, vt ritus eius ac mentum paulo sit attritius, quod precibus ac gratulationibus, non solum id venerari, sed osculari solent.* Græci de osculata manu perfectam esse precationem arbitrabantur, vt ait Lucianus l. Iubet D. Paulus m salutationem fieri in osculo sancto. Plinius n: *In adorando, inquit, dextram ad osculum referimus totumque corpus circumagimus, quod in leuuum fecisse Galli religiosius credunt, vnde & Seruius Honoratus o dixit, osculum esse religionis. Oscula manuum, ab Imperatoribus ob amoris signum idque per paucis dabantur, teste Plutarcho p. Et rursum Plinius q: *Hominis genibus quedam religio est, obseruatione gentium: hæc supplices attingunt, ad hæc manus tendunt: hæc vt aras adorant: forsitan quia inest his vitalitas. Namque in ipsa genu viriisque commissura dextera laudaque, à priore parte gemina quedam inanitas inest, qua perfoffa, seu iugulo spiritus fugit, inest & alijs partibus quedam religio, sicut dextera osculis 7 auersa appetitur, in fide porrigitur. Antiquis Græcia mentum attingere mos erat.* Excipiebantur ab imperatore amici osculo vt exemplo constat Galbæ apud Suetonium r, qui Othonem eo symbolo accepit, eo die quo illi mortem parauit. Persæ salutationis loco occurrentes se mutuo osculantur, inquit Herodotus s si pares: sin alter*

humilior paulo, genas osculatur duntaxat: si multo inferior, prostratus adorat honoratiorem. Meminit quoque Xenophon t, Persas lege, in discessu & regressu parentes & affines osculatos tanquam pares. Apud alios Græcos & hunc morem inualuisse probè coniciamus ex Orpheo, dum in Argonauticis refert modum, quo excepit Chiron Heroës hospites,

ἀλλ' ὅτε δὴ τὸν ἄρχοντα ἀμυλλεῖς βασιλῆας ἀπαρσῆος ἀνδρῶν, κούρην δ' ἄρα φῶτα ἕκαστον, id est,
Asit ubi præclaros reges ad limina vidit,
Excipit adsurgens, & latus ad oscula quemque.

Adhuc apud Moscovitas seu Rutenos testatur 10 Sigismundus Liber Baro v, quilegatione ad principem horu functus est, excipi hospites & venientes in domum porrectis & datis manibus osculo mutuo, & caput inclinacione crebra. Apud Hebræos pariter hic salutandi per oscula mutua inualuit mos, extant exempla Genes. 29. 45. Exodi 18. 2. Reg. 14. Thobias 7. & 9. & c. Sic hoc signo osculi proditor ille Iudas simbolo amica salutacionis, Dominum Iudæis tradidit x. Sicut & præcesserat typus in Amale sub specie oculi interfecto x. Et exprobrat Deus hospiti suo contra Mariam peccatricem murmuranti z, *osculum mihi non dedisti, & c.* Romanis quoque principibus mos fuit, vt abeuntes, redeuntēse peregrē senatum oscularentur, quod omisum exprobrat in Nerone Tranquillus, quod is neque veniens neque proficiscens quemquam osculo impertierit, ac nec salutauerit quidem. Obseruat Dio Cassius a in Cato Caligula, quod paucos oscularetur, plerique etiam senatorum manum tantum aut pedem adorandum porrigebat, ac quibus amicitia ab eo oblarum fuisset, ij in senatu ei gratias agebant, cum quotidie cum saltatoribus oscula dare viderent. Non ita superbè Aulus Vitellius, 14 qui vt est apud Tranquillum b, obuios quoslibet milites caligatos osculabatur. Hoc modo & plebs 15 populūque Romanus se salutabat dato osculo, quod aliquando venit in suspicionem, vt opinor, turpitudinis, vt Martialis c infectatus sic hanc osculorum basiatorūque molestiam in illo epigrammate,

Effugere non est, Basse, basiatores, & c.

Vt Tyberius etiam Cæsar, quotidiano edicto 16 prohibuerit oscula, si credamus Tranquillo d. Poterat enim his abuti, dum pueros ita deliniri & corrumpi fuisset periculum, Christianis piaculum, Romanis aliquando à D. Paulo e exprobratum. Vt existimè formulā exosculandi pueros 17 non carere mysterio, quos apprehensos auribus osculabatur vocabatq; hanc exosculacionē Græci χύσαν, vt scribit Iulius Pollux f, nempe vt pueri desuescerent dolore aurium, oscula frequentare: forsitan & alia est ratio, sed hanc quoque comminisci conuenit, pudori & honestati conuenientem. Retenta tamen Romanis osculandi fo- 18 lemmitas inter viros honoris causa, vt ex lege Iustiniani apparet g: *Domestici, inquit, ac protectores principis osculandi cum salutauerint vicarius tui culminis habeant potestatem, pœna enim sacrilegij similis erit, si his honorificencia non deferatur, qui contingere nostram purpuram digni habiti sunt.* Quia itaque amicitia & honoris signum osculum 19 est, & Episcopi qui in temporalibus principes superiores habent, & manus osculari regum & principum, quibus res habent, possunt, vt notat Archidiacon. h Et signum amoris osculari manum ex Theocrito collige i, dum ait Cyclops

t Xenophon, lib. 1. Cyripad.
 v Sigismundus, in commenta. rer. Moscovita. dum de ingressu in alcerius domum agit.
 x Matth. c. 25. Marc. 14. Luc. 25. y 2. Reg. 20. z Luc. 7.
 a Dio. lib. 59. Histo.
 b Sueton. in Vitellio ca. 7.
 c Mart. lib. 1.
 d Sueton. Traj. in Tyberio. c. 34.
 e D. Paul. ad Rom. 1.
 f Iul. Pollux, lib. 10. c. 24.
 g Iustin. l. 1. de domest. & protecto. lib. 12. C. tit. 7.
 h Archid. in cano. duo. 96. dist. i Theocrit. Eidylio. 11.

a l. 2. de proxe. retis. in P. b in constitut. Compeni. lib. qui inscribitur. Ius orientale lib. 1.
 c l. 63. sponso. l. 16. de donatio. ante nupt. l. 5. de sponsa. in C. Theodof.
 d Clemēs Ale. wand. lib. 3. p. 2. dago. c. 11.
 e in Euancho Ælius donatus, enarrans illud Terentia. Thais mea, meum suauit. f Theocrit. Eidylio. 3. & 28.
 g Ælianus, l. 1. de vari. hist. c. 15. h Arist. lib. 3. de histor. animal. c. 22.
 i ca. lex diuina. 27. q. 2.
 k Cicero, in C. Verrem.
 l Lucias. lib. de falsatio. m r. Cor. 16. 2. Cor. 13. n Pli. lib. 28. c. 3. o Seruius, in 1. Æneid. Virgil. lib. oscula libauit, & c.
 p Plutar. in vita Catonis Vitent. q Pli. lib. 1. c. 45.
 r Sueton. in Othone ca. 6.
 s Herodo. in 1.

clops ad Galateam.

ὁ μοι δὴ ἐκ ἑταίρων μὲ ἀμάρτης βράχην ἔχοντα, ὡς καλῶς ὑπὸ τὴν χεῖρα τῶν χεῖρα τῶν ἐπίλασα, αἰ μὴ τὸ σῶμα λῆς, id est,
Hei mihi, quod mater mea non peperit habentem
Branchias, vt ad te per vndas subire possem,
Ac manum tuam osculari, si quidem os non velles, & c.

20 Et quibus communicare societate prohibemur, illis nec osculum impertire possumus. Quod fit, vt per osculum sponsalia firmata maiori vinculo vinciantur, & ad nuptias accedunt. Arnolus Ferronius huc b adfert certa sibi fragmenta Senecæ ostensa à Paulo Sadoletto nondum excussa, quibus morem fuisse Hispanorum, ad quos scripsit Constantinus c, legem de osculo. Constat etiam osculo, vt maiori pacto vxorē pacisci. Sed forsitan hic non erit infrugiferum annotasse, Romæ quidem inter homines oscula promiscua fuisse: at cum mulieribus idipsum promiscue omnibus non licuisse. Nam Plutarchus d scribit, mulieres olim tantum frontes virorum, & necessariorum hominum osculatas fuisse, & viros mulierum. Plinius e, & Aulus Gellius f referunt ex autoritate Marci Catonis, tum primum mulieres à cognatis osculatas, cum vsus vini eis interdictus fuisset, ne bibentes laterent, sed domesticorum congressu redarguerentur, subscribit & Blodius g, Polybius h. Athenæus, Plutarchus. Sed & Nonius Marcellus ex 4. de repub. Ciceronis libro tradit, apud Romanos si qua erat mulier famosa, 24 ei cognationem osculum non detulisse. Itali Hispani maximè oscula suspecta habent mulierum, vsque adeo, vt ex eo arguant vxorem adulteram, quæ alteri viro porrexerit, eiusque causa dote vt adulteram priuandam censent, vt tradit Ioannes à Ripa i. Quia & iure pontificio receptum est priuari dote, & maritū eam lucrari, si vxor adulterij conuincatur k. Repugnant tamen Ripario Iason, & Decius, minimè oscula suspecta habentes. 26 Inter quos ego censentem temperamentum illud adhibendum, vt mores regionum inspiciamus, à quibus quid in vsu sit obseruari oporteat. Nam & simplicia oscula, vbi non sunt ita superstitiosi homines, carēt suspitione, nam, vt ait puella apud Theocritum l,

Μὴ κούρω Σελυρίσση, κούρην φίλαμα μένον.
Τὸ σῶμα μὲν πλύνω, καὶ ἀποπλύνω τὸ φίλαμα. id est,
Ne gloriare Salyricæ, inane osculum esse dicunt.
Lano os meum, & osculum deservo.

27 Antifidorensi concilio cautum est, ne monachi sibi compartes commatrelse faciant, nec osculandi voluptatem habere docer alibi Theocritus m,

Νισαῖοι Μισαρῶν, ἀριστέωντες ἐρέμοις, ὄλβιοι οἰκίσαι τὸν Ἀττικὸν, ὡς περὶ ἄλλων, ἔστω τιμῆσασθαι Διοκλῆα, τὸν φίλτατον. αἰεὶ οἱ περὶ τὸ μὲν ἀλλῶς εἶναι πρῶτον, κούρην ἐπὶ δὲ μάνοιλι φίλαματος ἀνερα φέρει: ὅς ἀνερα προσμάχη γλυκεράτερη χεῖρσι χεῖρην, βεβήμενος εὐφρασίον ἐὰν πρὸς μὴτῶ ἀπλῶν: ὄλβιος ὅστις παῖσι φίλαματα κείνα δισκᾷ. id est,
Nisæi Megareses, remis præstantes, Fœlices habitetis, quoniam præ alijs hospitibus, Anticum Diocleæ puerorum amatorem honore effecistis:
Semper primo vere ad eius tumultum congregati

Pueri certant osculi victoriam reparare
 Quid labris dulcius applicauerit,
 I. coronis honoratus ad suam matrem reuertitur.
 Beatus ille quisque inter pueros de osculis indicat.

De solutione sponsaliorum.
 Cap. 9.

- 1 Sponsalia impune facile dissolui nequeunt.
- 2 Sponsalia soluntur morte.
- 3 Mutuo dissensu.
- 4 Alterius concubitu.
- 5 Superueniente lepra, vel insigni morbo.
- 6 Non impletis conditionibus.
- 7 Noua religionis susceptione.
- 8 Sponsa facta aliunde pregnantē, & si ea adulterata fuerit.
- 9 Inopia sponsalia non dissoluit.
- 10 Sponsalibus dissolutis quomodo repetantur data.
- 11 Sponsalia dissolubilia sunt tantum que futuram, non que presentem habent promissionem.
- 12 Vxores desponsandæ & ducendæ apud Iudeos formula.

Dissolutio sponsalium facilis non est, et si videatur: ideo & cautum, vt parentes, qui irrita fecerunt sponsalia filiorum, à cõmunionē triciō separantur o, & similiter filij, si sunt in culpa, si tamen filij, secundum promissionem factam contraxerint, excusantur vtique scilicet, quoad penam ecclesiæ, sed non quoad reatum, ex quo in contrarium iussi sunt. Sponsalia tamen, futurarum nuptiarum inquam pactiones, aliquando dissolui contingit pluribus de causis. Quarum frequentiores tantum annotabo: reliquas namque videre licet apud Angelum de Clauasio p. Prima ad mortem pertinet, quæ vt omnium periodus, finis, & solutio est q, sic & sponsalia soluit r. Alia ex mutuo dissensu, seu consensu in dissol- 3 uendo consistit s, et si glossa t quædam aliud sentiat, quam tamen reiciunt Ioannes Andreas, & Panormitanus v. Tertio, si qui pri- 4 mam desponsauit pollicitatione futurarum nuptiarum, cum altera se commiscuerit x. Quar- 5 to, si post sponsalia huiusmodi, alter sponsaliorum deciderit vel in lepram y, vel in corporis insignem quandam deformitatem z, putà membro aliquo inciso. Quinto, si non satisfi- 6 fiat conditionibus & pactionibus sponsaliorum a. Sexto, si alter ex sponsis, post sponsalia 7 alterius & diuersæ, quam tunc esset, fiat cultor religionis b: veluti si fiat hæreticus, vt notat Harmenopolus c. Septimo, si ex alieno semine 8 fuerit deprehensa sponsa vterum gestare d. Sic inter leges Langobardorum, Rhotarius eorum rex statuit e, vt si fuerit sponsa adulterata, & non potuerit purgari hoc crimine illato, à duodecim proximis, dissoluantur sponsalia, & illa puniatur pœna adulterij: ite si leprosa, vel dæmoniaca, aut ambobus oculis capta fuerit, tunc quoque spōsus recipiat res quas dedit, & non cogatur illam tollere. Porro inopia sufficiens impune visa 9 non est sponsalia soluere: sicuti ab Ephoris pecunia multati sunt f parentes eius, cui desponsata fuerat filia Lyfandri: quod sponsalibus renunciasent, cognita post mortem Lyfandri eius

o ca. si qui parentes. 31. q. 3. arg. can. sicui. de pœnit. dist. 1.
 p Angel. de Clauasio; in summa. q. 5. deinde, de nup. in nouel. r l. fin. C. de sponsal. s c. 2. de sponsal. ap. Greg. t glo. in d. c. 2. v Ioā. Andre. & Panor. in c. 2. de sponsal. x c. sicut ex literis, de sponsal. ca. si in virum, & c. de sponsal. duor. y c. literas, de cõiug. leprof. z c. quemadmodum, de iur. reur. a c. de illis, de condit. appof. b l. Deo nobis, de epif. & clet. c Harmenop. lib. 4. tit. 1. fa. cit. l. si legibus, de epif. audi. d l. si constant. fol. matris. P. Harmenop. lib. 4. tit. 1. e l. 2. & 3. de sponsal. lib. 2. legum Langobard.
 f Plutarch. in Lyfandro.

10 inopia. Soluris sponfalibus, si is qui aliquid dedit eo nomine, vt in vxorem haberet praeberit causam solutioni non reuocat data: contra, si non dederit, nam reuocat. Quin & ea quae parentibus filiae munera data sunt, ea intentione vt donans haberet in vxorem, si id non consequatur, reuocantur. Notandum tamen nos de sponfalibus agere, quae praesentem non habent promissionem, quibus scilicet nec benedictio adest, nec quis accipit in suam vxorem, sed se accepturum pollicetur; alioquin praesens promissio illa esset ad matrimonij instar indissolubilis. Sic enim & statuit Alexius Comnenus Imperator ad suggestionem Curopalatae, & magni Drungarij Viglae D,

a l. cum veteri, l. 15. de donat. ant. nupt.

b l. c. de dona. ant. nupt.

c cap. fin. de spon. duo. d. in iure ori. talj & constitutionib. Imperatoris Alexij Comneni. tit. de spon. cap. 1.

Ioannis Thracensis, anno a creatione 6600. mense martio, indictione 15. qua declaratum, sponfalia, quae sacra benedictione munita sunt, dissolui non posse. Et Rabini quoque de iure suo testantur in משה מוציא את אשתו מיתור גאסע, in praecipis affirmatiuis, his verbis in Latium conuersis, initianda vxor ducenda, pecunia, vel scripto, vel concubitu, idque faciendum coram testibus. Subarrhatio fieri potest dimidio siclo scriptum, quod consensum explicet, tale esse potest: filia tua vxor mea est. Quod concubitus matrimonium faciat, lex ipsa docet. Quando igitur, vno horum trium eam sanctificauit, vxor illius censetur, & est prohibita toti mundo, haec illi.

e praecip. 48.

Syntagmatis iuris vniuersi libri octauis Finis.

DE MA

a Vlpia. l. in eo iure, l. 45. de rit. nupt.

b c. ex literis, de conuic. conjugat. c Vlpia. in tit. 5. d. 1. de incest. nupt. lib. 5. C. tit. 5. s. si ve: d. ab initio, de nup. in nouel. e Iul. Pon. l. 2. recep. sent. tit. 20.

f Dioclet. & Maxi. l. serui, l. 1. ad l. Iul. de adul. lib. 9. C. tit. 9.

g Veget. 1. de re milit.

h Caesar. 1. comment.

i Columel. 1. de re rust. l. 5. 1. de nupt. ap. Iustin.

l. 1. quod attinet, l. 31. de reg. iur. P.

m in iure ori. tali constitutio. Comneni tit. 2. s. 1. s. 2. s. 3. s. 4. s. 5. s. 6. s. 7. s. 8. s. 9. s. 10. s. 11. s. 12. s. 13. s. 14. s. 15. s. 16. s. 17. s. 18. s. 19. s. 20. s. 21. s. 22. s. 23. s. 24. s. 25. s. 26. s. 27. s. 28. s. 29. s. 30. s. 31. s. 32. s. 33. s. 34. s. 35. s. 36. s. 37. s. 38. s. 39. s. 40. s. 41. s. 42. s. 43. s. 44. s. 45. s. 46. s. 47. s. 48. s. 49. s. 50. s. 51. s. 52. s. 53. s. 54. s. 55. s. 56. s. 57. s. 58. s. 59. s. 60. s. 61. s. 62. s. 63. s. 64. s. 65. s. 66. s. 67. s. 68. s. 69. s. 70. s. 71. s. 72. s. 73. s. 74. s. 75. s. 76. s. 77. s. 78. s. 79. s. 80. s. 81. s. 82. s. 83. s. 84. s. 85. s. 86. s. 87. s. 88. s. 89. s. 90. s. 91. s. 92. s. 93. s. 94. s. 95. s. 96. s. 97. s. 98. s. 99. s. 100.

n ad Col. 3. o de coniug. seruo. l. 4. De cret. Gre. tit. 9. can. omnibus, & can. dictum est nobis, 29. q. 2. & in con. sil. Matien. c. 10. ex constit. Babulo. c. 30. p. cano. nec il. l. 30. q. 3.



DE MATRIMONIIS ET NUPTIIS LIBER IX.

De nomine nuptiarum, & synonymis matrimonij. Cap. 1.

- 1 Synonima verbi matrimonium.
2 Matrimonij etymon, quare potius a matre, quam a patre.
3 Connubium & contubernium quid, & quare istae nuptiae inter seruos non erant olim, hodie sunt.
4 Nuptiarum etymon, maritus, marita quid.
5 Velatae virgines nubentes, & quare nubentes velarentur.
6 Velum nuptiarum flammae erant, & quid essent.
7 Velum duplex, virginum, vestalium.



SYNONIMA sunt matrimonij, coniugium, connubium, nuptiae, consortium, & pro eadem re promiscue usurpata ab Vlpiano, & aliis Iuristis. Matrimonium, quasi matris munus, a matre potius quam a patre dictum, ob onus quod subit mater in vtero gerendo: dolores in edendo, labores in nutriendo. Connubium, ducenda vxoris iure facultas, nullum cum seruis, vt ait Vlpianus: Contubernium tamen cum illis. Ita contubernij nomen non proprie ad liberarum personarum nuptias iure gentium pertinet, sed ad seruas, dum cum ancillis & seruis coniunctio fit, vt ait Constantinus Caesar: aliquando tamen & de liberis contubernium dicitur, ideo nec serui ob violatum contubernium accusantur adulterij illo iure. Est namque contubernium generale nomen, nullius specialis vinculi, quam societatis, referens modum συνουσιον, συνουσιος, conuictus, vt apud Vegetium, Contubernium est tabernaculum seu tentorium decem militum, qui & contubernales, vt & apud Iulium Caesarem. Et Columella suadet dominis dare seruo villico contubernalem mulierem, quae eum contineat, hoc est, vxorem, quae tamen cum illis verè non dicitur, eò quod iustae nuptiae ex legum & iuris ciuilibus pendunt decretis, quorum seruus incapax est, quive pro nullo in iis, quae ciuilibus iuris sunt, habetur. Verum hodie inter Christianos, & seruorum nuptiae sunt, & legitima coniugia, eaque benedicuntur: quia & serui Christiani aliorum sacramentorum participes sunt, vt Comnenus Alexius statuit. Nec seruus vel liber apud Deum: & iura pontificia coniugia horum probant. Nuptiae a nubendo seu velando dicitur sunt. Nubo enim velo signat, & tego. Quamobrem proprie nubere dicitur mulieres, ducere autem vxorem viri, etsi prior appellatio vtrique coniugum detur: vt etiam maritum & maritam aliquando di-

cimus. Moris erat, vt ait D. Ambrosius, antiquis, vt virgines testandi pudoris causa, qui coniunctionem praecedere debet, caput obnubere & velarent. Sic & Rebecca desponsata Isaac absentem, cum eum primum vidit, & cognouit eum esse, cui vxor duceretur, caput suum obnubere cepit. Isidorus autem ideo velari nubentes tradit in symbolo, vt nouerint viris se esse subditas. Si quidem eligunt tunc pro capite maritum, cui se submittunt: ita caput vxoris viri, caput autem viri Christi. Fiebat autem velatio ante nuptias in sponfalibus, quod vel ex Pelagij papae sanctione liquet, dum ait, cum alio velata non nupta, nubentem iterum: primo mortuo non inducere bigamia, priori haec secunda accedit: quae firmat Varro, Neptunus, inquit, quod mare terras obnubit, vt nubes caelum a nubibus, hoc est, a pertione, vt antiqui, a quo nuptia nuptiisque dicitur. Pertinet huc illud Lucani, dum agit de nuptiis Martiae secundò cum Catone nubentis, Lutica demissos velarum flammae vultus.

Flameum namque, dum nubebat, accipiebatur, quod perpetuo vxor Flamini ferebat, inauguratione felici, vt nuptiae, quemadmodum flaminis, essent indissolubiles. Sic & Plinius etiam notat, Lutici, inquit, scilicet coloris honorem antiquissimum in nuptiis flammis totum foeminae concessum. Meminit Valerius Maximus C. Sulpitium Gallum, vxorem dimisisse, quod eam capite aperto foris versatam cognouerit, vt inde pudicas matronas capite fuisse velatas colligere possimus, vt pote praesente lege vxoribus, oculo tantum maritalis, quibus & formam suam approbarerit, & placere desiderarent, & vltior conspectus illarum superuacua irritatione accersitus, in suspitione & crimine haerere necesse visum est. Festus ricam scribit, dici vestimentum quadratum limbriatum purpureum, quo flaminiae pro palliolo utebantur. Nonius Marcellus libello de generibus vestimentorum flameum in masculino dixit genere; dum de eo & Ricinio in haec verba meminit, Flammeus, vestis, vel tegmen, quo capita matronae tegunt. Plantius aulula, flameary, violary, carinary. Ricinium, quod nunc Masurium dicitur, palliolum foemineum. Varro taquam vestimenta: Nihil magis dicere muliebri, quam de muliebri ricinio palliolum simplex. Idem de vita populi Romani lib. 1. Et quo mulieres in aduersis rebus ac luctibus cum omnem vestitum delicatorem ac luxuriosum postea institutum ponunt, ricinia sumunt. Velantur & virgines Vestales, tanquam Deo desponsatae. Estque velum apud summos pontifices, mulierum obsequio diuino mancipatarum, conuersionis, & velum sacrum.

Nuptiarum finitio, & de vetera polygama, & vago concubitu. Cap. 2.

- 1 Nuptiae quid.
2 Mariti conuictio aliena a nuptiis, quae viri & foeminae sunt, & de abominanda mariti mixtione.
3 Perse, Romani, impia virili commixtione notati.

q Ambr. li. de patriarch.

r Gen. 24. s Isido. li. 2. de off. c. 19. ca. 15. can. foeminae, q. 5. r 1. Corint. 11. can. cum caput, & can. est ordo, 11. q. 5. v ca. Valentini, 34. dist. c. debitum, de bigam. x Varro, 4. de ling. Lat.

y Lucian. in 2.

z Plin. li. 21. c. 8.

a Val. Max. li. 6. c. 3.

b ex concil. Arelaten. in c. sacrum, c. 4. de regularib. lib. 2. Decret. tit. 31. can. vidua, ca. omnes, 27. q. 1. ca. sanctimoniales, & c. virgines, 20. q. 1.

- 6 Proles & coniunctio, consummatio & probatio matrimonij iniii.
- 7 Consensus nuptialis inuicem tantum, sponsi & sponsae necessarius, ut matrimonium perficiatur.
- 8 Quare indissolubile & perfectum matrimonium inter Christianos sine consensu parentum, & non inter Ethnicos.
- 9 Nuptia quare exigant consensum parentum, in quorum sunt potestate coniungendi: Officium patrum dotare filias, & querere filijs conditionem.
- 10 Consensus parentum in nuptiis filiorum filiarumve familias, iure civili Romanorum necessario exigitur.
- 11 Pena edicti regij & raptus in eos, qui pellicunt & persuadent matrimonium filiabus sine voluntate patris. *Lege 12. tab. no traducea suafione ingenua virgo.*
- 12 Consensus parentum etiam in nuptiis repetendis exigitur.
- 13 Proximorum non exigitur in nuptiis necessario consensus.
- 14 Matris consensus quando in nuptiis filiarum exigitur, in minore orbata patre.
- 15 Filiafamilias post 25. annum, impune sine consensu patris nubij, & Burdigala post 20.
- 16 Furiosi & absentes patris no obest omiffus consensus.
- 17 Filij emancipati sine consensu patris impune ducunt uxores.
- 18 Uxorē meretricē ducere inter opera charitatis est.
- 19 Nuptiis videtur emancipari filius a patre, ex lege Numa Pompilij.
- 20 Apud alias gentes in filiorum filiarumve nuptiis parentum consensus natura dictate statuitur.
- 21 Apud Grecos consensus patris in nuptiis filiarum exigi.
- 22 Iure orientali separata nuptia minoris 25. annis filia sine consensu patris.
- 23 Filia, quae sine patris, vel fratrum vel proximorum consensu nubij, iure Langobardorum priuatur successione.
- 24 Edictum Henrici 2. de nubentibus sine consensu parentum, & de poenis.
- 25 Baldwinus Ferruus abduccens uxorem Iuditham filiam Caroli Calui regis communionem fidei concilio Episcoporum priuatus est.
- 26 Raptoris instar est, qui coniungit sibi uolentem quamuis sine consensu parentum, & poena raptoris afficiendus.
- 27 Amare persuadens tenetur interdicto de seruo corrupto.
- 28 Matrimonia consensu patris non sunt, inuita filia.
- 29 Superbarum filiarum matrimonia a parentibus procurata detrectant pulcherrima castigatio.
- 30 Sannitū nuptiarū deligendarū institutū publicū.

Dicitur deinceps in finitione, nuptias habere coniunctionem, quae est unio corporis, & animorum seu voluntatum, erunt quippe duo in carne una. Et rursum ad mulierem dictum. Et eris subdita, & appetitus subditus viro. Et iterum, Mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir: similiter, vir potestatem sui corporis non habet, sed vxor. Neque amore isto & concordia hac maritali praestantior vel firmiter esse potest, vel debet, ut olim ea Tanauus rex Gothorum cum exercitu suo, ab Asia amoenissimis subactis ditionibus reuocatus fuerit ad sua. Extant amoris coniugalibus celeberrima exempla apud Valerium Maxi-

a Gen. 2. cano. lex diuina, 27. q. 2. D. Mat. c. 19. b Genes. 2. c. 1. ad Cor. 7. c. non debet, de consang. & affinit. d Ioann. Gothus, lib. 1. de reb. gest. Gothor. c. 2.

um. Itaque in matrimonio contrahendo consensus praecipuas obtinet partes & substantiales, secundas concubitus dictumque ideò, nuptias facere consensum, non concubitus, & nuptias solo consensu perfici, & inter inuitos aut dissentientes non contrahi, liberaque esse debere matrimonia. Sic enim maiores nostri rati sunt, verum & honestum amorem coniugum animis solis constare, teste Vlpiano, nec coitum, sed affectionem maritalem matrimonium facere. Quod fit, ut consensus & praesentis temporis in electione coniugij, illud firmum & indissolubile faciat, etsi alter illorum post illud alteri se coniunxerit corpore. Et verè transacta matrimonia dicuntur etiam illa, quibus nulla corporalis copula accessit. Veluti illud, quod inter beatissimam Dei genitricem Mariam, quae virum nunquam cognouit, & beatum Iosephum eius sponsum interuenit. De cuius desolatione loquens D. Augustinus, hoc exemplo, inquit, magnificè fidelibus insinuat coniugibus, seruata etiam pari consensu continentia, posse permanere, uocarique coniugium non permixto corporis nexu, sed custodito mentis affectu. Refert eius matrimonij continentiam in Ammone, & vxore eius Nicephorus Calistus 9. Proles namque bonum quidem est matris nroj, & coniunctio corporum licite accedit post initum matrimonium: ceterum ea non sunt matrimonium, sed appendices & consummatio matrimonij. Arguit tamen coniunctio corporum, matrimonij vinculum praecessisse, consuetudoque, quam quis cum libera muliere, quae questum non facit corporis, habet, probationem facit certissimam matrimonij. Ceterum hic obseruandum est, consensum, qui in nuptiis necessariò exigitur ad eas perficiendas sponsi & sponsae tantum esse, quod pertinet ad sacramenti & matrimonij veritatem: vique adeò, ut parentibus dissentientibus factum matrimonium verum sit, & indissolubile, expressè adhuc concilio Tridentino decisum, faciunt capita tituli De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiae, lib. 4. Decretal. tit. 16. & si qui contraxerint poenis iuris ciuilibus cuiusque regionis subiiciantur, & quamuis prohibeantur huiusmodi matrimonia temere inita, & citra ritus, quos & sancta Dei & Catholica ecclesia, & iura ciuilia, & mores boni, & honestas statuunt. Honestum quippe, quamuis non necessarium iure diuino & pontificio, parentes consulere. Nec mireris, quòd inter Christianos hoc receptum sit, etiam contra consensum patris matrimonium, hoc verum esse, si ritus illi voluntatis expressi sint, maximè sacris aduenientibus precibus: diuersum autem apud Ethnicos esse. Nam iure diuino, quòd Deus coniunxit homo non potest separare. Neque in his quae ad sacramenta pertinent, patria consideratur potestas. Et relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suae. At iure gentili & ciuili, & solui poterat matrimonium, vnde & factum aduersus leges irritum pari licentia reddebatur, ut infra docebimus. Et Iulius Paulus sic respondit, eorum qui in potestate patris sunt, sine voluntate eius matrimonia iure non contrahuntur, sed contracta non soluantur: contemplatio enim publice utilitatis priuatorum commodis praesertur: haec Paulus. Inficias

x gl. in d. can. sufficit, in verbo solus, & ita intellige. y Matthei, c. 5. & 19. 1. ad Cor. 7. Luc. c. 6. z cap. fin. de iudic. in 6. a Genes. 2. Matthei 19. ad Ephes. 5. b lib. 2. recept. sent. tit. 29.

e Val. Max. lib. 4. c. 6. f l. nuptias, de reg. iur. li. 50. P. tit. 17. §. nuptias itaque, de nupt. in aurb. coll. 4. §. illud, quib. mo. nar. eff. leg. l. i. C. de repud. lib. 5. tit. 17. g. c. cum loci, & c. si de spof. ap. Greg. c. sufficiat, & can. mat. 27. q. 2. h. Celsus l. si pater rogare. l. 22. de rit. nupt. lib. 23. P. tit. 2. Martia. l. i. i. i. 120. e. tit. Dioclet. & Maxi. l. neque ab initio, l. 14. & l. nec filii, 12. de nup. li. 5. C. i. r. 4. i. d. l. neque ab initio, l. fin. de spof. li. 5. C. tit. 1. Alex. Imp. l. 2. de inutil. i. i. pul. l. 8. C. tit. 39. Paul. l. Titia, l. 134. de verb. oblig. lib. 45. P. tit. c. gema, & ca. requisitum, de spofal. k Vlpia. l. 3. de donat. int. vir. & x. l. 24. P. tit. 2. l. Vlpia. l. eam hic status, §. si diuortium, de donat. int. vir. & x. l. i. i. i. b. e. m. de repu. C. m. c. si de spof. & ex conc. An cyritano, c. 12. Syricius Papa in exemplis c. 4. & ad Hymenium episcopi Taraconensem epist. l. c. 1. de coniugal. c. def. pof. 27. q. 2. n. Iodorus, lib. 9. c. 7. Augusti. de ben. coniug. c. n. de de nup. & concupisc. can. coniuges, & can. coniug. 27. q. 2. ca. non enim 37. q. 1. Aug. contr. iu. lia. l. 1. o Luca, 1. p. August. lib. 2. de cōsen. E. uang. c. 1. q. lib. 3. Histor. eccles. Nicep. Cal. c. 41. r can. in nomi ne, 27. q. 2. c. de bitum, de biga mis. s l. in libere, de rit. nupt. in P. Gordia. l. si vicini, l. 9. de nupt. C. t. can. sufficiat, 27. q. 2. gl. in c. fin. 2. q. 2. gl. in c. 1. de delpon. imp. & ibi P. gl. in l. Paulus, de stat. homi. v. Sessio 8. art. 1. de reformat. matrim.

tamen

tamen non eo, omni iure honestum visum fuisse & penè necessarium, praecedere parentum sententiam & consensum nuptias eorum, quia minores in horum sunt tutela & sacris, & eò magis quòd infirmum sit huiusmodi consilium insidijs multis, & captionibus expositum, officiumque patris sit collocare in matrimonio filias & dotare, & querere conditionem filijsfamilias, indissolubile maiori consilio est ligandum, cautiusque vbi maius periculum, agendum: maximè in filiabus, quarum sexus & infirmitas paternae prouidentiae vel iuris subsidiū desiderat, ut potè quae plerumque maritorum titillatione contra propria commoda consentiunt: neque pudoris virginalis est, eligere maritum. Itaque iure ciuili Romanorum, pro substantia nuptiarum inductum est, patris quoque consensum, cuius in potestate est, filius filiave, adhibendum, & praemittendum esse: alioquin nuptiae illegitimae censentur, & filij illegitimi. Docet & Catullus in carmine nuptiali, filiam expectare & sequi debere hanc voluntatem, dum ait:

At tu ne pugna cum tali conuge virgo: Non aequum est pugnare pater cui tradidit ipse, Ipse pater cum matre, quibus parere necesse est. Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est: Tertia pars matri data, pars data tertia patri, Tertia sola tua est, noli pugnare duobus, Qui genero sua iura simul cum dote dederunt.

Scribit Arnoldus Ferronus praeter edicti hanc de re generalis sanctionem, Senatus Burgdegalensis consulto vsque adeò matrimonia abique voluntate patrum contracta, prohibita coërcitate vel capitalis poena in ea contrahentes locum habeat, & presbyteros, eorum ministros, etiam profanos iudices dammare posse, & eos quoque, qui filium alterius ad nuptias impulsissent sine patris consensu. Tractat & de poenis in hos qui haec tentarint Alexander. Sed & rapuisse sine traditione, & poenas raptus hic habere locum nemo ambigit, pro seductis ita virginibus & filijsfamilias, Lex ita 12. tab. prohibebat, ingenuam virginem suafione traduci. Et Solonis lege Plutarchus meminit, qui verbis pellexissent adolefcentulas, grauius punitos. Inuehitur in Critonem Chremes Terentianus, qui adolefcentulos imperitos rerum, in fraudem elicit sollicitando, & pollicitando eorum animos lactet, ac meretricios amores nuptijs conglutinet. Sic Plautus.

Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala, Quae praeter sapientiam placet parentibus.

Tantum enim confidit lex ciuilibus de parentum erga liberos sollicitudine, ut nullum affectum paterno praeponei uoluerit, & ratam omnino haberi voluntatem eius circa delectum personarum, quibus liberos morientes etiam post mortem committant defendendos, ut sufficiat solum paternum testimonium, ex sanctione Iustinianea. Quae omnia in nuptijs renouandis seu repetendis locum habent, si vidua minor adhuc filiafamilias, & iuuenis fuerit, ut ait Iulianus. Quod & Caesares Valentinia. Valens, & Gratianus, prorogant ad emancipatam viduam, iuuenem tamen & minorem 25. annis, ea lege, ut si in electione mariti, illius voluntas repugnet paternae, & proximorum, tunc arbiter iudex adeatur, dicturus pro negotij qualitate sententiam. Necessariò namque aliter proximorum, sicut nec curatoris vel affini villa auctoritas exigitur, & expectanda est sola voluntas eius, de cuius coniun-

a Vlp. l. 1. de minor. 25. an. li. 4. Tit. 4. b Martia. l. 9. lib. 105. l. 19. de rit. nup. lib. 23. P. tit. 2. l. 6. §. viramque, de dot. prom. li. 5. C. tit. 11. c. c. vbi. periculum de electione. d Vlp. l. 1. & 2. a l. SC. Veitia. li. 6. P. tit. 1. §. 1. qui. ali. lic. vel non, lib. 2. In. fit. rit. s. Honor. & Theod. C. l. si pater paquam, l. 4. de spofal. li. 5. C. tit. 1. f can. honorantur, 30. q. 2. g l. Paulus, de stat. hom. l. 1. P. l. 2. l. generalis mandato, & l. seq. de rit. nup. li. 23. P. l. 2. & l. si vt proponis, C. de nup. §. 1. de nup. l. i. in. fit. Iustini. in l. vni. §. nec sit facultas, de rap. virgi. li. 9. C. tit. 13. h Arnol. Ferron. in consuet. Burdegal. ad tit. 4. de dote, & §. 3.

i Alex. conf. 93. r. volum. k l. Marcellus, de verb. fig. l. vni. de rap. vir gin.

l Plaut. in Persa, act. 3. scen. 1.

m l. fin. de curat. furio. C.

n Iustin. l. de creationib. l. 20. de episcop. aud. l. i. C. tit. 7. l. humanitas inuitu, de impub. C. o Iulia. l. nuptia. l. 18. de rit. nup. li. 23. P. tit. 2. l. 1. vt proponis post querelam, l. 7. C. de nupt. p l. viduae, l. 16. de nup. lib. 5. C. tit. 1. in coniunctione filiarum, l. 20. C. eo.

ctione tractatur. Si tamen minor orbata patre sub tutela agat, & inter matrem & tutores & proximios de eligendo marito controuertatur, tunc quoque adeundus erit Iudex: viuente autem patre eius voluntati est deferendum, si tamen sui officij paterni non sit immemor, alioquin si nubili negligerat filiam, & vigesimum quinquem illa expectans annum transegerit, arbitrium filiae in eligendo sibi marito non reicitur, nec punitur: atque pater qui bonis suis nubentem intra eam aetatem poterat abdicare, & exhaereditare liberè, post eam non potest. Burdegala autem nec post vigesimum. Quòd fit etiam, ut negligatur consensus etiam patris furiosi impune à filiafamilias: eò quòd per illum consuli illi commodè non potest, eademque ratione absentium parentum vel captorum ab hostibus post triennium à filijsfamilias, vel filiabusfam. consensus non est necessariò requirendus, si modò tales sint nuptiae, quas certum sit patrem non repudiaturum, ut notant Paulus & Iulianus Iuriconsul. Ita & filius emancipatus sine consensu patris vxorem ducere potest secundum Modestinum, nec ob id iustè à patre exhaereditatur: nisi, inquit Vlpianus, tam ignominiosam vxorem duxerit filius, quae dedecori sit tam ipsi, quam patri, talem mulierem habere, quo casu pater iure suo uti poterit. Quamquam hodie nec hanc esse contendere iustam exhaereditationis causam, eò quòd inter causas à Iustiano non comprehendatur. Et receptum sit hodie inter opera charitatis esse etiam meretricem per nuptias à fornicationis consuetudine reuocasse: quod enim agitur ita, in remissionem dicitur pertinere peccatorum. Nec est culpandum, inquit D. Hieronymus, Oseas propheta, si meretricem quam duxit, ad pudicitiam conuertit, sed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecit. Et scenicae mulieres, si praeniteat sceleris rectè, gratia praecedens vitae facta à principe, ut alia nubunt. Quamobrem nos prohibitionem iuris ciuilibus non de nubendo sine consensu patris, intra cancellos & fines patriae potestatis coërcendum, qua pendente cura & sollicitudo liberorum maximè officio paterno relinquitur, eaque soluta à patre quodammodo abdicatur, moneturque filius missus è manu, ut in posterum non fuscus paterno labori sibi prospiciat & consulat, suae enim potestatis tunc fit. Docet & 19. lex Numae Pompilij, nuptijs emancipationem quandam filiorum fieri, dum statuit, si pater filio concesserit uxorem ducere futuram sacrorum ac bonorum iuxta leges participem, patri posthac nullum ius vendendi filium esto. Hanc etiam potestatem obseruant alia iura, quae de consensu paterno nuptijs filiarum filiorumve tractant, & easdem ferè admittunt distinctiones. Aliae namque gentes, etsi potestatem in filios non dicantur habere patrem Romanis in libros, nihilominus natura admonet ipsa, adhiberi in horum coniugij debere patris voluntatem. Ita ratio dicitur ciuilibus quae & naturalis hoc suadere: quia iuris iustitiae quoque est matrimonium, diuinàque eius institutio. Diuini quoque & naturalis iuris honor, qui parentibus exhiberi debet. Sic & apud Grecos obseruatum esse docet Homerus, dum Antonius Telemachus ita alloquitur,

μη λεγα σὺν ἀπόστρεψον ἀναρχοῖ δὲ μιν γαμβροῦς τῶν θεῶν ἀδελφῶν κλέειαι καὶ ἀνδρῶν ἀνδρῶν, id est, Matrem tuam dimitte, iube autem eam nubere Illi cuiusque pater iusserit, & ipsi placuerit.

Apuleius cum tradit rationes, quibus non vi-

q Gordianus, l. in copulandis, l. 8. de nup. in P. r Ver. & Anton. l. 1. Cod. de nupt.

s §. 5. causas, vt cum de appell. cognof. in athen. t in consuetu. Burdegal. tit. 4. de dote, §. 2. v Vlp. l. si nepos, l. 9. de rit. nup. in P. Iust. l. si furiosus, l. 25. de nupt. C. §. vnde quatuor, eo. tit. ap. Iust. x l. si ita, l. 10. & l. si filius eius, l. 1. de rit. nup. in P. y l. filius emancipat, l. 25. de rit. nup. in P. z Vlp. l. 3. si emancipatus, in 1. de bon. poss. cont. tab. l. 137. P. tit. 4. a in §. causas, vt cum de appell. cognof. in athen.

b Clem. 3. in c. inter opera, c. 20. de spofal. lib. 4. Decret. Greg. tit. 2. c. D. Hieron. in Oseam. l. 2. ca. non est culpandus, §. q. d. Iustina. in l. imperialis, l. 23. de nupt. C.

c Dion. Halic. li. 2. Antiquit. Roma.

f §. 1. de pat. pot.

g §. 1. de nupt. h l. 1. §. fin. de iust. & iur.

i Exod. ca. 29. cum similib. l. 2. de iust. & iur. k Homeius, 2. Odyss.

l Apuleius, re. 6. Ann. 11.

Cc

deantur illi nuptiæ legitimæ inter cupidinem & Psychem eam quoque adfert, quod clam parentibus nullòque adhibito teste factæ fuissent. Inter sanctiones pontificias iuris Orientalis a extat vna patriarchalis Constantinopolitani Patriarchæ, de Hypothesi proposita nuptiarum initarum cum Mirza filio Bombylæ conquerentis, ab Anthimio filio cuiusdam Leonis nullo præcedente vel sequuto consensu Bombylæ patris: statuiturque eas nuptias nullas esse, vtpote factas sine consensu paterno cum filia minore 25. annorum, separandæque veluti non differentes ab scortatione. Langobardorum seu Insuorum iure b, filia quæ sine patris consensu, vel fratrum, vel proximorum, cum alio, quàm ei cui desponsata vel promissa esset, nupsisset, priuatur successione paterna, quæ proximioribus ea expuncta deferatur. Gallico nostro iure lata est Henrici 2. constitutio anni 1156. quæ prohibet matrimonia, vt clandestina, filiarum filiorumve familias, in scijs, & inconsultis, inuitis, que parentibus fieri: alioquin ea attentantibus, licere parentibus eos easve exhaeredes facere, donationes illis factas reuocare. Hòsque declarat ipso iure incapases omnium lucrorum prouenientium ex conuentionibus matrimonialibus patrum & matrum, vel delatorum ex consuetudine locorum: castigationem pœnalem tum contractum, tum proxenatarum arbitrio iudicis committens: exceptis tantum filijs maioribus triginta annorum, & filiabus 25. quos nubentes inuitis parentibus eximit à lege, dummodò consuluerint prius ipsos parentes, quamuis non obtinuerint exquisitum consensum. Antea Balduinus Ferreus præfectus Flandriæ cum ex sylvæ nocte inconsulto patre Iuditham filiam Caroli Calui regis Gallo- rum abduxisset, & pro vxore habuisset, conuocato per regem pontificum concilio damnatus, & ex piori loco motus anno Domini 862. Is autè eius rei gratia Romam petijt: absolutionis & expiationis consequendæ gratia, vtque de raptu se purgaret: tandemque regi conciliatus nuptias celebravit teste Meyero c. Et raptoris instar est, qui virgines etiam volentes sibi sine parentum consensu coniungit. pœnæque raptoris vltimi supplicij plectitur à Iustiano C. d siquidem quamuis volenti non fiat iniuria filia e, nihilominus patri fit ex attentata filia pudicitia, suoque nomine agit, etsi filia agere non possit f. Teneretur interdico de seruo corrupto, vt deteriorer filium filiamve faciès, qui persuasit vt amator amatrixve esset, vt ait Vlpianus g, & Paulus h dicebat inter esse parentum, animos liberorum non corrumpi. Quamquam mitius agatur cum ijs raptoribus qui inuitis parentibus, consentientibus tamen filiabus, eas rapuerunt, quo casu raptus excusatur, quod pertinet ad efficaciam matrimonij i, quod sua natura consensu vtriusque coniugis celebratum firmum est Preponunt tamen iura ciuilia voluntatem patris, filia. Quam tamen cogi à patre nolunt, vt libera sint matrimonia, prout monui, nisi forsitan vtantur illa honesta coactione, de qua meminit Iulius Pollux k, per quam ingenium patris deicere potest superbiam filiorum, si monilia & causam superbiendi filiabus adimant, veluti, inquit, qui afinos admittunt, faciunt: si enim equæ asinorum congressum aspernantur, eosque lace- sunt, equarum iubas radunt, & ad fontes deducunt: hæ verò tanquam in speculo cernentes deformitatem corporis & iubæ splendorem amissum, deterioris postea animalis congressum admittunt.

a H. 2. iur. Oriẽ tal. circa finẽ.

b I. si despon- sal. l. 2. Lango- bard.

c Meyerus, li. 2. Histo. Flan- dia.

d l. vni. §. est quidẽ, de rap- tui. lib. 9. C. tit. 13. §. 1. de rap. mulierib. collat. 9. tit. 13. e. l. cum dona- tionis, C. de trasact. l. si ve- ditore de reci. vend. C. 11. de actio. empt. C. §. Vlp. in l. 1. §. vsque ad eod. de iniur. lib. 47. P. tit. 1. Caius, l. si qs seruũ meũ, l. 16. Neratius, l. pater cuius, l. 41. eod. tit. g Vlpia. l. 1. de ser. corrup. l. 11. P. tit. 3. h Paul. l. vt itã- tum, l. 24. eod. tit. i e. pen. de rap- to. l. 5. De cre- tal. tit. 18. can. 1. & c. lex illa, 27. q. 2. k Tul. Pollux, li. 1. Chonias, v. 1.

Sed & Samnitibus alia lex honesta quidem erat & quæ ad honestatem excitaret teste Strabone l, vt nec parentibus filias suas quibus collibuisse- dare nuptui fas esset: verum quotannis decem præstantes decerni virgines ac optimos totidem adolescentes: ex ijs, primam primo: secundam, se- cundo: & ita deinceps hoc pacto: quod si is qui primam accepit honestam, iustam institutionem mutauisset in deterius, habitus contemptui pro ignominia erat, & ei locata adimebatur.

l Strabo, lib. 5. Geograph.

De indiuidua matrimonij & diuini & humani iuris societate.

Cap. 4.

- 1 Societas in matrimonio, diuina & humana domus.
- 2 Theogena Agathoclis vxoris honestum responsum de societate maritali.
- 3 Indiuiduam esse societatem matrimonij, nec vxorem esse temporalem, nec filium.
- 4 Vxorem suam Cato Uticensis concessit Hortensio liberorum causa.
- 5 Vxores precaria, & temporaria mercede conducta Sarracenis, Romanis, Spartiatis, Aegyptijs.
- 6 Societas coniugalis facit communionem rerum vtriusque familie, habitationis, domicilij, vnde dicitur ducta vxor.
- 7 Matrimonia farre coniuncta indissolubilia lege Romuli, & succedebat eo moda coniuncta viro.
- 8 Excommunicati seorsum ab vxore manentes, nolentes redire: viri consulares solent seorsum ab vxoribus habitare.
- 9 Vxorem inuito marito pater non potest retinere.
- 10 Vxores radijs maritorum splendent, & infelicitatis eorumdem sunt participes.
- 11 Vidua artificis iurati, artem per seruum exper- tum non magistrum, potest exercere.
- 12 Vidua viuum retinet mortuum maritum.
- 13 Anima defuncti, vidue sua egrè fert secundas nuptias.
- 14 Vxores vnà cum virorum mortuorum corpori- bus ex lege concremata apud Vuendos & Cetheos.
- 15 Coniugibus vnà debet esse communis religio.

A Diicitur finitioni nuptiarum quoque indiuidua vitæ consuetudo, & iuris diuini & humani communicatio: quæ nobis exhibent perfectam & indissolubilem societatem matrimonij, vt non immeritò summus Pontifex m argumentetur à societate ad matrimonium: vocat & Gordianus Cæsar n vxorem sociam rei humanæ, & diuinæ domus: sic Horatius o sociam vocat epitheto congruo vxorem:

Manet sub Ioue frigido venator, Socia coniugis immemor.
ex lectione Lambini. Neque enim prohibita viro permiffa societas inter aliquos, quandiu vixerint P. Et Theogena vxor Agatoclis regis Sici- lia, cum in Aegyptum remitteretur morituro Agathocle ægrè ab eo diuisa dicebat, nubendo se non prosperæ tantum, sed omnis fortunæ inisse societatem, vt author Iustinus ex Trogo q. Indiuiduum autem hanc esse, omni consensu nationum,

m c. 2. de spõ- salib. n Gordian. l. 4. de crim. expil. hæred. l. 9. C. tit. 32. o Horat. l. car. Ode. 1.

p Paul. l. 1. pro socio, lib. 17. P. tit. 2.

q Iustinus, lib. 3. histor. g.

tionum, quæ ratione vix fuerint, ferè semper receptum est, vt & ex sententia Solonis a de vxore coniciere possumus.

Ζεις γὰρ μέγιστον τὸν ἐπιόντων κερδῶν καὶ δέσπον ἀποδιδόντων ἀπὸ τοῦ νόμου ἐξ ἑ τὸ τὰς μὲν αἰδῶς ἐδέξατο, γυναικὸς εἶναι ἀποιδινητόν, id est, Jupiter maximum hoc ipsum fecit malum, Scilicet quod cognoscamus aequalem. Omnium mulierum sortem, Et vinculum constituit indissolubile.

Ex quo solutus Pluto aliquos accepit pro vxore pugnantes. Sed latius de solutione paulò post, modò annotasse sufficiet, vxorem esse nõ posse temporalem, sed perpetuam quandiu vixerit: Nam nec moribus nostris conuenit filium habere tem- poralem, vt ait Paulus Iurific. b Et si morte aliquo antiquo aliquando receptum fuisse legamus aliud quidpiam diuersum: si tamen verum sit probatum fuisse quod Strabo c tradit, Catonem Uticensem vxorem suam Martiam concessisse Hortensio li- berorum causa. Plutarchus d etiam contracta sponsalia dixit Philippi patris voluntate. Similes certè illis qui præcario vxores habebant, vel ad tempus conducebant mercede, qualem mortem tribuit Sarracenis Ammianus Marcellinus e. Scribit & Rhodiginus f, sed alibi non legi. Romanos cum liberorum satis ex sua vxore suscepisse vide- rentur, vxorem alteri, qui liberis egeret, cedere solitos. Vt Plutarchus g, apud Spartiatis probis viris vxores infæcundas habentibus, alienas pro- lis causa adire licitum fuisse. Scribit quoque ex lege Lycurgi licuisse aliquando seniori viro, vxori iuueni probum & honestum adolescentem ad- miscere, & vbi eam generoso semine compleffet, suum ipsorum quod natum esset efficere. Quod improbat meritò D. Augustinus, ad Claudium lib. 5. contra Iulianum h. Meminit Suidas i Vulcanum Aegypti regem, modestiæ tullis legem Aegyptijs, quorum vxores apud maritos perleu- rare ignorarent. Societas hæc vitæ inducit com- munionem inter cõiuges rerum & earum domi- nij, vt ait Paulus k. Commiscetur familia, & quæ vxoris sunt, fiunt, ac si vxoris, censentur ab Vlpia- no l. Et proinde altero cõiugum alteri subripiente quidpiam, furari non dicitur, nec eius nomine, sed rerum amotarum actione repetitur subtra- ctum m. Dicitur incola eiusdem ciuitatis vxor, cuius est maritus, apud Papinianum n: vt contra legata vxori habitatio ratione societatis fit com- munitis viro eius o, ibique habere dicitur vxor do- micilium, vbi maritus habet vel habuit, si deces- serit p. Ideò Clemens Alexandrinus q: *Honestum, inquit, est, viri vxoribus fidem habentes eis domus custodiam permittant, vt que eis ad hoc opitulatrice data sunt.* Sequitur vel sequi debet semper vi- rum suum vxor, in vita & in morte r: nisi vagari incipiat vs, vel exularet, vt ait Aeschines t, ijs vna caro v, vna domus, vnũque sepulchrum x. Proinde Pomponius y pro perfectione nuptia- rum ex ritu Romanorum desiderare videtur, vt vxor in domum viri ducatur: *Deductione namque, inquit, opus esse in mariti non in vxoris domum, quasi in domicilium matrimonij.* Indèque tracta est appellatio, ducere vxorem, pro accipere vxorem, etsi sola deductio in domum, nisi sponsalia præcesserint vel alia argumenta, nuptias non pro- bent per se, vt notat Vlpia. z Promissione autem accedente de habenda ea vxoris loco maximam

a Solon, in 3. nouis.

b Paul. l. qua- sitũ, de adopt. lib. 1. P.

c Strabo, li. 11.

d Plutar. in vi- ta Cato. Vit- cens.

e Ammia. lib. 14. Histo. f Cæl. Rhodi- gi. lib. 15. c. 17. g Plutarch. in vita Lycur. h in ca. sic non sunt facienda adulteria, 32. q. 4. i Suid. in ver. 2. e. 150. k Paul. l. 1. rer. amota. lib. 25. P. tit. 2. l Vlpia. l. 1. §. si vir aut vxor ad SC. Sylla- mia. l. 2. P. tit. 5. m d. l. 1. & 2. & tot. tit. rer. a- motar. in P. 1. aduersus, de crimin. expil. hæred. C. l. quã- uis, C. de furt. n Papin. l. 5. §. ite recepte- runt, in 2. ad municip. l. 50. P. tit. 1. o l. eorumdem, de vsu & habita- ta. P. p l. ea que, l. 32. ad municip. P. l. exigere, de iudic. in P. l. 5. l. mulieres, de dignit. l. 11. C. l. 5. de inco. lib. 10. C. q Clem. Alex. li. 3. Pedagoga- cili. r ca. vnaque- que, 13. q. 2. s Lquod nisi, l. 20. de operib. liberr. l. 38. P. tit. 1. t Aeschines, epist. ad Senat. y Gene. 2. can- sunt qui, 27. q. 2. z can. de inde, 26. dist. Math. 10. x c. ebron. 13. q. 2. y Pompon. l. muliere, l. 5. de rit. nupt. in P.

z Vlpia. l. qua- sitũ, l. 9. de spõ sal. lib. 23. P. tit. 1.

vim addit a. Ex lege Romuli apud Dionysium 7 Halicarnasseum b, per sacra farris vxor ducta cõ- iugio, nodo indissolubili iungebatur, eratq; mul- lier viro obsequens & pudica, & domus domina æquè ac maritus, & in eius mariti bona succede- bat hæres, sicut parentis filia: ex affe quidem, si is intestatus & sine liberis decederet, si cum liberis vnà cum illis. Statuit aliquando Synodus quæ- dam Constantinopoli sub Manuèle eius patriar- cha habita, vt notatur in respõsis Dithyrrachij c metropolitæ, eos qui seorsum ab vxoribus reman- ent & noluerint conuenite, excommunicatione notandos: quod intelligendum cum Vlpiano d, si seorsum habitantes non habeant inuicem hono- rem matrimonij: alioquin si habeant habitatio- nem diuisio non dirimit matrimonij affectionem & vnionem, *solent enim, inquit idem Vlpianus, viri consulares ita seorsum habitare.* Hac ratione 9 pater detinens vxorem, cogitur cõquerenti apud prætorem marito, in domum maritale deduce- re e: nec potest illam societatem paterna præro- gatiua turbare aut dissoluere f. Scriptum quippe, vt non semel dixit, *relinquet patrem hominẽ, & adhe- rebit vxori g.* Singularis certè vel meliùs præstan- tissima societatum ista, quæ auctori natiuitatis præponitur, vt non solum societas, sed commixtio & confusio duorum animorum, & corporum in vno composito, vnũ quid faciens videatur: & animus viri in corpore vxoris, & vicissim mulie- ris in marito viuere & sedem sibi delegisse, vt non abs re D. Paulus scripserit, nuptiam præcipuum habere studium, quomodo placeat viro, & vitum habentem vxorem, quomodo vicissim eam redam- met h. Quamobrem & illæ illustantur radijs ma- ritorum, & eorum dignitate refulgēt i: cum ma- riti dignitate concrescunt k, & eorum sentiunt fulgorem: æquum enim est & naturale l, commu- nicari honores, quibus communia sunt etiam in- fortuna, ob quæ non licet abire à iugo hoc mat- rimonij. *Quid enim tam humanum est, inquit Vlpia- nus m, quàm fornicis casibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem esse?* Placuit idcirco, nec in iniustis rationibus, supremis orchestris, mortuo marito artifice, eius artificij quod nisi iuratis & paritis à republica permittitur quilibet, viduam defuncti posse artificium mariti, ac si is viueret, per seruos expertos tamen in ea arte exercere pa- lam, quamuis magisterij gradu insigniti non sint, & iure communi non nisi ab insignitis tractetur. Et ita Philibertus Buignonius n refert iudicatum fuisse à Senatu Lutetiano 13. Cal. Decemb. anno 1427. & in comitijs Molinensibus 8. Octob. 1740. Ego quoque sæpe vidi Tholozæ eo modo Sena- tui placuisse, dum subfellijs eram assiduus. Vide- tur quippe adhuc extincto corpore cõiugis, cum vidua nobilior coniunctionis maritalis portio re- manere: viua nempe affectio, & animus qui im- mortalis est, cui iurata fuit viuente & superfite corpore societas. Sicut & Iustinianus notat o, ani- mam defuncti coniugis ægrè ferre superstitis se- cundas nuptias. Fueruntq; nationes aliqua, apud 14 quas vxores mortuis maritis vnà cum rogo mari- tali, vt perfererent æqualis societas, vt ebantur: veluti mos erat apud Vuendos, qui erant genus Sclauinorum, in agris Saxonum & Thuringe- rum habitantes, vt tradit Vunefridus Angelus, qui postea Bonifacius appellatus est, Episcopus Mo- guntiaci factus, in epistola ad Edoardum Anglo- rum principem, teste Beato Rhenano p. Idem apud Catharos prope Adrastarum terras in India

a s. quoniam, auth. Nouell. 74. Iustin. b Dion. Hali- car. lib. 2. an- tiq. Roma.

c libr. a. Iur. O- rient. l. 9.

d Vlpia. l. cum hic status, l. 33. §. si diuortij, de donatio. int. vir. & vxor. lib. 24. P. tit. 3.

e l. si iniusta, C. de nupt. l. 2. de libe. exhib. in P. l. fin. C. 10. tit. 1. f l. filia diuo- rum, & l. dis- sentientis, l. 5. de repud. l. 5. C. tit. 17. §. filia, C. de inoff. tes- ta. l. 1. §. fin. de lib. exhib. in P. l. repreheden- da, l. 5. de insti- tu. & resti. sub eod. tit. fact. li. 6. C. tit. 25. g Gene. 2. cum similib. h Corint. 7. ad Ephel. 5. ad Colo. 1. i §. hæc itaq; de consul. in Authen. l. For- minæ. l. 8. de senato. lib. 1. P. tit. 9. k Iustin. l. fin. de nup. C. l. l. secundum naturam, de reg. iur. 9. m Vlp. l. cum doctem, l. 23. §. si maritus, fo- lur. marit. lib. 24. P. tit. 3. l. pa- tre futuro, l. 5. de iis qui sunt sui vel ali. iur. l. 1. P. tit. 6. n Buigno, in legib. abroga.

o Iustinia. 5. que verb. de nupt. in auth.

p Rhenan, in fine l. lib. rer. Germani.

lege scitum & seruatum, ob fœminâ cuiusdam beneficium in matrimonium paratum, teste Diodoro Siculo & Strabo hos vocat Catheos subscribens reliquis. Et quia in hac societate coniugali est diuini & humani iuris communicatio: quemadmodum bona sic & affectio æqualia esse debent, & religio, qua vita nostra maxime constat, vt ait Plinius, eadem vtrique esse debent coniugum. Neque cum sectæ alicuius hominibus vel mulieribus disparis religionis inire nuptias lex permittit: veluti inter Iudæum & Christianum, vel Christianam, vel Christianum & Iudæam, alioquin capitali supplicio imminente. Et Leo & Anthe-mius CC. tradunt, sponsalia dissolui posse propter impudicam conuersationem, aut religionis vel sectæ diuersitatem. Explicant tamen illud intelligendum, si ante contracta sponsalia ignorasent diuersitatem: nam si sciuerint antè, impunè ea non dissolunt, sed sibi imputare debent. Iubet Plutarchus, vt vxor in religione similis sit marito, neve aliam peregrinam admittat. Nam, inquit, nulli Deo sacra ocella & abscondita grata sunt. Sed de hoc in solutionis causis matrimonij, latius paulò post.

De ritibus nuptiarum. Cap. 5.

- 1 Solemnia & ritus nuptiarum quare adiunguntur, hique varij.
2 Consensus in nuptijs alio modo quam verbis exprimitur.
3 Verba qualia in nuptijs consentiendis exiguntur.
4 Caia nomen in nuptijs pangendis cur.
5 Verba matrimonij contrahendi serio, non iocandi causa obligant.
6 Verba etiam ioco dicta semper interpretantur pro matrimonio ferè.
7 Ritus nuptiarum quidam necessarii, quidam minime.
8 Preces matrimonij adiecta in omni Ecclesia Orientali & Occidentali, & palam & publicè contrahi iubet Ecclesia, quare.
9 Clandestina matrimonia non erant tribus obseruatis.
10 Banni, quid in nuptijs.
11 Moscousia matrimonia publicè tantum fiunt in Ecclesijs.
12 Clandestina matrimonia, quod pertinet ad Ecclesiam, rata non sunt, quamuis firma per se & apud Deum, & quare vide num. 15.
13 Clandestina matrimonia, ab Ecclesia approbari debent.
14 Afferens matrimonium, probare debet.
15 Instrumenta matrimonialia, quomodo probant matrimonium. Instrumenta, pompa, dos, & apparatus non faciunt matrimonium, sed ne clam fiat exiguntur.
16 Matrimonia inita Romæ à sacerdote Cereris.
17 Nuptiarum solemnia Hebræis per hebdomadam.
18 Ritus quidam nuptijs Romanorum adhibitis ex Plinio, de colo, suso, stamine, spina, nucibus, confarreatione, adipe, sado & lupino lana.
19 Taxillarum puella nupture publicè se exponunt tuba, & venienti posteriora primum, postea anteriora denudant, & si placita illic nubit.
20 Ritus & forma, qua apprehensis dextris iunguntur coniuges, ex formula Iudæorum precationibus diuinis additis, instrumento, epulis, & concubitu.
21 Romanis interdum ritus nuptiarum similes superioribus manu apprehensa, epihalaminorum & ominationis bona.

a Diod. Sicul. lib. 17. anno 9. b Strabo, lib. 17. c Plin. lib. 14. c. 19. d Valentin. Theod. & Arcad. CCC. l. ne quis, l. 5. de Iudæis lib. 1. c. tit. 12. e Idem. de sp. fal. l. 5. c. tit. 1. f l. si legib. l. 1. 16. de episcop. audien. li. 1. c. tit. 7. g Plutar. in præcep. conubialib.

- 22 Romanis interdum ritus nuptiarum similes superioribus manu apprehensa, epihalaminorum & ominationis bona.
23 Uxor legitima & materfamilias Romæ sebat. et conueniente in manu mariti, quomodo. Uxor materfamilias qua dicebatur: & de triplici formula ducendi uxorem apud Romanos.
24 Uxor per coemptionem quomodo sebat, & conueniebat in viri potestatem.
25 Manus & mancipium potestatem significat.
26 Coemptio quid.
27 Fœmina olim nunquam erat sui iuris, sed in aliena semper potestate, aut patris, fratrum, propinquorum, aut mariti, nec sine horum obligabatur. autoritate. & num. 30.
28 Vestales tantum erant sui iuris.
29 Mulier nupta etiam apud Græcos in potestate mariti.
30 Coemptione simulata, alie sebant Romanis alienationes. Coemptio nuptiarum tribus assibus sebat.
31 In manu mariti sebant & nuptie per confarreationem, & quomodo.
32 Nuptia per farreationem sacra & pontificum Ethnicorum & aliorum.
33 Nuptia sacra farreacia quare.
34 Materfamilias hodie que dicuntur etiam.
35 Nuptie vsu contracte, & vxor vsu quid.
36 Uxor coempta erat concubina.
37 Uxor vulgaris concubina, Concubina honesta, vxor.
38 Concubinam cum vxore habere non licebat.
39 Concubina honestatem matrisfamilias amittebat.
40 Ritus alij Romanorum in nuptijs.
41 Aqua & ignis in nuptijs cur adhibebantur.
42 Cymbrorum coniugia firmabantur unguium resecatione.
43 Theutones coniuges, capillos mutuo detondebant.
44 Armenij auriculas denotabant.
45 Elamita pungebant ad sanguinem vsque digitum.
46 Ritus aliarum gentium in nuptijs firmandis, Numidorum, Dacum, Hungarorum, Scicionitarum, Tarentinorum, Scytharum, Cardiensum.
47 Cardienfes ignem accendebant nubes ipsam, quo extincto sebat diuortium, igni aquam iniicere, prouerbum quid.

IN nuptijs aliqua substantialia, & alia non substantialia pendere oportet: iam autem formam substantialem monuimus in consensu contrahenti consistere. Siquidem reliqui ritus & solemnias vel ad subsidium coniugum, vel ad probationem gestorum. Idcirco & forma contrahendi varia, ritusque varij, veluti, expresso consensu, verbis, & ritibus. Quanquam & sine verbis alio modo expresso consensu fiant, quemadmodum dum mutus mutave nuptias contrahunt. Verba qualia cunq; sint, dummodò consensus ille de presenti tempore exprimat, etiam nihil interest, ea enim interdum sunt, si pro vxore habiturum, & pro marito habituram, vt ait Alexander 3. sum. Pontif. k vel accipio te in meum, & accipio te in meam l. Apud Romanos vsurpata, ego tibi Caius, tu mihi Caius: à tempore Caiæ honestæ matronæ, & optimæ lanificæ, secundum T. Probum m, & Plutar-chum n. Sunt & ijs similia, prout moribus regionum recepta sunt, quæ nodum iniiciunt copulæ, si modò

x gloss. pen. in c. tua nos, de sponsal. i Paul. l. mutus, l. 7. de iud. dot. l. 23. P. tit. 3. l. ex facto, l. 43. de vulg. li. 28. P. tit. 6. cap. cum apud. c. 23. de sponsal. lib. 4. Decret. tit. 1. k c. ex parte, c. 9. de sp. fal. lib. 4. Decret. l. cap. pen. de sp. fal. c. licet, de sp. fal. duor. m T. Probus, lib. de pronominibus, circa operis Valerij Maximi finem. n Plutar. lib. problema.

a c. tua nos, 26. de sponsal. l. simulata, l. 36. de rit. nuptia. co. in P. b l. obligatio, non substantia, de actio. in P. c l. 6. de testam. in P. d rubric. plus val. q. agit. C. e l. si ego, & l. non omnis, de reb. cred. P. l. multè inter est, C. si quis alt. vel sibi, l. verum est, & l. si quis fur, de fur. P. f gl. in c. tua nos, in verbo, mulierem, de sponsal. l. simulata, de rit. nupt. in P. g l. Celsus, l. Labeo, l. 9. l. de Tubero, de supel. lega. lib. 31. P. tit. 10. l. non aliter, de legat. 3. h lib. 1. tit. 1. Oriental. tit. de sponsal. i Concil. Arelat. c. 6. ca. no. frates, c. nulli fideles, 30. q. 5. in decretis Hecmisid. sum. pontif. c. 6. k l. fin. de rit. nupt. l. d. ca. nullus, & c. no. frates, 30. q. 5. m c. sponfus, ex concilio 4. Cathagi. & c. aliter, 30. q. 5. n In hoc. 3. ex concilio generali, in ca. cum inhibito, c. 3. de claud. de sponsal. lib. 4. Decret. tit. 1.

o Sigifmun. in comment. rer. Moscouita. in canonib. Ioannis. p c. 2. de claud. de sp. fal. & ibi glo. can. erubesc. can. 32. dist. & c. Christiana, 32. q. 5. q Alex. c. 2. de claud. de sponsal. r c. 1. 35. q. 5. s c. 1. de claud. de sponsal. t Plin. 43. ad Hebræos 4.

si modò serid, non iocandi animo pronuncietur: sicuti nec iocandi causa promissa, obligant: nec qui se iactauit hæredem institutum, ideò instituisse videtur, vel institui tenetur. Plus enim valet quod agitur, quam quod simulatè concipitur, nec vltra intentionem actus agentium operantur. Verumtamen hic cauendum est, ne hallucinetur quispiam, non semper verba etiam ioco dicta, pro ioco accipi, sed pro matrimonio interpretari ferè semper. Itaque cauendum est, ne verbis capiatur quis temerè effutitis: verba quippe non ad simulandum, sed ad exprimendam mentem dicta censentur: & nemo existimandus est aliquid dixisse, quod prius mente non agitauerit, vt ait Celsus & ex Tuberonis sententia. Ad ritus autem quædam pertinent ferè necessarii, alia non valdè requiruntur, etsi prætermissa sunt, non exprobrantur. Itaque sancta, Catholicaque Ecclesia in nuptijs firmandis & celebrandis, sacras adhibet preces, & orationes, cum in orientali, h, tum in occidentali orbis parte: vt que eas, ea, qua decet honestate cœcipiat, publicè exigit fieri matrimonia, non clam, vt sine dolo, & omni legitima probatione fiant. Clam namque facta, fraudis habent aliquod argumentum. Porrò clandestina non erunt matrimonia, tribus obseruatis: primum, si testes, dum fiunt adhibeatur: secundò, si parentum habeantur cōsensus, de quo diximus, adfintque qui paranymphi dicuntur: tertio, si matrimonia celebranda prius in Ecclesijs per curiones publicè proponantur, competenti termino præfinito, intra quem qui voluerit, & potuerit, legitimum impedimentum opponat, & ipsi quoque presbyteri inuestigent, vtrum aliquod impedimentum obsistat, putà, si contracturi sint in gradu prohibito, vel alio modo impediantur, vt in concilio generali fuit decretum. Vocant vulgò hanc propositionem publicam, Bannos, declinata voce à Græca βαν omne βρι παλαιο innotescat, vel quòd per hanc dictionem Ban, prima, secunda, tertia denunciatio, quæ fit in suggestu Ecclesiastico futurarum nuptiarum, id est, integra & perfectò prædictio & vniuersa significetur: mutatur enim facillè, in β. Exat & canon cuiusdam Ioannis Metropolitæ Moscouiæ, qui apud Ruthenos habitus est propheta loco, matrimonium non nisi publicè in Ecclesijs contrahatur, vt refert Sigifmundus Liber Baro. Requirit ista summopere Ecclesiastica disciplina, nec Ecclesiæ rata dicuntur clandestina matrimonia, quamuis cōtracta clam, sine impedimento tamen, rata sint & firma per se, apud Deū. Cuius diuersitatis ratio ea est, quòd Ecclesia non potest iudicare de his, quæ latent: & ideò si de clam contractis nuptijs coram iudice Ecclesiastico agatur, cum dubium illi sit, non interueniente Ecclesiastica solemnitate, an fuerit factum matrimonium, non potest compellere feruare illud. Ideòque etiam eius comprobatione in celebratis aliter opus est, vt explicat Alexander 3. sum. Pontif. Et quandiu illi de coniunctione legitima fides non sit, ita coniunctos, ex præsumptione certa fortationis, ab inuicem dicere iubebit, & vt stuprum de coniunctione iudicat. Atque ab eo, qui asserit contractum matrimonium, probatio exigitur. At Deus qui occulta nouit, quive testibus non indiget, etsi quis contractum neget matrimonium occultè, & quamuis, quia nõ probatur, non cogatur adherere coniugi: verè tamen nouit factum & indissolubile: proinde legibus Dei qui occultum inficiatur, tenetur ac vinci-

vt nec alium possit inire coniugium illo occulto perseverante: etsi ineat aliud, reus sit adulterij. Instruunt itaque pleraque, & sanctiora & honorabilia reddunt negotia, quæ de substantia non sunt. Eoque pertinent nuptialia instrumenta, quæ tamen per se non probant matrimonium, seu pacta matrimonialia, pompa, seu nuptiarum apparatus, & dotis constitutio, sine quibus tamen substantia matrimonij consistit. Docet id Concilium Arelatense. Nullum fiat matrimonium, inquit, sine dote, nullus uxorem ducere vel nulla nubere presumat, nisi secundum facultates dos constituatur: audi postea rationem, non quod sine dote matrimonium esse non possit, sed ne sine publicis nuptijs quisquam nubere, vel uxorem ducere præsumat. Erat & ritus apud Romanos Ethnicos, vt matrimonia iungerentur à sacerdote Cereris per orationem sacram, teste Plutarcho. Et apud maiores Iudæorum lætitiæ istius publicè testandæ causa, etiam sub lege naturæ, per interregem hebdomadam nuptiarum fiebat solemnia. Possent hinc ritus varios ex Plinio, in nuptijs, adhibitos antiquitus, referre: qui, etsi desuetudine obliterati sunt, nihilominus tamen ostendunt, non clam, non leui iudicio, & vt ita loquar, non summarè, & de plano factas fuisse. Indicabo solum de illis aliquot locos. Is itaque in primis ait: Lanam cum colo, & suso Tenaculis, que eadem & Caia Cecilia vocata est, in templo Sangi durasse prodome se, author est Marcus Varro, factamque ab ea togam regiam undulatam in domo Fortuna, qua Seruius Tullius fuerat usus: inde factum, vt nubentes virginis comitaretur colus compta, & susus cum stamine. Et alibi: Spina nuptiarum facibus auspiciatissima, quoniam inde fecerunt pastores qui rapuerunt Sabinas, vt author est Massilius. Et iterum, honor nubicibus inglandibus natura peculiaris, gemino prote-tis operimento, puluinati peimium calicis, mox lignei putaminis: qua causa eas nuptijs fecit religiosas, tot modis fetu munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo, tripudium sonumque faciant. Et rursum, In sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, nouaq; nuptie farreum præferebant. Et alibi, Proxime in communibus adipis laus, sed maxime suilli apud antiquos etiam religiosi: certè noua nuptie intrantes, etiamnum solemnem habent, postes eo attingere. Et paulò post, Massurius inquit, lupino adipi antiquos palmam dedisse, ideo nouas nuptias postes illos ungere solitas, ne quid mali medicamenti inferretur. Denique & alio loco, Latinis auctoritatem veteres Romani etiam religiosam habuerunt, postes à nubentibus attingi iubentes. De Taxillarum qui populus in India, nubendi consuetudine, noua quædam & inuitata refert Aristobulus, & post eum Strabo: vt qui præ inopia filias suas elocare non possunt, eas in ipso ætatis flore in forum producant cum tuba & classicis, quibus bella significari solent. Tum multitudine conuocata, puella accedenti primum posteriora humero tenus detegit, postea verò anteriora: quæ cum placita fuerit, & approbata, quibuscunq; vt videtur nubit. Formula iungendi matrimonij, quomodo videtur imitati, extat in Tobie historia, frequenter etiam, vt opinor, eius seculi hominibus, vt apprehensa manus dextera futuræ sponsæ daretur dexterae futuri viri. Sic enim Raguel cōiunxit filiam Tobie iuniori, precationem addens sacram, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. Fiebatque charta postea

v l. nec ab initio, leg. 14. de nupt. C. 5. nuptias, de nupt. in aut. x l. donationes in cœubi-nas, l. 32. de donatio. lib. 39. P. tit. 51. y l. si donatio, C. de nupt. 2. l. si. de donatio. ante nupt. C. l. 3. de iur. dotium. in P. a proxime citatis in lib. b concil. Arelatensi can. 6. & ca. nullum, 30. q. 5. c Plutarch. in præcept. conubialib. d Gen. 29. Iudic. c. 14. e Plin. lib. 8. c. 48. f Plin. lib. 16. c. 18. g Plin. lib. 5. c. 22. h Plin. lib. 8. c. 3. i Plin. lib. 28. c. 9. k Plin. lib. 9. c. 2. l Strabo, lib. 20. Geogra. m Tob. c. 7.

villio contubernalis mulier assignanda est, qua cum continet, & in quibusdam iam rebus cum adiuet.

16 stare marito, & eius utilitati. Scio tamen plerisque ob mores potissimum istius ætatis mulierum corruptissimos, quæ vix, raro, aut nunquam ad sympathiam conjugalem conuenire queunt.

17 vt suo arbitrio viuere, imperare, dominari, & agere volunt, calamitatum & infortunii & miseriarum initium, matrimonio iungi & perpetuis molestiis collaudare, acerbissimum putent.

18 Respondeo cum Sufarione, καλὸν ἡ γυναικὲς ἀπὸ θεῶν, ὃ δὲ μὲν τὰς καλὰς καὶ ἐστὶν οὐκ ἐστὶν ἀνευ καλῶν: καὶ γὰρ τὸ ἡμῶν καὶ τὸ μὴ ἡμῶν, καλὸν δὲ ἐστὶν, Malum sunt mulieres, verum tamen ὃ populares hoc sine malo domum inhabitare non licet.

19 Sed, vt ait D. Ambrosius, non est vitium mulieris esse, quod nascitur, sed vitium viri querere, quo sæpe tentetur. Neque res reiiciendæ sunt, quod interdum incautus officere solent: nihil enim adeo est vile, quod aliquid secum non adferat incommodi.

20 mortalem, si omnia ex voto succederent. Erit & vitium remedium prudentiæ in coniugij tolerantia addendum, vt maritus fiat surdus, mulier autem cæca: Sic enim Alphonsus Hispaniarum rex, matrimonium exigi tranquillè & sine querela posse dixit.

21 Quarta nuptiarum introducendarum & conseruandarum ratio est, prolis certitudo, quam habere permagni interest: primum, ob quam quis diligentius conseruat, nutrit & instituit, dum suos nouit, vel tales esse sibi persuadet ob nuptias.

22 Filium enim definitum, quem nuptiæ demonstrant: alioquin enim diffidilis, imò ferè impossibilis filiationis probatio dicitur. Vt & illi, qui ex concubitu promiscuo meretricis, patrem habere non censeantur: non quidem quod patre careant, sed quod certum demonstrare vel honestè non possint: matre quidem semper certa, sed patre citra nuptias incerto.

23 Et naturale hoc est omnibus animantibus, suos fetus potius diligere & nutrire, quam alienos, veluti ex substantia propria productos. Sicut enim nemo carnem suam vnquam odit, & seipsum non diligit: ita quæ substantiæ sunt, non amare non potest.

24 Terrentur idè magis veri parentes in filiorum periculo, quam propriæ, affectu sumo gnatos amplectentes. Sic Euripides in Iphigenia in Aulide, δένδν τὸ τίθειν καὶ φέρεν φίλων μέγα. Res efficax peperisse, fert, vim amoris maximam. Omnibus namque commune est, vt pro suis maxime laborent liberis.

mi coniugij dixit non habere liberos, vel inde susceptos non amare.

Imerea, inquit, tormentum ingens nubentibus heret. Quod nequeunt parere, & parium retinere maritos.

Siquidem & subnixum liberis dicitur matrimonium, & veluti confirmatum, & firmius dixit Vlpianus. Et sæpe diuortium filios natos prohibere, etiam ex adulterio conceptos, docet Iuuenalis.

Sed mariti putati Instabile, ac dirimi capium, et iam penè solutum, Coniugium in multis domibus seruauit adulter.

24 Sed eò magis incenduntur parentes ad liberorum educationem, quia, vt ait Callistratus, filios filiasve idcirco concipimus atque edimus, vt ex prole eorum earumve, diuturnitatis nobis memoriã in æuum relinquamus. quod assequi non posset quis, si incerta proles esset, vel alterius feminis commixtione contaminata. Similes namque, vt plerumque, solent esse filij parentibus. Sic Callullus.

Liberos date: non decet Tam vetus sine liberis Nomen esse, sed indidem. Semper in generari.

25 Et vt ait Horatius, Fortes creantur fortibus & bonis: Est in iuuenis, est in equis pairum Virtus: nec imbellem feroces Progeneram aquila columbam.

26 Et vt Pindarus, καὶ τὸ γυναικῶν ἐπιπέποιον: καὶ τὸ ἀνδρῶν ἀνδρεία. id est, Naturã generisum Adiacet ex patribus: liberis fiducia.

Vt inde etiam emanarit dictum, interesse maximè reipublicæ parrus non subici, vt ordinum dignitas & splendor familiarum degeneri familia non conspurcetur. Et Valer. Maximus, imprudentiæ dicit genus nullo modo ferendum, periculique tum priuati, tum etiam publicè latè patentis infimo loco natos mendacio se clarissimis familiis inferere, quod exemplis probat.

27 Alioquin si vxores communes, & proles esset incerta, & hæreditates, quæ ex voto parantur à parentibus liberis, vt dicemus Deo fauente in successione, contra votum illorum, ad extraneos peruenirent. Et sæpe laborare & querere contemnerent homines, quæ communibus, non propriis, vel alienis essent relicturi, liberisque communes contemnerent: naturale quippe vitium est, negligi quod communiter possidetur.

28 Sicuti & si certus non esset parens, senescentibus parentibus rara esset in eos curandus gratia. Sicque Phalaris ad vxorem Erithriam scribit, εἰς τίνας γὰρ ἀν τῆς ἀναγκασθῆναι εὐχάλοιο περιστασῆναι γυναικὸς ἢ πατρὸς ἐπιπέποιον: Quis, inquit, familiarium gratia desideraret discescere, non habens curam vxoris vel filiorum? Et idcirco prospiciunt leges, ne supponantur partus à mulieribus maritis, ne hæreditates proximis, vel veris liberis subripiant eorum prætextu.

29 Et hæc suppositio fit dupliciter: siue dum se fingit mulier à marito cõcepisse, & tamen ab alio concepit, cuius datur accusatio etiam ea prægnante, sed suspensio iudicio, donec edatur interdum partus, ne quod præiudicium fieret nato, vt ait Paulus, interdum minime si natus est. Aliquando suppositio fit, dum se peperisse mulier fingit viro, & non peperit, sed aliunde partum editum

editum sibi subicit. Quamobrem proditum est edictum, de ventre inspiciendo, vt constat ex l. i. eius tituli. Extat iudicium sapiens Salomonis, in ea specie & hypothesi, inter meretrices, quarum vna occiso puero suo & imprudenter suffocato, alterius sibi vindicabat, suum dicens, & vt talem petens. Meminit de supponendi arte mulierum Aristophanes, in celebrantibus Cerealia.

28 Alieiam (inquit mulierum) que dicebat dolores partus habere mulier Per decem dies, donec emitt infantem. Maritus autem obibat urbem, medicamenta celerrimè partum faciendã emens. Inuitit autem anus in olla infantem, Vt ne clamaret cera obruratum: Deinde vt annuit capite anus que ferebat, vxor statim clamat. Abi, abi, tam enim, ò vir, mihi videoor Partitura esse: inum ventrem enim infans calcibus percussit. Et hic quidem latatus cucurrit: hæc verò extraxit Ex ore infantis cerulam, ille verò clamauit, &c. Scribit Luithprandus, Hugonem regem Italiæ metuente, ne Lambertus Marchio Thufcia, filius Bertæ matris suæ, sibi regnum eriperet, dixisse, & supposituisse qui dicerent, Bertam Addebertum viro suo nullum filium peperisse, sed ab aliis mulieribus clam acceptos, simulato partu Lambertum & Guidonem sibi supposituisse, quatenus post mortem Addeberti sibi non deessent filij, quorum adiutorio omnem potentiam possideret. Post continentiam & virginittatis præstantiam, nuptiæ valde honorandæ. Proferimus autem sanctiãtem, sine nuptiarum damnatione, inquit Tertullianus, non vt malo bonum, sed vt bene melius. Ex quibus, eos constat toto cælo totaque via, vt dicitur, errasse, qui improbarunt nuptias, vt iniurias. Quemadmodum hæreticus Marcion, matrimonium vt malum & impudicitiam negotium accusauit, vt impediens sanctitatem, quam ipse falsè in cætabat. Cum tamè sanctitas cuiusquam, nisi post matrimonium fuerit: nec potest stare genus humanum, nisi nascantur homines, vt latè disputat Tertullianus aduersus Marcionem. Damnati & hæretici Eucratite, dicentes palam, nuptias esse diaboli, teste Epiphano. Item & Origenij, qui & turpes dicit, omnis libidinis mancipia, reiicientes nuptias. Et Hierax, qui vt scortatione improbat, errasse, qui in concilio itaque Gangrensi, ita cautum: siquis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem ac religiosam detestatur, aut culpabilem æstimat, velut qua regnum Dei introuire non possit, anathema sit. Et in canonibus Apofolorum, inhibita nuptiarum etiam βεβουγια, id est, execratio seu odium. Nota impietatis postremi seculi etiam in eo signatur à Sibylla, quod deficiet coniugio honor, dicens, Nec tunc coniugij bonos, auro presentie manebit. Quod & apertius D. Paulus tradit ad Timoth. Qui enim huic sacramento & bono maledicunt, homicidæ quodammodo generis humani videntur, hostesque reipublicæ, cuius interest ciuitates repleri hominibus liberis, non perituri & impudicis moribus: & mulieres habere eximio priuilegio subnixas dotes, vt possint nubere. Laudauit publicè Augustus nuptias, quod multitudinem auergeret, quod conueniat naturæ mortalitatem perpetua stirpis successione, quasi facem aliis subinde porrigentibus, compensare: vt qua

sola re, dicebat, à diuina felicitate absumus, eam perennitatem mutuo inuicem nobis tradamus. Proinde idem, grauiorè multã inuuptis vtriusque sexus statuit: contraque, nuptiarum & multitudinis liberorum præmia constituit. Hoc ipsum atreã leges fecerant, & postea pariter aliquantum perleuerant. Plato in legibus suis statuit, vt nemo sine consortio matrimonij viueret in ciuitate, quinque & triginta agens annos: alioquin singulis annis, si de maiori esset cæsu, drachmis centum multaretur: si de secundo, septuaginta: si de tertio, sexaginta: si de quarto triginta: neque honorum fore participes. Iulius Pollux scribit, apud Lacedæmonios fuisse actionem & iudicium ferotini nimium matrimonij & inhonesti. Palmaria regione orbis nuperimè detecti, cuius regulus dictus Pontachanus, nemini non coniugato fas est iungi in mensa, vel eadem lance vesci, aut poculo bibere, parèmiq; coniugato se præbere, vt ait P. Martyr. Olim qui calibem vitam apud Romanos etiam degerent, censoria nota multabantur: veluti ingrati, exprobrante censor, quod natura, vt legem nascèdi, sic & gignendi dedisset, vt refert Valer. Maximus, & Cicero. Lege Papia ius liberum non erat succedendi, qui calibem ducebant vitam, donec Constantinus sua constitutione caput illud expunxit, quæ extat, & meminit de ea Eusebius. Lex Papia præmium patribus posuit. Meminit & Iuuenalis, cum mulier maritum cogitantem diuortium, sic obiurgat, Tam pater es dedimus quod fame opponere possis: Iura parentis habes, propter me scriberis hæres, Legatum omne capis, nec non dulce caducum. Commoda præterea iunguntur multa caducis, Si numerum, si tres impleueris.

29 Suscipientibus liberos, plures vacationes & immunitates datæ. Et pro singulis liberis à minore susceptis, tot anni ætati supplemento dati sunt. Diocletianus, inter scriptos in albo decurionum, patrem, non habentem filios præferri voluit. Sed & Papinianus respondit, vt qui plures liberos habet, in suo collegio primus sententiam dicat, cæterosque honoris ordine præcellere. Meminit & Cornelius Tacitus, de lege candidatorum magistratus prosequentium, quæ statuebat, vt numerus liberorum in illis præpolleret. Sunt & alia iura, & priuilegia vnus, duorum, trium, quatuor, quinque, & plurium liberorum, quæ hic non addam: eò quod proprio libello nuperimè explicata sint à M. Verratio Mauro, cui titulus, De iure liberorum. Iulius Cæsar etiam aliquando legem tenuiorum, in senatum detulit, de agris diuidendis patribus, quibus ius trium liberorum esset, mercedem popularis beneuolentiæ iam inde meditatus: cuius tamè sententiæ nulli restiterunt in Senatu, vt scripsit Appianus. Et Augustus Cæsar, proprium locum honoris causa in theatro maritis distinxit. Iulius Scipio, cum in seditionibus & bellis conspiceret multitudinem interuisse, præmia etiam proposuit iis, qui multos liberos procreassent. Columella dabat feminis rusticas, quibus tres erant liberi, vacationem: quibus plures, libertatem. Apud Persas rex mittebat munera singulis annis, vt strenuo ei, qui plures sustulisset liberos, teste Herod. Erat & Romæ homines, qui generationi filiorum vacabat, qui proletarij dicebantur: qui nisi magna virgente necessitate ad prælium ibant, vt scribit Orofius. Lex est Spartani, vt qui tres filios suppeditaret reip. is ab

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

excubiis

p Idem li. 54.

q Plato, lib. 6. de legib.

r Iul. Pollux, li. 8. Onomast.

s Petros Martyr, in orbenuo de infanti, no per inuentis.

t Valer. Maxi. li. 2. c. 4. v Cic. 3. de legibus.

x l. de infirm. pœn. c. lib. 1. li. 2. c. 5. s. C. tit. 5. s.

y Eusebius, li. 4. de vita Cōstanti.

z c. quadam leges 2. dist. 2. c. Sary. 9. Iuue.

b l. 5. de his qui nu. liber. se excuf. li. 10. c. tit. 5. l. 2. de vacat. muner. l. 1. qui numero. lib. se excuf. C. 1. de excufat. tutor. ap. Iustini.

c l. 2. de mino. 25. an. P. d l. in albo, l. 9. de decurio. li. 3. c. tit. 1. e. Papin. l. p. u. r. i. l. 1. de decurio. lib. 50. P. 6. 15.

f Cornel. Tac. li. 2. annal.

g Appi. Alex. li. 2. bello. ciui.

h Suet. Tranq. in Auguio. cap. 44.

i Diò Cassius, lib. 43. Histor. Rom.

k Columel. li. 1. de re rustic. c. 8.

l Herod. in 1.

m Orof. lib. 4. c. 1.

a sicut de operis liberti, in P.

b apud Sto. beum, in arg. stis.

c D. Ambrosi, lib. de institutio. virgi. c. 4.

d Anton. Pan. li. 3. de dic. Alphon c. 7.

e Vlp. l. filium, l. 6. de iis qui sit sui vel alie. iur. lib. 1. P. tit. 6. Paul. l. quia semper, l. 5. de in ius voc. lib. 2. P. tit. 4.

f Paul. l. Lucius, 82. de cõdit. & demon. li. 35. P. tit. 1.

g Modestini. l. 1. vulgo concep. ti, l. 2. de stat. homi. lib. 1. P. tit. 5. s. si aduer. sus, de nup. ap. Iustin.

h Pau. l. q. a sem per, l. 5. de in ius voc. in P.

i ad Ephe. sios, 5.

k Paul. l. isti quidem, l. 5. de eo quod met. caus. li. 4. P. tit. 2. s. pen. de no xal. adio.

l. confilio, de curat. fario. C. m. Adu. 4.

n Lucianus, in amatori. b. Iuuenal. Sa. 172. 2.

p Vlp. l. 1. s. fin. de libe. exhib. lib. 43. P. tit. 29. q Iuuen. Sat. 6.

r Callistr. l. lib. heroti, l. 220. de verb. signif. lib. 50. P. tit. 16.

s quod disputa. Aristot. li. 1. de gener. animal. c. 16. & 18. Et de histo. animal. li. 7. c. 6. t Catullus, in epithala. Iuliz & Mallij. v Horat. lib. 4. carmi. Ode 4.

x Findat. Pythio Odes.

y l. super statu. de quofio. C. l. 1. s. quam. nis, de ven. in. spic. in P. 2. Valer. Max. li. 9. c. 15.

a leg. scripto, vnd. libe. cum similib.

b l. 2. quand. & quib. quar. pars debe. lib. 10. C. tit. 34.

c Vlpia. l. 1. s. si mater, & l. 3. s. si mater, de carbon. edic. li. 37. P. tit. 10.

d Paul. l. si v. tris nomine, l. 8. de ven. in poss. mitre. lib. 27. P. tit. 8.

e l. miles, s. quæ propter, de adult. in P. l. 1. s. si. de carbon. edic. in P. li. 37. tit. 10.

f l. ad Tim. 4. m l. 2. de indic. viduit. toll. li. 6. C. l. sed si hoc. l. 6. s. fin. cum 2. seq. de condit. & demon. li. 35. P. tit. 1.

g l. 1. solu. marit. P.

o Dio, lib. 56.

a s. Reg. 3. cap. adferre nisi gadii, c. 2. de pœ.umptio. li. 1. decret. tit. 3.

b Luitheran. lib. 2. de reb. in Europagellis, c. 13.

c Tertullia. li. 1. aduers. Marcion.

d Tertul. con. Marcio. in 1.

e Epipha. romano. li. 1. con. heret. hare. 47.

f Epipha. tom. l. 1. s. here. 63.

g Idè Epipha. lib. 2. tomo. 2. hare. 67.

h can. si quis vituperat, & ca. quicunq; virginittatem, 31. dist. in Syn. Gangren. c. 1. & 9.

i in ca. 51. concili. Apof.

k Sibyllino: si oraculo. li. 8.

l. ad Tim. 4. m l. 2. de indic. viduit. toll. li. 6. C. l. sed si hoc. l. 6. s. fin. cum 2. seq. de condit. & demon. li. 35. P. tit. 1.

m l. 1. solu. marit. P.

o Dio, lib. 56.

excubiis liber esset: qui vero quinque ab omnibus publicis officiis immunitatem haberet, Alianus & Aristoteles. Apud Massilienses nemo inter...

De iustis, & prohibitis nuptiis propter aetatem coniugum.

Cap. 7.

- 1 Iusta nuptia qua.
2 Iusta nuptia exigunt aetatem legitimam coniugum.
3 Aetas nuptiarum Platoni, & Aristoteli legitima.
4 Immatura aetatis coniugum mala.
5 Medicorum & Romanorum generandi tempus definitum.
6 Citius pubescunt & intereunt feminae viris, quam pubes ex potentia coeundi in nuptiis considerantur.
7 Malitia in nuptiis supplet aetatem. Puella vitata in septimo anno. Macroborum femina parit septimo anno: Calniga quinquennis.
8 Puer nouennis matricem impregnauit. Phares genuit Ezron nouem annos natus. Salomon in undecimo Roboamum. Achaz decimo Ezechiam.
9 Ex inspectione corporis pubertas, postea ex annis determinata.
10 Plena pubertas octodecim in viris.
11 Vxor legitima annis duodecim.
12 Nuptia facta ante aetatem legitimam non valent, nec iure sponsaliorum, num. 15.
14 Nubenda sponso nuda exhibita, & sponso nudus sponsa Vtopia.

Ncomia, rationesque nuptiarum, & quae proximè de nuptiis liberis dicta sunt, de iustis & non prohibitis intelligi debent. Iustas autem nuptias contrahunt, qui secundum praecipua legum coeunt. Et inde filij legitimi & naturales: vt contra, iniusta nuptia, quae contra eadem praecipua sunt, nec nomine matrimonij dignae, nec qui inde nati sunt, appellatione filij legitimi digni sunt. Ceterum praecipua legum in hac tractatione & prohibitoria sunt, & disponunt etiam ritum, quem in contrahendo seruari desiderant, vbi quoque & prohibitio inest, ne aduersus praescripta quisquam molietur. Desiderant igitur legitimam aetatem in nuptiis contrahendis, omnia iura: veruntamen in ea determinanda, vel pro more regionum conseruato, vel alia quadam singulari ratione, variant. Quorum aliqua summam capita subnotabimus. 3 Plato 8, a tricesimo vsque ad tricesimum quintum annum aetatem matrimonio mari idoneam dixit. Aristoteles h, mulieres, 18, anno: mares, circa aetatem 36, annorum coniungi oportere. Alioquin immaturas nuptias gignere corpora pusilla, facere mulieres Veneri nimium indulgentes, vt citius ei assuetas: & omnibus iuuenibus animalibus pariter esse imperfectos, qualescunque nutritionis corporis adhuc inseruiat. Apud Germanos, qui diu-

tissime impuberes remansissent, maximam inter suos ferebant laudem. Hoc ali staturam, ali vires, neruofque confirmari putabat. Intra vero annum vigesimum foeminae notitiam habuisse, in turpissimis habebant rebus, vt ait Iulius Caesar. Heliodus item sic scribit k,

αρετος η γλυαινα πον ποσι οιδον αρεδης, μητε τεκνοντων ετων μαλα ποσι απολειπων, μητε εριθεις μαλα ποσι, γαμος δε τι αειος ετος, ηδη γλυη τετορ η βρη, περιω η γαμοιο, id est, Aetate matura uxorem ducito domum, Neque minor multo nata triginta annis, Neque multo maior, ista enim tempestina sunt nuptia, Virgo vero pubescens anno decimo quarto, nubat decimoquinto.

Generandi in nuptiis causa praecipua est, quare aetas apud Physicos & Medicos constituitur eius, ad minus 13, annorum & vnus diei, in masculis. D. Augustinus adolescentiam nec decennem generare posse contendit m, Romani duodecim virginem magis aptam matrimonio, quam maiorem rati sunt: vt pote magis ad iugum maritale cofuscendum idoneam, vt scribit Plutarchus n. Citius autem pubescunt foeminae viris, cuius rationes notat Aristoteles o. Intra parentem foemina tempore longiore conficitur, quam mas: vbi in lucem venerint, celerius foeminae quam mares. Nam & pubes, & vigor, & senectus foeminis prius venit, quam maribus: sunt enim foeminae sua natura debiliores, frigidioresque, & sexum foemineum quasi laesionem naturalem, & detrimentum esse putandum est. Intus igitur tarde, praesua frigiditate discernuntur: haec etenim discretio, concoctio est. Calor autem concoquit, & quod calidius, id concoctu facilius. Sed foris propter sua debilitatem, citò ad aetatis florem senectusque perueniunt. Etenim omnia minora, vt in artis operibus, sic in natura, citius ad finem deueniunt. Proinde qui iura constituerunt, & rem accuratius considerarunt, definerunt masculos puberes, foeminas viri potentes esse debere p, scilicet vt possent esse ad prolem idonei. Et proinde iuris pontificij antistites statuunt pubertatem, in potentia coeundi, non in annorum numero: vt pubes dicatur qui generare potest q. Atque in controuersis matrimonij, num cognita aliqua sit, non habetur ratio aetatis, sed ad signa ipsa virginis indaganda committi solent mulieres eius artis perita r, quae per aspectum corporis iudicat. Et commixtio solet anticipare tempus pubertatis s. Et in istis malitia supplet aetatem t. Succurrit quod ex mulieribus celebrantibus Cerelia apud Aristophanem vna sic ait v,

Ego enim ipsa primum, vt ne alia dicam, Conficia sum mihi ipsi multorum malorum. Illud vero corru Indignissimum est, cum sponsa quidem sui tres dies, Et meritis apud me erat dormiens, erat mihi amicus,

Qui quidem me vitauit septem annorum existetem, &c. Refert Plinius x, Macroborum, quibus Mandrorum nomen dedit Clitalchus, foeminas septimo aetatis anno parere, senectam quadragesimo accedere. In Calingis eiusdem Indiae foeminas quinquenes concipere, octauum vitae annum non excedere. Notat Gregorius in Dialogis, puerum nouennem suam nutricem impregnasse y. Scribitur apud Hebraeos, quod Phares filius Iudae genuit Ezron, cum tantum nouem annos haberet z. Item Salomon in 11. anno genuit Roboam. Na Roboam successit

a. A. li. 6. c. 5. b. Aristo. lib. 2. polit. c. 7.

c. Strabo, li. 4. Geogra.

i. li. 6. de bell. Galli. k. Heliod. in ergis.

l. D. Aug. li. 16. de ciuit. Dei cap. final. & in Plal. 104. m. D. Aug. lib. 15. de ciuit. c. 12. & 15. n. Plutarch. in vitis, in comparat. Num. & Lycur. o. Aristo. lib. 4. de generat. animal. c. 6.

p. c. 2. de sponsal. impub. lib. 4. Dec. tit. 2. §. 1. de nupt.

q. c. 3. §. fin. de despos. impu. Gregor. 8. c. propoli. c. 4. & Honor. 3. c. casum matrimonij. c. 2. Decret. tit. 19. c. nec aliqua, 27. q. 1. s. c. a nobis, c. 8. & c. ar. c. 1. de despos. impub. c. de illis qui in minoribus, c. 9. de despos. impub. lib. 1. si minor se maior dixer. c. v. Aristoph. in Cereali. x. Plini. lib. 7. cap. 2.

y. glo. in sum. 20. q. 1.

z. in libro Sederot Zahra.

d. §. 1. de nupt. li. 1. Instit. e. 1. filium, de his qui sui vel alie. iur. li. 1. §. c. pen. qui filij sunt legit. li. 4. Decretal. §. 2. de patris potest. f. 1. qui contra de incest. nup. li. 5. c. 5. si quis aduersus, de nup. ap. Iustin.

g. Plato. 4. & 6. de legib.

h. Arist. 7. Polit. c. 16.

- a. 3. Reg. 14. b. 3. Reg. c. 2. c. 3. Reg. 11.

- d. 4. Reg. 16. e. d. cap. 16. 4. Reg. f. D. Hierony. epist. ad Vitalem.

- g. 1. minor 25. an. de minoribus, p.

- h. §. 1. quib. mo. tut. finit. apud Iusti. l. si quando tut. vel cur. esse des. lib. 5. C. tit. 60.

- i. §. minore, de adop. l. 1. arrogatio, §. 1. eo. tit. l. 1. p. kca. 2. & 3. & c. attestaciones, de des. impub. c. 1. de de. lic. pueror. l. §. 1. de nuptiis. m. Pompo. l. 4. de st. nup. lib. 23. tit. 2.

- n. Vlp. l. quafi. §. 1. de spon. lib. 23. tit. 1.

- o. l. 1. de iure codicil. in p. l. multo inter est, si quis aliter vel sibi C. ca. cum super, c. 23. de off. de. leg. li. 1. Decret. tit. 29. p. cap. de illis que infra, c. 7. & c. a nobis, c. 8. iun. §. 1. de despos. imp. c. 1. de sponsal. c. 1. per totum de despos. impub. in 6. q. Thom. Mor. li. 2. Vtopia. r. Dio. lib. 54. Histor. Rom.

successit patri Salomoni, agens annum 40. Salomon autem dum vitam & regnum deseruit, erat annorum 52, anno autem 12, regnum suscepit b, & 40, tantum tenuit c. Achaz etiam procreauit decennis Ezechiam, nam anno 20, aetatis regnum consecutus, administruit sexdecim: Sic obiit anno vitae suae 36. d. Iam autem Ezechias patri successerat in regno, natus annos 25 e. Et D. Hieronymus f, praemissa tamen obtestatione, commemorat mulierculam, alioqui prouetam, factam fuisse a puero decenni grauidam. Fuit & aliquando apud Romanos & mos receptus, ex aspectu corporis iudicari pubertatem viri g, non autem mulieris: verum sicut in muliere, ita & in viro postea turpe visum, & decreta est certa annorum aetas qua vt plerunque, vtique sexus solet pubescere: in foeminis duodecim annorum, in viris quatuordecim h. Quamquam & plena pubertas ad generandum adonea, dicta etiam fuerit 18, annorum i, 12. Quod & postea receptum est in iure pontificio, nisi de potestate generandi controuerfia iudicialis moueretur, citra quam & duodenes mulieres puberes, & 14, annorum viros, eamque aetatem nuptiis responderi rati sunt k. Sicuti & iura ciuilia l. Idem despondit m, minore annis duodecim nuptam, tunc legitimam uxorem fore, cum apud virum duodecim annos impleuisset. Quamobrem si ante illam aetatem nuptia facta sunt, illae non iure matrimonij, sed iure sponsaliorum valent: si quidem praecesserint sponsalia: quod si non praecesserint neque valent nuptiae iure sponsaliorum, quia non ea mens fuit agentium, neque iure nuptiarum, quia lex improbat, nisi postea ratae sint. Hocque expressè respondit Vlpia. n. ex sententia Iuliani. Neque enim quod voluerunt, facere poterunt, scilicet matrimonium in minori aetate, in qua deest legitimus consensus: neque quod poterunt facere, scilicet sponsalia, voluerunt. Quamobrem ex regulis iuris communis, nihil actum videtur valide: duo enim sunt, quae actum perficiunt concurrentia, voluntas & potestas, quorum altero deficiente, & actus caret actione & effectu o. Quare & notabile, vt si intra illam aetatem per verba de praesenti facta fuerint sponsalia, quae infolubilia diximus, liceat poenitere perueniente minore ad illam aetatem: si tamen persecutauerint Morus q, apud Vtopienses infanos foeminas non ante 12, annum nubere mares non nisi expletis 14. Mulieremque ducendam, siue virginem, siue viduam, sponso futuro nudam exhiberi: item futurum maritum vxori nudum. Dio Cassius r. Octauium Augustum summopere cauisse tradit, ne pactiones matrimoniales fierent de ea qua decennis non esset, neue producerentur post sponsalia vltra biennium: tum maximè, quod eos, qui ante fecissent, detectum est animo percipiendi fructus bonorum vxoris, cum matrimonij rem ipsam non exhiberent, fecisse.

De consanguinitate & affinitate in genere. Cap. 8.

- 1 Proximitas sanguinis nuptias vetitas facit & impias.
2 Cognatio quid.
3 Cognationis diuisio Aristoteli in naturalem & ciuilem.
4 Cognatio naturalis alia approbata a lege alia no.

- 5 Vulgo quafit & serui natura habent cognationem, non iure ciuili.
6 Cognatio vel propinquitas ciuilis quae quodplex spiritalis & temporalis, & quae, & de mixta.
7 Affinitas propinquitas mixta quid.
8 Ordo naturalis cognationis & graduum.
9 Gradus quid.

Proximitas sanguinis, nuptias quae per se bonae sunt, improbas & impias inter certas personas constituit, cum quibus lex & natura abhorrent coniunctionem. Qua in re in primis oportet moneri iuuenem, ad haec intelligenda, necessariam illi cognitionem esse graduum cognationis, de qua postea proprio capite dicemus, quamque luculenter docent iurifconsulti sub titulo 11. lib. 38. P. De gradibus affinitatis, vel affinitibus, vt dicunt scribi in pandectis Florentinis. In quem coiectanea quadam vtilia edidit Georgius Viuennus Antuerpianus. Et sub eodem titulo Iustinianus s, & Demetrius Chomathenus v. In summa tamè monebo cognationis finitionem, & diuisionem, & ordinem. Cognati communiter dici putantur, quod quasi vna communitate nati, vel ab eodem ortu, progénitue sint, vt ait Modestinus s, & vt ait Vlpianus y ex Labeone, quasi ex vno nati, & quasi commune nascendi habentes initium. Vocat Greci συγγενεις, vt ait Paulus z, & appellat etiam lex duodecim tabularum agnatos. Verum inter agnatos & cognatos interest, quod agnati tantum sunt, qui per patrem cognati ex eadem familia sunt: agnati solùm, non agnati dicuntur illi, qui per foeminas coniunguntur. Quod fit, vt ius agnationis aliud à iure cognationis, vt in specie sumpta cognatione, vt explicat Paul. Iurisc. a & Modestinus b. Diuidimus autem cum Iulio Polluce c. Aristoteles verò d cognationem, quam Graeci vocant συγγενειαν, diuidi in ea, quae est πρὸς ἀμωτος & eam, quae est κατ' οὐρανὴν καὶ κατὰ γῆν, tradit. id est in ea, quae per necessitudinem sanguinis, & ea, quae per affinitatem coeungitur. Theophilus e vocat ἀγγισθεν, Balsamon autem f, συγγενειαν. Aliter diuidimus propinquitatem seu cognationem, in naturalem & ciuilem seu legalem, naturalis in sanguinis ex vno stipite, vel à quadam coeunctione quorundam, participatione legalis illam imitatur. Caeterum & subdiuiditur vtraque: nam naturalis cognatio, & propinquitas interdum simpliciter est naturalis, à lege omnino improbata coeunctione: alia qua habet legis etiam consensum. Prima per concubitus vagos & ex filiis inde ortis nascitur: estque naturalis reuera, quae etiam iure ciuili non recipiatur, tamè eius iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt h. Quae naturalis est cum legis consensu ex nuptiis nascitur iustis: & olim ex coeubinato probato ex eodem quoque oriebat. Vulgo quafitos sic iure ciuili (naturali tamè coeunctione) nullos habere agnatos manifestum est: cum agnatio à patre, cognatio à matre est i. Hi autem nullum patrem habere intelliguntur, & tantum cognati sunt sibi & matri, non consanguinei: non quod tales patri non sint, sed quia cui sint, incertum & inhonestum esset dici k. Sic in seruis, qui pro nullis iure ciuili habentur l, & inter quos diximus non esse matrimonium m, eo iure cognatio vix admittitur, vt non succedant eo iure n. Cognatio vel propinquitas ciuilis est, quae ad similitudinem graduum naturalis inducta est. Ea autem vel temporalis seu secularis, vel spiritalis est: secularis

s. Potissimum in l. 1. 2. 3. 10.

t. tit. de grad. cognatio. a. 2. p. d. Iustinia. v. Demetrius Chomathenus. ti. de grad. cognationis. lib. 3. iur. Oriental. x. Mod. l. 4. §. 1. de gradib. affinit. p. y. Vlpia. l. 1. §. 1. vnd. cogn. lib. 38. tit. 9. z. Paul. l. iurif. cons. l. 1. 2. de grad. cognat. affinit. p.

a. Paul. d. l. iurif. consulti. b. Mode. l. inter agnatos. l. 5. vnd. legit. l. 38. tit. 8. c. Iul. Pollux, li. 3. Onomast. c. i. d. Aristot. li. 2. Polit. e. Theophil. li. Instit. tit. 6. f. Bals. Nomo ca. tit. 3. c. 2.

g. Modest. l. 4. §. cognationis substantia, de grad. affinit. p. §. 1. de success. cognat. lib. 3. Instit. tit. 5. h. l. iura sanguinis, de reg. iur. l. ius agnationis, p. de pact. i. Iustin. §. vulgo quafitos, de success. cognat. lib. 3. Instit. & l. spurius, l. 4. vnd. cog. p. k. Modest. l. 1. vulgo concepti, l. 3. de stat. homi. p. lib. 1. tit. 4. l. q. attiner, de reg. iur. m. sup. in nupt. fynoni. n. l. 1. §. 1. vnd. cog. in p. Paul. l. iurif. consulti, l. 1. §. 1. §. 1. de no. cognatio. nis de grad. affinit. p.

Græcos vsurpatur, vt apud Plutarchū^a, καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸν κατὰ τὸν συγγέντων ἀνεκτίσθαι δὲ νόμον, id est. *quoniam generis series ab initio ad eum vsque exacte deduci videatur.* Sic Plinius^b, *expressi, inquit, cetera vultus, singulis disponebantur armariis, vt essent imagines, qua comitarentur gentilium funera, semperque defuncto aliquo, totus aderat familia eius, qui vnquam fuerat populus. Stemmata vero lineis distabantur ad imagines pictas.* Cæterum, quia in ista diuisione linearum sunt superiores, & inferiores, & à latere singulares, priores antiquiores, & iuniores personæ: rectè dicemus, retenta metonymia ascensus & descensus, & gradus quoque, quibus ascendamus, vel descendamus, & ad latera moueamur ordine, confingi. Gradus, inquit Paulus^c, dicti sunt ad similitudinem scalarum, locorumque procliuum, quos ita ingredimur, vt à proximo in proximum, id est, in eum, qui

23 quasi ex eo nascitur, transeamus. Et superior quidem & inferior cognatio, iure civili à primo gradu incipit: at ea quæ ex transuerso numeratur, à secundo incipit^d. Quia ex transuerso, siue à latere nullus est primus gradus. Ratione graduum, linea collateralis diuiditur in duas, in æqualem & inæqualem. Æqualis, quando gradus æqualiter distant à communi stipite seu centrica persona, quam antiqui vocant Petruciam. Inæqualis, quando inæqualiter distant, videlicet longius alter gradus abest à communi & centrica persona, quam alius. In numerandi calculo, alius modus iuris ciuiliis, alius iuris canonici: quia horum diuersi fines, ad quos stemmata ordinant^e. Vnde & quos vocant gradus iuris ciuiliis auctores, canones vocant generationes. In iure ciuili tot sunt gradus inter consanguineos, quot sunt personæ ad propagationem necessariae, vna dempta: vna porro demitur, quia ad primum gradum est opus duabus personis, & deinde quælibet persona addita personæ facit vnum gradum. Exemplum in linea ascendentium, centrica persona & pater sunt in primo gradu, centrica & auus sunt in secundo: quia tres sunt personæ, centrica, pater auus. Ex quibus si centricam adimas, erunt tantum duæ: duo ergo gradus. Exemplum in linea descendentium, centrica persona & filius eius, sunt in primo gradu: centrica & nepos, in secundo: centrica & pronepos, in tertio: quia sunt quatuor personæ: demet vnam personam, residuæ erunt tres personæ, & ita tres gradus. Tertium exemplum in linea collateralali, primum, quando æqualis est: videlicet quando æquali gradu personæ, de quibus quaritur, distat à communi centrica. Illa centrica cum fratre est in secundo gradu, quia sunt tres personæ, centrica, pater, & frater, centrica cum filio patris, in quarto: quia sunt quinque personæ computatis intermediis, nempe centrica, pater, auus, patruus, à quo descendit eius filius: tolle vnam, & supererunt quatuor quoque gradus. Exemplum quartum in linea inæquali, centrica persona, & filius fratris, sunt in tertio gradu, quia sunt quatuor personæ: inibi: centrica, pater, frater, & filius fratris, quarum vna dempta, restant tres. Igitur in tertio gradu id ipsum experieris in iis, qui sunt in linea materna, veluti centrica persona cum sua, fore in 2. gradu est, cum filia sororis in tertio, centrica cum auunculo, in tertio: quia sunt quatuor personæ, centrica, mater, auia, & auunculus. Nec refert cuius sexus sunt personæ, cum quibus fit collatio, vel quæ intermediæ sunt. Minus etiam inspicimus an mediæ sint in rerum natura, an verò

a Plutar. in vita Numæ, in princ.
b Plin. lib. 35. cap. 2.

c Paul. I. Iurif. consultus, l. 10. §. gradus, de grad. affi. P.

d s. quare, de grad. cogn. l. 2. de grad. affi. P.

e ca. ad sedem apostolicam, 35. q. 5.

mortuæ sint, an sint naturales & legitima: simul vel naturales tantum^f: vel sit status feruiliis vel ingenuus in illis. Etenim naturalē causam hinc obseruamus sanguinis, & fluxum generandi sequimur, ratione videlicet singularium personarum, à quibus ad proximos gradus sit transitus. Sic quoque numerant Iurifconsulti^h, in linea perpendiculari à centrica persona, vt primo gradu sunt, suprâ, pater, mater: infrâ filius, filia. Secundo suprâ, auus, auia: infrâ, nepos, neptis: ex transuerso, frater, soror. Tertio gradu sunt supra: proauus, proauia: infrâ, pronepos, proneptis: ex transuerso, fratris sororisque filius, & filia: conuenienter & patruus, amita, auunculus, matertera. Quarto gradu sunt suprâ, abauus, abauia: infrâ, abnepos abneptis: ex transuerso, fratris, sororisque nepos, neptis: & conuenienter patruus magnus, amita magna, id est, aui frater & soror: item fratres patruelus, sororésque patruelus, id est, qui quæuè ex duobus fratribus propagantur: item consobrini, consobrinx, id est, qui quæuè ex duabus sororibus nascuntur, quasi consobrini: item amitini, amitina, id est, qui quæuè ex fratre & sorore propagantur. Sed vulgus ferè omnes istos communi appellatione consobrinos vocat. Quinto gradu sunt suprâ, atauus, atauia: infrâ, atnepos, atneptis: ex transuerso, fratris, & sororis pronepos, proneptis: & conuenienter, propatruus & proamita, id est, proauui frater & soror: item fratris patruelus, sororis patruelus filius, filia: & similiter consobrini, consobrinx, amitimi, amitimæ filius, filia: proprius sobrino, proprius sobrina isti sunt patrini magni, amita magna, auunculi magni, auuncula magna filius, filia, hoc est, patris matrisve eius, de cuius cognatione quaritur, consobrini, consobrinx, siue pater patruelus, vel amitimus, soror patruelus, vel amitima. Sexto graduⁱ sunt suprâ, tritauus, tritauia: infrâ, trinepos, trineptis, ex transuerso, fratris & sororis abnepos, abneptis: & conuenienter abpatruus, abamita, id est, abauui frater, & soror: abauunculus, abmatertera, id est, abauia frater, & soror: item patris magni, amita magna, auunculi magni, matertera magna nepos, neptis: item fratris patruelus, sororis patruelus, consobrini, consobrinx, amitimi, amitimæ, nepos, neptis: item propatruus, proamita, proauunculi, promatertera filius, filia. Qui verò ex fratribus patruelibus, aut consobrini, aut amitimis vndique propagantur, ij propriè sobrini dicuntur. In septimo autem gradu, quam multæ esse possint personæ, ex his quæ diximus, satis apparet, duplicatis partem, liberorumque personis. Quæ volui enumerare iisdem verbis, quibus videntur Iurifconsulti, quod in illis & nomina personarum, & gradus rectè explicentur, vt luculentius tradi non possint. Verum obseruandum est, tantum Iurifconsultos vsque ad sextum gradum personas enumerasse vtriusque lineæ, & directæ, & transuersæ: nam vltra difficile ferè est omnes eos numerare, qui ex genere sunt. Et natura vltra sextum gradum consistere cognationē vix patitur^l, propter nimium diffusam propagationem, quæ sanguinis substantiam communem primam dissoluisse videtur: non secus, ac fons per longas peregrinationes in mare descendens, elongatus à capite, eodem minus retinet substantiæ primæ originis, quod longius ab ea discedit, terrarum, quas alluit, immutatus naturis. Et ita consanguinitas paulatim, dum sæpe propaginē ordinibus dirimit, vsque ad vltimum gradum se subtrahit, & propinquitas esse definit.

f Scapula, l. 1. & nihil in eo est, l. 5. de rit. nupt. lib. 24. tit. 2.

g Paul. in l. adoptiuus, l. 1. §. feruilius, de tit. h in l. 1. §. 2. de grad. affi. Iustin. in §. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. de grad. cognat. c. primo gradu, 35. q. 5. Iurifconsultus, l. 10. §. n. sic filios, de grad. affi. in 1.

i l. 2. eod. P.

k l. 3. eod. de grad. affi.

l non facile, l. 4. de gradib. agnat.

De affinitate. Cap. 10.

definit^a. Addit Isidorus rationem^b, septimo gradu finiri consanguinitatis computationem, sicut sex ataribus mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis, tot gradibus terminatur. Possem hinc alia quæ de generatione traduntur hominis adferre, quod septimo die semen in vtero matris conglobatur, sitque ad capiendam formam idoneum: & ante septimum mensē editus partus viuere nequit: post partum an victurus sit infans, septima hora decernit. A septimo die nomina infantibus olim imposita, tanquam salutis vitæ tunc fidēdum sit, pluribus ante diem septimum pereuntibus. Post septimum mensem sunt dentitiones: post annos septem, primi dentes cadunt, infans loquitur plenè. Annis bis septenis pubescunt. Venæ seu arteriæ mouentur numero septenario. Morborum pericula discriminat septenarius criticus decretorius. Possem & alia de septima generatione, & septenario numero tradere: sed hæc nos ab vtilioribus remouerentur, ideo pertranso. Et noto, vltra septimum gradum aliquoties extēdi consanguinitatis considerationem, in successibus iure proximitatis deuoluendis, videlicet ad decimum vsque^c:

28 & hæc in iure ciuili seruanda sunt. At in iure pontificio paulò aliter gradus numeramus, videlicet per generationes^d. Quomodo autem numerentur ista generationes, & gradus, constituumus methodū oportet ex tribus axiomatibus. Primum, in linea recta seu perpendiculari, ascendentium videlicet & descendentium, tot sunt gradus, quot sunt personæ, vna dempta, centrica videlicet, vt in iure ciuili dictum est, cum quo hæc concordat. Et proinde centrica cum patre, erit in primo gradu: cum auo, in secundo: & sic in aliis, ordine graduum cōseruato. Alterum axioma ad collaterales in linea æquali pertinet, vt quoto gradu aliqui distat à communi seu centrica persona, tantum distent à se^e. Tertium in linea inæquali collateralali quoto gradu remotior distat à communi stipite, eod distinguntur collatæ personæ, de quibus agitur inter se^f. Conueniunt ius ciuile & pontificium, in numerandis personis rectæ lineæ, quia vtrunque habet prohibitionem nuptiarum inter has personas vsque ad infinitum^g. Nō ita in collateralibus: nam iura ciuilia à pontificiis distindēt, & ideo sequimur ius canonicum in his^h. Et aliter numeramus iure canonico in nuptiis gradus, reiecta successione ad regulas ciuilesⁱ. Et quia nuptiæ sine duabus personis esse nō possunt: Sic duo gradus legales vnum canonicum faciunt. Fratres itaque, qui secundum leges seculares dicuntur esse in secundo gradu, iuxta canones numerantur in primo: filij fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in secundo: nepotes verò, qui in sexto ibi, istic numerantur in tertio: Sic deinceps qui legibus inscribuntur in actauo & decimo, in canonibus definiuntur in quarto, & quinto: atque de reliquis sentiendum est, vt qui secundum canones dicuntur in sexto vel septimo, secundum leges accipiuntur in duodecimo, vel decimoquarto^k. Et Zachariæ Papa explicat, *Parentela gradus, inquit, taliter computamus, siquidem ego & frater meus vna generatio sumus, primumque gradum efficiamus, nullo gradu distamus. Rursus filius meus fratrisque mei filius, secunda generatio sumi, ac gradum secundum faciunt, nec à se aliquo gradu separantur: atque ad hunc modum ceteræ successiones sunt habende.*

a c. 1. 35. q. 4. c. primo gradu §. successio nis 35. q. 5. b l. 10. lib. II. Etymologia. c. 6. d. c. 1. 35. q. 5.

c s. hoc loco, de success. cogn. l. 3. Inuit. tit. 5. ca. ad sedem, §. hi vero exigent, 36. q. 5. d. ca. quædam, can. contradi. cimus, 35. q. 3. parentela, 35. q. 5.

e can. quod distat, c. 6. de consanguin. & affi. f d. c. fin.

g l. nuptia, 2. de rit. nupt. in P. §. inter eas enim, de nup. ap. Iustin. h c. nō debet, de consang. & affi. nit. i canon. ad sedem, 35. q. 5.

k hæc in d. c. ad sedē, §. sed vt ver. dica. l. can. parentela, 35. q. 5.

- 1 Affines qui.
- 2 Affinitatis gradus multi proprii, sed naturalis cognationis gradus imitantur.
- 3 Affinitas nulla inter coniuges, sed principium affinitatis.
- 4 Affinitas personarum & graduum nomina, socer, gener, unde nomē priuignus, vitricus, nouerca.
- 5 Affinitas iure civili tantum contrahitur ex coniunctione legitima: iure pontificio ex naturali etiam illegitima.
- 6 Ex sponsalibus non nascitur affinitas, sed proximitas publice honestatis.
- 7 Affinitas duplex primi, & secundi generis.
- 8 Affinitatis & publice honestatis gradus in nuptiis iure pontificio considerati.
- 9 Gradus in cognatione spiritali, qui impediunt matrimonium, & quomodo numerandi.
- 10 Comparentelas duplex, directa & obliqua.
- 11 Virilitas tractationis consanguinitatis & affinitatis, quibus locum habeat.



Affines sunt viri & vxoris cognati, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulatur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. Namque cōiungendæ affinitatis causa sit vx nuptiis^m. Gradus affinitas per se nō habetⁿ, respectu autem cognationis naturalis in coniunctione matrimonij contracta affinitate, affinitas gradus cognationis imitatur, vnde & gradus affiniū rectè dici possunt^o. Inter cōiuges nulla quidem affinitas est, sed à matrimonio eorum initium affinitatis. Nomina affiniū enumerantur, & explicantur à Modestino^p. Socer, id est, viri pater, vxorisque, ita dictus, quia generum sibi sociavit, mater verò eorum focrus appellatur. Apud Græcos propriè viri pater πατὴρ mater verò μητέρα: vxoris autem μητέρα, pater, mater autem πατὴρ vocatur, inquit Modestinus. Scholiastes autem Homeri^q duo superiora nomina antiquiora putat. Gener verò à genere, quod ad augendum genus adhibetur maritus filia, Nurus filij vxoris. Socer itaque vxoris meæ est pater, ego illi sum gener: focer magnus dicitur vxoris meæ auus, ego sum illius progēner: & retrò pater meus vxori meæ focer est, hæc illi nurus: & auus meus focer magnus est, illa pronurus illi: item focrus mihi vxoris meæ mater est, ego illius sum gener: & profocrus mihi, vxoris meæ auia est, & ego illius sum progēner: & retrò mater mea, vxoris meæ focrus est, illa huic nurus: & auia mea focrus magna est, vxor mea illi pronurus. Priuignus, est vxoris meæ filius, ex alio patre, quam ex me natus, ego illi vitricus, & in contrarium vxor mea liberis, quos ex alia vxore habeo, nouerca dicitur: liberi mei illi priuigni sunt. Priuignus πατρικός, id est, pranatus, quod antequam mater secundò nuberet, est progenitus. Vitricus πατρικός, Nouerca μητρικός. Viri frater, leuir, Græcis δειρ. Viri soror, glos, à Græco nomine γάμος. Duorum fratrum vxores, εινδρες, quidam dicunt tani trices. Iure ciuili tantum contrahitur affinitas ex coniunctione legitimarum nuptiarum, non alio modo, neque ex nuptiis interdictis^r. Iure canonico affinitas contrahitur, non ex nuptiis solum, sed ex quacunque coniunctione naturali seu copula

m nō facile, l. 4. §. affines, de grad. affi. P. n d. §. affines, verbi gradus.

o l. iurifconsultus, l. 10. de grad. affi. P. p l. non ideo, c. de heredit. instit. q. in l. 4. §. affines, de grad. affi. nit.

q interpres Homeri, in Iliad. o. & x.

r l. 4. §. sciendū est, de grad. affi. nit.

- 21 Diuertendi cause legitime Iuris civilis & diuini.
22 Uxores Moscovitarum se contemni putant a viris, nisi verberentur.
23 Diuortij faciendi Platonis lex & formula.
24 Diuortij causa Persis, uxorem non facere iussa mariti.
25 Diuortij etiam causa mores uxoris marito displicuisse.
26 Diuortium & separatio tori ratione adulterij.

Post cognitionem eorum, quæ matrimonium impediunt, facilius erit solutionis eiusdem tractatio: nempe quæ affines maximè, & veluti coniunctas habeat causas, nisi quod impedimentum prohibet, ne fiat matrimonium: at solutio matrimonium sterisse innuit, aliter, non diceretur solutum. Et dura quidem separatio patris & filij, virique & vxoris dicitur ab Vlpiano. Verum aliquando eam recipi expedire, interdum verò necessarium visum est. Fit autem quadrupliciter eius solutio, aut iure naturæ, aut ciuili, diuino, aut pontifico. Natura, morte alterutrius coniugis soluitur iugum hoc, non secus ac reliqua mortalia. Et ita Dominus noster Iesus Christus reiecit ignorantiam Sadducæorum interrogantium, cuius futura erat vxor in resurrectione, quæ septem fratribus nupta fuerat: quod mortuò marito saluta sit à lege viri vxor, & in alio seculo nuptiæ futuræ non sunt. Iure ciuili Romanorum quoque, & morte fit solutio: & vltra captiuitate, seruitute alterutrius, & diuortio, vt ait Paulus. Captiuitate dirimitur exemplo mortis naturalis, & bona gratia: sine imminutione iurium coniugij: quando capto viro vel vxore ab hostibus, expectato quinqueennio incertum est, an captus mortuus fuerit, vel viuat, ex responso Vlpiani. Firmat id Iustinianus, si modò inquisitio diligens facta fuerit, num adhuc viuat apud hostes vir captus, vel capta vxor. Quod si captus quidem non fuerit coniunx, sed peregrè profectus, non censetur diremptum matrimonium, quantumcumque incertum sit de vita, & quantumuis diuinius absens fuerit: nec potest qui incertus incertave de morte alterius est, alteri coniugi, antequàm certum de morte habeat testimonium, vt placuit nouissimis sanctionibus. Seruitus quoque sufficere visa est, superueniens alteri coniugum, dirimendi matrimonij iusta causa Iustiniano. Obseruata tamen distinctione, de qua egimus in impedimento erroris conditionis personæ, in superioribus capitibus. Seruitutem mortalitati quippè compararunt Iurifconsulti. Quamobrem olim pœnali quoque iudicio, in seruitutem pœnæ adiudicato altero ex liberis coniugibus, soluebatur matrimonium, vt liquet ex constitutione Constantini: veluti si in metallum fieret condemnatio, vel ad bestias, quibus libertas adimebatur. Quod tamen iure nouelliarum correctum est, cum hodie nemo benè natus, ex pœna seruus efficiatur. Diuortio deinceps dirimitur iure ciuili matrimonium. Diuortium dictum est secundum Caium, à diuersitate mentium, quia in diuersas partes eunt, qui distrahunt matrimonium. Dicit & repudium in matrimonio, quodque ad reiectionem sponsæ pertinet, cui non diuortium, sed repudium conuenit P. Neque repudiare vxorem, vel ea diuertere quicquam aliud est, quàm cogitare & deliberatè perpetuam distentionem facere, non calore iracundiæ, vel alia leui de causa, in qua per-

a Vlp. in l. Iulianus, l. 4. & l. 5. de diuort. l. 24. p. tit. 2.
b Vlpian. in l. 1. quæstum, l. 12. §. sed an instrum. de sum. in l. 1. de instrum. leg. l. 31. §. 1. l. 7. §. 1. ad Cor. 7. c. pen. & fin. de sec. nup. lib. 4. Decret. tit. 27. §. deinceps, de nupt. in auth. d. Mauth. 22. Marc. 10. Lucæ 20.
c Paul. l. 1. de diuort. P.
f Vlpian. l. vxores, l. 6. co.
g Iustin. in §. sed etiam cap. iudicatus, de nupt. coll. 4. tit. 1. in auth. h §. quod autem, vt lic. mat. & aulæ, auth. hodie, de repud. C. cap. in præsentia, de sponsal. ca. de fec. nup. ca. cū per bellicæ, 33. q. 1. i d. §. sed etiam, de nup. in aut. & §. si verò de eorum, c. 2. & fin. de coniug. sermor.
i Vlpian. l. cum hic status, l. 3. §. si verò dona. int. vir. & vxor. in P. §. si verò decretum, de nupt. in auth. coll. 1. l. seruitutem, de reg. iur. P.
l Constant. l. res vxoris, l. 24. de don. int. vir. & vxor. lib. 5. C. tit. 16.
m §. per se feruus, quibus mor. sus pot. fol. laut. facta §. in res eos, & §. quisquis, & §. ultimo sup. plicio, & leg. quidam, de pœn. in P.
n §. quod autem, de nup. in auth. de donat. int. vir. & vxor. C.
o l. 1. de diuort. lib. 24. P. tit. 2.
p d. l. 1. de diuort. l. inter diuortium l. 1. de verb. sig. in P. l. inter sup. l. 1. de eo,

seuerantia non sit. Ideo testato fiebat, coram septem testibus eodem iure Romanis, puberibus, & ciuibus. Diuertendi inter absentes formula generalis & communis erat, dato libello repudij, in quo continerentur causæ, ob quas dirimebatur matrimonium, hæcque verba, res tuas tibi habeto: tuas res tibi agno. Sicuti & meminit Martialis,

Mense nouo Iani veterem Proculeia maritum Diseris, atque iubes res sibi habere suas.

Et Apuleius læcesitum Cupidinem à Psyche, sic ait: Confestim toro meo diuorte, res tuas tibi habeto: ego verò sororem tuam, (& nomen quo tu censeris, aiebat) iam mihi confestim arba atque ijs nuptijs coniungabo. Et in sponsalibus discutiendis, conuisione tua non viar: quæ & inter præsentibus, sicuti inter absentes pronunciaripoterat. Verba illa legum tabulæ sunt, quibus interdum clauium ademptio iungebatur: vt vtrumque ex Cicerone docetur, qui dum de repudiata Mima ab Antonio agit, Illam, inquit, suas res sibi habere iussit, ex 12. tab. clausus ademit, exegit scilicet domo. Scribit namque Sextus Pompeius institutum fuisse Romanorum antiquorum, vt vxoribus primùm domum ingredientibus, clausus darent: idque, inquit, ad significandam partus facilitatem. Melius tamen & aptius meo iudicio, vt symbolum acciperent, se vt matresfamilias in possessionem, & in rerum mariti communionem seu societatem admitti: Nam receptum est, clauibus rerum traditis, res illis conclusas transferri ex sententia Papiniani. Scribit Plutarchus, quamuis Numæ visa fuerit intollerabilis communio matrimonij, nihilominus inauditam tunc & antea fuisse solutionem: & antiquos memoriam mandasse, primùm, qui diuortium fecisset, fuisse Spurium Coruinium, qui septima, supra centesimam & trigessimam, Olympiade, diuortium cum vxore fecit, coactus à Centoribus iurare, liberorum causa se coniugem dimittere: ob quod factum, in perpetuum exosum à populo fuisse. Primam quoque Pinarij vxorem Taleam nomine, Tarquinio Superbo regnante, aduersus Gitaniam eius socrum diuortium fecisse. Et alibi, non Coruinium quidem, sed Seruilium Spurium diuortium primùm fecisse ob sterilitatem vxoris Romæ ait: atque ex industria eius rei primùm auctorem annotatum, non secus ac apud Græcos primus patricida, vel matricida. Sed de eodem eadem referens Gellius, legisse videtur cum Dionysio Halicarnasæo, Spurium, cui Ruga cognomen erat: quod & Valerius Maximus probat. Distrahebantur autem matrimonia quadrupliciter iure ciuili, in vita coniugum: aut ex consensu vtriusque, qui pactis & placitis diuertentium legem accipiebat: aut per occasionem rationabilem, quæ bona etiam gratia vocatur: aut citra omnem causam: aut cum causa rationabili, quæ explicat Iustinianus. Ex consensu & placito, sine causa, Theodosius & Valentinianus abiri matrimonio permittebant, & repudium mittere. Quod sublatum est nouella Iustiniana 117. Potest tamen & hodie ex consensu relinqui cohabitatio & commixtio, & repudiari consensu: si alter coniugum vel vterque, meliorem affecter vitam, remanente vinculo, nempe quod is, qui, vel ea quæ in seculo relinquunt, alio arctiorem monasticam vel Ecclesiasticam vitam proficiente, non possit alterius tori nuptias, vident priore coniuge, ambire, vel amplecti, vt

q Paul. l. 3. & Papil. l. si pœnituit, l. 7. de diuort. l. quicquid calore, de reg. iur.
r Paul. l. nullum diuortium, l. 9. de diuort. s. c. l. 2. §. 1. de eo.
t libr. 5. a. nisi aurei.
v l. 1. de diuort. P.
x Cic. 2. Orat. cõtra Antoni.
y Papin. l. clauibus, l. 74. de contra. empt. in P.
z Plur. in cõp. p. Lycurgi & Numæ, & in vitis.
a Plur. in cõp. Rom. & The. fici in vitis.
b Gell. l. 4. c. 3. e Dion. Halic. in 2.
d Val. Max. l. 2. ca. 1. d. agit de primo repudio.
e Iustinianus, di. strahunt, itaque de nup. in auth.
f l. si constanter, l. 9. de repud. lib. 5. C. tit. 17.
g quia verò & ex consensu, constit. 117. in auth. aut tit. vt lic. mat. & aulæ, auth. g hodie, C. de repud. §. ex quo verò quidam, in nouel. 134.
h Iustin. l. Deo nobis, l. 42. de episc. & cler. lib. 1. C. tit. 6. §. secundum occasionem, de nup. in auth. §. irreprehensibilis, nouel. 23. & §. prædictis quidè nouel. 117. §. quod si constanter, c. 2. de cõuers. coniug.

fit, vt alter illorum ingredi hanc vitam nequeat, nisi alter quoque voueat castitatem. Per occasionem rationabilem abibant & bona gratia, vt supra diximus, captiuitate, quando impotens ad coeundum quis erat, vt superius diximus. Sine causa rationabili etiam fieri poterat olim, & à non bene consentiente iugo mittebatur repudium, verùm non impune, sed ea lege, vt qui absque causa mitteret, non posset intra quinque annos iterum nuptias, si vir esset, vel dotem, si vxor: mutata tamen nouellarum iure pœna quinque annis. Causa autem iusta solutionis matrimonij iure ciuili erat, quæ esset ex numero expressarum à constitutione Theodosij & Valentiniani. Si vxor sit adultera, venefica, homicida, plagiaria, sepulchrorum dissolutrix, sacrilega, latronum fauorix: si extraneorum hominum, ignorante vel nolente marito, conuiuia appetat: si eodem inuito, sine iusta & rationabili causa foris pernoctet: si spectaculis & theatralibus ludis, illo prohibente, assistat: si marito veneno aut gladio insidietur. Et iisdem de causis repudiata, quinque annos etiam iubetur abstinere connubio, & dotem amittere. Contrà, & eadem constitutione quoque vxor repudium mittebat iuste marito: si adulter, homicida, veneficus, si in principibus quod etiam maximè castas exasperat, certum ineat: si vxori insidietur, gladio, venenove: si verberibus, quæ ab ingenuis aliena sunt, eam affecerit: atque per idem quinque annis tempus teneat abstinere alio coniugio, donatione propter nuptias amissa. Persequitur & causas diuortij receptas olim Alexander ab Alexandro, & Deuteronomij liber 8. Verùm Moscovitis verberum causa, etsi repudium admittant non esset iusta causa: quippe quod mulieres se contemni à viris, nec diligere putant, nisi verberentur, vt scribit Sigisf. mundus Liber Baro. Et apud Platonem lex de diuortio hæc est, vt si vir & vxor, propter nimiam acerbiter non conueniant, Decemviri de legum custodiis qui medijs sint, & decem mulieres de curatricibus connubiorum, provideant. Quorum sententia, si ita conciliati sint, valida, & stabilis habeatur: sin autem eorum animi vehementius iracundia fluctuent, factò diuortio illos, illasque pro viribus quærant, quive vtriusque conueniant. Apud Persas, ex lege vxor contumaciter marito dicto non audiens, repudiari poterat, sicut & Assuerus ipse rex repudiavit eam ob causam vxorem Vasti, in cuius locum subrogata Hester, vt eius historia, & Iosephus narrat. Propter mores etiam improbatos coniugum, solutum fuisse aliquando coniugium constat ex rubrica, De repudijs & iudicio de moribus sublato. Cuius iudicij exempla refert Valerius Maximus, veluti C. Sulpitium Gallum repudiasse vxorem, quod eam capite aperto foris versatam cognouerat. Q. Antistium Vererem suam, quod eam in publico cum quadam libertina vulgari, secretò loquentem viderat. P. quoque Sempromium Sophum coniugem repudij nota affectisse, nihil aliud quàm se ignorare autam ludos spectare: qui casus & postea l. consensu, de repud. l. 25. fertur. Pertinet ad repudium, lex Iulia de adulterijs: neque enim licet compertam in adulterio

a c. cum sis, c. 4. ca. significauit, ca. 14. eod. de con. c. iu. c. prudentia, de offic. delegat. vide Ang. Clauis in summa, in verbo, matrimonium 4. num. 9. vide Abbat. & Calderi. in c. 1. de cõuers. coniug. b §. per occasionem, de nup. consti. 22. & §. si verò captiuitas, eod. c. §. si verò altera, & §. miores, de nup. in auth. d §. quia verò, velice. mat. & aul. in auth. coll. 8. e l. consensu, l. 8. c. l. 5. de repud. C. s. miores, de nupt. in auth.
f Alex. ab Alex. lib. 4. c. 8. g Deut. c. 24.
h Sigisf. in cõment. rer. Rutheno. seu Moscovitar.
i Plato, in de legib.
k Hester, c. 1. Iosephus, l. 11. antiqui. c. 6.
m l. 5. C. tit. 17. n Val. Maxim. l. 6. c. 3.

retinere, nisi castigatam. Et separatur torus, potestque adulteram ita abiicere quilibet, etiam si ei iurauit nunquam se eam repudiaturum: quia ea causa excepta videtur. Sic Suetonius meminit Tiberium Cæsarem in causa cuiusdam equitis Romani, gratiam ei fecisse iuramenti, vt repudiaret vxorem in stupro compertam.

Num iure diuino dissolui possit matrimonium. Cap. 16.

- 1 Lege Moscaica permittitur diuortium Iudeis improbatum.
2 Diuortium iure diuino & pontificio nunquam approbatum, sed prohibuitur.
3 Diuortio factò propter adulterium, separato toro alteri etiam innocens non potest nubere: & ibi rationes ab autoritate, quia relicta nubens morchetur, quia reconciliari potest.
4 Diuortio factò ob fornicationem, separatos non posse alij nubere, probatio à sacris patribus.
5 Alia ratio à baptismo ad matrimonium pro indissolubili copula per adulterium.
6 Diuortium apud Moscovitas excommunicatione prohibuitur.
7 Morre tantum naturali, soluta à lege viri vxor dicitur.
8 Authores qui putauerunt separatos causa fornicationis, posse alijs nubere, & eorum reprobaiones.
9 Diuortium in toro non fit, etiam inter coniuges adulteros.
10 Diuortium ob heresim & infidelitatem.
11 Separatum matrimonium, tanquam nullum, non habet prohibitionem semper, quin alij nubere possint separati.
12 Matrimonium separatur tantum iudicio Ecclesiæ.
13 Matrimonium non dissoluitur hodie ob sterilitatis causam.
14 Ancilla supposita ab vxoribus, proli causa, Abrahæ & Iacobo, quare.
15 Lotharius rex Austrasie excommunicatus à summo pontifice, quod repudiasset vxorem, vt sterilem, & aliam duxisset.
16 Diuortij iuris civilis causa sublata.
17 Abortum faciens olim repudiari poterat, hodie non.
Turijs diuortia libera, & repetitio matrimonij, dummodo non se iniurijs ingerent.

Ed, num iure diuino dissolui possit matrimonium, agamus: & certè Moysis decreto permittebatur diuortium Hebræis. Ibi tamen annotamus permissionem, non legem, non approbationem: sicuti multa Deus permittit euenire ob malitiam hominum, quæ proba non sunt per se, sed secundum quid, vt permittit affligi iustos, regnare hypocritam, hæreses, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Sic permittit Deus repudium, ad maius malum vitandum: & fatius visum est diuortium permittere impijs, & duræ ceruicis hominibus, quàm cogi eos inuitos vxores, quas occidissent, retinere. Ab initio enim, id est, in institutione matrimonij non fuit sic: sed quod Deus coniunxit, homo non separabat, vt ipsa veritas docuit. Et D. Paulus, Præcipio, inquit, non ego,

o l. 2. & l. castitatis, l. 9. ad leg. l. 1. de adul. l. 9. C. tit. 9. l. 2. §. lenocinij, eo. in P. c. si vxorem, 32. q. 7. c. 3. de adulter. Pap. l. mulier, l. 1. §. si ad leg. l. 1. de adul. l. 4. §. P. tit. 5. p. c. præcepit, & c. si vxorem, quos, 32. q. 7. q. c. quemadmodum, ca. 25. de iurei. l. 2. Decret. c. 24. r Sueton. in Tiberio, c. 35.
s c. 24. Deut. Ioseph. lib. 4. antiq. c. 6. t can. hæratione, 31. q. 1.
v D. Matth. 19. Luc. 10. canon. quos Deus. 33. q. 2. can. nunquid, 33. q. 1. c. de insidib. de consang. & affinit. c. inter corporalia, de translat. episc. x. 1. Cor. 7.

sed dominus, uxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere inuuptam, aut viro suo reconciliari: & vir uxorem non dimittat. Constituo autem hic axioma, iure diuino & potestico, indissolubile contractum matrimonium: per illam regulam, quod Deus coniunxit, homo non separet. Vtque non liceat coniuge repudiato, coniugium repetere viuentem eo: Nam si quis obiciat antiquum ius diuinum, dixi iam id ad permissionem pertinere tantum, & contra vinculum. Si quis autem recurrat ad separationem fornicationis causa. Euangelica lege permissam, audio quidem, sed de separatione concubitus & tori, non vt alteri, innocens ab adulterio, nubere, possit, vt quidam rati sunt. Ea de causa perpendamus verba dominica, dum ait ^a *Audistis quia dictum est antiquis, quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudij: ego autem dico vobis, quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam moechari, & quicumque dimissam duxerit, adulterat. Quare si cum dimissa sit adulterium, ergo manent nuptiae priores.* Sic etiam placuit concilio Tridentino postremo, 11. Nouembris anno 1563. sessio. 24. canon. 7. his verbis, *Si quis dixerit Ecclesiam errare cum docuit & docet iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum, matrimonij vinculum non posse dissolui, & vtrumque vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse altero coniugum viuentem, aliud matrimonium contrahere: moecharique eum, qui dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, qua dimisso adultero alteri nupsit, anathema sit.* Repete hic D. Pauli 1. ad Corinth. 7. *Is, qui matrimonio iuncti sunt, precipio, non ego, sed Dominus, uxorem a viro non discedere: quod si discesserit, manere inuuptam, aut viro suo reconciliari.* Perpendo, si discesserit, manere debere inuuptam, discedere autem non posse, nisi causa fornicationis, dixit Deus superius, & causa adu'terij. Ergo in illa causa reiecta debet remanere inuupta & pariter vir, cui reconciliari potest. Dehinc coniungamus causas repudij, & temporis eius, quo permissum erat a Mose, inter quas nemo ambigit fuisse adulterium, Domini nostri censuram apud D. Marcum ^b: & inueniemus, quamuis subsit causa, remanere insolubile matrimonium. Sic enim scribit, *Accedentes ad eum Pharisei interrogabant, si liceret viro uxorem dimittere, tentantes eum: at ille respondit eis: Quid vobis precepit Moyses: qui dixerunt, Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respondens Iesus ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis praeceptum istud: Ab initio autem creaturae masculum & feminam fecit eos Deus: propter hoc relinquet homo patrem suum, & matrem suam, & adhaerebit ad uxorem suam, & erunt duo in carne vna: itaque non sunt duo, sed vna caro. Quod Deus coniunxit, homo non separet. Et in domino iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum, & ait illis: Quicumque dimiserit uxorem suam (vide quid dicat, dimiserit, quod permittit in adulterio) & aliam duxerit, adulterium committit super eam: & si uxor dimiserit virum suum, & alij nupsit, moechatur. Ex quibus apparet dimissionem vxoris causa fornicationis, non esse separationem matrimonij: nam si separatio esset, non esset adulterium illius repetitum matrimonium. Item elucet separationem tori esse tantum, quia reconciliatio fieri potest, vt alij non possit nubere quantumuis innocens. Sic etiam tradiderunt*

sancti, & grauissimi patres D. Hieronymus ^c, Origenes ^d, Tertullianus ^e, DD. Ambrosius ^f, Augustinus ^g, Chrysostomus ^h, Innocentius ⁱ. Africanus in concilio Mileuitano ^k. Statuunt idem Canones Apostolici ^l, & segregari a communione eum, qui dimissa vxore, duxerit aliam. Nec ita efficax est adulterij macula, vt per illam aboleatur sacramentum hoc magnum: non secus, quam Baptisma, quo coniungitur Deo anima, non ideo soluitur vel admittitur, quod baptizatus in fide mœchetur: sicut per pulchre docuit in eadem quaestione D. Augustinus ^m. Refert Sigisfimus ⁿ Liber Baro in commentarijs rerum Moscovitarum, Ruthenos, seu Moscovitas, libellum quidem repudij, & diuortij mittere: id tamen maxime celare, quod contra religionem & statuta sciant: atque Niphontem Episcopum Nouogardiensem apud illos Cyrilli cuiusdam interrogationibus respondisse, diuortium mittentem, perpetuo ab Eucharistia, nisi iamiam animam efflaturum, submouendum. Sicque tantum morte naturali mulier dicitur soluta a lege viri, ad D. Paulum ^o. Sunt alia plura, quae in hanc possem adferre sententiam, quae tamen praetermittimus: neque etiam rot adduxissem, nisi fuisset mihi pugnantium cum errore, qui postquam a quibusdam male hac de re sententibus fuisset inuictus, accepit improvidos asseclas, & Melancthonem, & in additionibus ad suos locos communes, & in c. 5. Matthaei asserit, citatque testem sui erroris, Iustinum in Apologia de vxore Christiana, quae miserat libellum repudij viro: quamquam ibi nunquam Iustinus dixerit, illam alij nupsisse. Trahere etiam nititur, sed ita appositè, vt Iustinum, in suam haeresim Hieronymum in epithaphio Fabiola, vbi iam ostendimus eum contrarium sensisse. Sic enim ibi scribit ob Oceanum scribens de epithaphio Fabiola, tomo 1. operum: *Igitur Fabiola (que dimisso primo adultero marito secundum sortita erat matrimonium) quia persuaserat sibi, & putabat, a se iure virum dimissum, nec Euangelij (notet Melancthon) vigorem nouerat, in quo nubendi vniuersa causatio viuentibus viris, feminis amputatur, dum multa Diaboli vitia vulnera, vnum incauta vulnus accepit. Sed quid ego in abolitis & antiquis moror querens excusare culpam cuius poenitentiam ipsa confessa est? &c.* quae sequuntur apud Hieronymum. Quo etiam abutitur Vuesembachius ^p, & citat pro illa erronea sententia summam cum Hieronymo Tertullianum, Iustinum, Ambrosium, Origenem, Augustinum, quos docuimus tamen sententiam hanc improbasse: putatque satisfecisse D. Pauli 1. ad Corinth. 7. *mulierem solui a lege viri morte, & alia etiam causa iusta repudij.* Cumque se videret incidisse in illam sententiam, *Quod Deus coniunxit, homo non separet*, ait, *magistratus officio separatum ob adulterium, a Deo non ab homine separatum.* Sed ego non video quomodo magistratus vel suo vel nomine Dei possit soluere ob adulterium, quod ipse Deus ob idem adulterium inseparabile dixit, vt docui. Quocirca subscribo Catholicæ Ecclesiae, non posse matrimonium separari ob eam causam, nisi in toro & coniunctione. Quod si inemendabilis adultera sit, adsunt leges quae possunt per magistratus, gladio, qui vlciscitur adulteria obstinata & contumacia, vt in pœnis & criminibus dicemus, matrimonia verè morte dissoluere: & tunc innocenti dabitur liber aditus ad alias nuptias. Sic in locis, in quibus delicta

c. D. Hiero. in Epitaph. Fabiolae & in c. 5. & 19. Matthaei. d. Origen. 7. homi. in stat. the. e. Tertull. 4. cont. Marcio. f. D. Ambro. lib. 5. ad Rom. ca. 7. & in Lucam li. 1. c. 4. g. Aug. lib. de nupt. & cont. p. c. 10. & de bon. contug. c. 7. & lib. 2. ad Collo. & lib. 7. de adult. cont. de adult. cont. iugur. ad Pol. lentium. c. 1. & lib. de sermo. Dom. in monte li. 1. c. 1. h. Chryst. Hom. 17. in Matthaei. i. Innocent. in Decr. epist. ad Exuperi. epist. Theol. c. 6. 6. tom. 1. c. 6. k. in Syno. Mileuit. ca. 7. l. can. 48. apost. 1. can. 11. concilio. m. D. Augusti. lib. de bono coniugali. n. ad Roma. 7. ca. 5. 3. 4. 7.

o. Vuesemb. in titu. de diuortij. li. 2. 4. P. tit. 2. nu. 8. 9. 10. 11.

a. Leuit. 20. D. Ioan. c. 8. cum similib.

b. Deutr. c. 24.

c. Deuteron. 22. Ioan. ca. 8.

d. c. intell. xim. de adulter.

e. c. 6. de adulter. ap. Greg. 1. viro & vxore. fol. matr. in P.

f. can. Apostolus, & ca. omnes accusatio nes, 32. q. 7. & tota. ead. q.

g. can. 2. de diuort. & c. gaudentus, & c. quanto, eo. & tota 38. q. 1. h. lib. 2. iur. Orient. in constitutionibus, Theodosij Patriar.

i. c. non omnis mulier, 32. q. 2.

k. can. 3. de diuort.

l. ca. multoties, & cap. ab isto die, in 1. 35. q. 6.

m. c. soler que 11. 3. q. 2. can. non enim, 32. q. 1. c. tantum, 32. q. 4. n. Gen. 16. o. Gen. 29. p. D. Ambr. lib. de Patriarch. & ca. dixit Sara, 32. q. 4.

delicta odio sunt, & puniuntur, vt imur. Et ita iubet lex Dei ^a adulteria tolli, non tolerari, vel dari ansam scortationis liberae. Quod si ad indulgentiam confugiamus Ecclesiasticam, reconcilia-tionem potius cum D. Paulo suademus, ne separati delinquant maiorem in modum, aut per nouas nuptias: & vitæ ita procuramus emendationem, quam si desperamus, & si Ecclesiam nõ audierit separatus, detur temporalibus iurisdictionibus, sitque tanquam ethnicus. Nec etiam ad-mitto dimissionem hanc esse repudium solutionis, ac illud, per quod olim soluebatur matrimonium. Siquidem nunquã legimus ^b, & inter causas repudij, causam adulterij: nam vbi adulterium commissum erat, non repudium erat pœna, sed mors ^c. Idcirco leue argumentum hoc, inhærere verbis, *Excepta causa fornicationis*, quae ad dimissionem, non ad repudium referri potest. Vocamus autem illam dimissionem, separationem: quam iura in adulterio pontificia tradunt faciendam ^d. ⁹ Obseruant & iuris pontificij leges, vt adulterio separari etiam nequeant, si vterque coniugum sit adulter ^e: item vt conuenire ij cogantur. Sic enim Nicetas Metropolitanus Heraclæ interrogatus a Constantino Episcopo, lib. 3. iur. orientalis respondit: *idè non separari matrimonium eius, qui longe ab vxore profectus, concubinam habuerit, nec liberam esse vxorem, vt possit alium ducere, sed a concubina discedere debere.* Facit c. ex literis, de diuortijs. Et certè ^f si accusatione adulterij ita facile solueretur matrimonium, futurum esset nouarum nuptiarum cupiditate impellente, calumnijs, falsisque delationibus opprimenda esse matrimonia. Quomodo autem fiat diremptio tori etiam ob haeresim, vel infidelitatem coniugum, cum iuribus aperte contineatur ^g, non vltra immorabor: referam tantum exemplum, quod in iure orientali refertur ^h, quod tempore Theodosij Patriarchæ Constantinopolitani, Basilijus Buccinator quidam separatus est a sua infideli vxore, postquam baptizatus fuerat, decreto patriarchali, vt pote quæ a viri suasionem induci non posset, vt baptizaretur. Perstringam autem alios casus, quibus licet coniugibus seiuinctis ab inuicem, alijs nubere, alia regula. Vt quando matrimonium hoc ita dirimitur factò, intelligamus non tam dirimi, quam contractum antea nullum declarari. Quo loco cautè qui praesunt foro matrimonij, vtuntur his verbis, non fore matrimonium, vel nullum dicere solent propter impedimentum iuris vel facti, quod prohibebat coniunctionem, etsi cõiunctio corporalis secuta sit: non enim sola corporum coniunctio, vt diximus, matrimonium facit ⁱ. Separatur & matrimonium aliquando, non propria voluntate, sed Episcopi notione, inter consanguineos in gradibus prohibitis initu ^k: verum si copula fuerit secuta, non datur licentia ad alia coniugia transeundi ^l. Hodie propter sterilitatem non licet repudiare vxorem, exceptis, vt diximus, causis frigiditatis & masculicij precedentibus matrimonium, in scijs coniugibus, quae impediebant ne fieret matrimonium: si quidem sola proles non est causa efficiens, vel finalis matrimonij ^m. Neque nos moueant exempla A brahæ & Saræ sterilis, ob cuius sterilitatem permittit Sara cohabitare ancillæ Agar ⁿ: & quod Rebecca & Lia prolis causa, etiam ancillas supposuerunt Iacobo ^o. Nam ea ad mysterium quoddam, & prolis augenda causa pertinent. Ex quo tempore pusillus grex erat Dei ^p, permittit, non pro-

bata fuerunt: nam & bigamia Lamech in eadem lege naturæ improbata, & fornicationes inhibita: Quæ reuelatio lumine æternæ veritatis, lege Euangelica nobis singulari Dei beneficio innotuerunt. Lotharius Austrasiæ seu Lotharingiæ rex, tempore Caroli Calui regis Gallorum, circa annum Domini 841. duobus Episcopis regni sui authoribus, Gunthario Agrippinensium, & Tergando Treuironum, cum vxore sua Tetberga diuortium fecit, quod eam diceret ætate prouectam, ac seram ad prolem suscipiendam, adulterij etiam eam arcescens, idque corruptis iudicibus, ac testibus: Valdradamque florentissima ætate, specicque egregia duxit. Verum cum admonitus a summo Pontifice perstaret in amentia, communionem piorum ei interdictum est: Episcopi, quod communium diremissent, è gradu dignitatis deieci sunt, vt ait Paulus Amibius ^q. Et de hac eadem quaestione in cap. Lotharius, 31. q. 2. Cessant & hodie ^r imperatorum causæ dissoluedi matrimonij, quæ ob crimina alterius coniugis inducebantur ^s. Ne ^t que obseruatur constitutio Iustiniani ^u, & Leonis Caesaris, quæ faciebat potestatem dirimendi matrimonij, cum ea muliere, quæ sponte abortum fecit, de qua meminit Harmenopolus ^v, quam pontificia iura tollunt ^w. Legimus ^x apud Thurius legem modificatam, qua ius vxori permittebatur a viro, vbi visum esset discedere, viroque alteri cuiquam collibuisse, consue-scere: adiectumque, vt relicto priore viro cuiquam collibuisse, non liceret se iungere iunioripariter nec si vir vxorem ciecisset, non liceret sibi iuniorē iungere.

q. Amilin Ca. rolo Caluo.

r. cap. 2. de diuort. ca. in cõiugio. 22. q. 1. can. si vxorem quis, can. precepit, c. præceptum, 32. q. 5. s. s. has itaque causas, denup. in auth. coll. 4. t. Harmenop. lib. 4. tit. 12. v. ca. aliquando, c. duob. seq. 32. q. 2. x. Diad. Sien. li. 2. Bibloth.

De his quæ accedunt matrimonio, dote antiphernis, paraphernis. Cap. 17.

1. Maritus decipitur, si cogatur indotatam uxorem habere.
2. In nuptijs dos interuenit, non necessariò, sed alia ratione.
3. Dots nomen vnde.
4. Dotes rerum quid.
5. q. 2. quid. q. 2. quid. Antipherna quid. q. 2. quid. Parapherna quid. Peculium Gallis parapherna.
6. Uxor, quæ habet consentur esse ex bonis mariti, nisi de contrario constet, & quare. Maritus paraphernalium vxoris iure consentur procurator, nisi ea prohibeat.

Maritus, inquit Paulus Iurisconsultus, suum negotium gerit, cum de dote sibi cauet: & decipiendus non est: quod fit, si cogatur indotatam vxorem habere ⁷. Proinde in nuptijs pangendis, vt plerumque dos aliqua interuenit, etsi necessariò non desideratur, nisi quia probat dilucidius matrimonium ⁸. Quamobrem de ea dicenda essent pauca, sed forsitan plura, cum hodie in coniugijs potius de dote, quam de moribus agatur, verissimumque quod Satorius parafirus apud Plautum ait filia ⁹,

Tace stulta, num tu nunc hominum mores vides

y. Paul. in l. si donatus, l. 9. s. si quis in debitu de cõ. dict. c. dat. lib. 12. P. tit. 4. z. c. Lotharius. 31. q. 2. c. per v. stras. de dona. int. vir & vxor. Plautus, in Peria adu 3. scena. 1.

Matthaei, 5.

Marci, 10.

Seneca, li. de de Clem. 22 *immixtae*, inquit Seneca ^a, si serui nostri nos numerare cepissent. Per insulam Vtopiae vna forma vestitus est, nisi qua sexus habitu discernitur, & ex libatibus coniugio ^b. Placuit & Romanis, vestitu dignitates quodammodo secernere, ideoque & praetextas vestes habuerunt quintuplicis differentiae, regales, augurales, consulares senatorias, equestres, quas explicat Vuolphangus Lazius ^c, & maiorum 14. annorum, vnde praetextata aetas ^d. Latus clauus dabatur Senatoribus ^e: Trabea praefectis potissimum praetorio ^f. Paludamentum proprie consulibus ^g, & eorum qui loco consulum fortiebatur prouincias. Toga magistratibus praetexta: penula communis omnium: exomida substricta foeminis solis Romanis olim relicta, vt molles tunicae. Cheiridota, quae erant prolixae, vltra brachia & manus longe lateque diffusae, ad vna cruraque aduersus oculos protegenda, vt ait Gellius ^h. Castitati magis propriae, quam quas permittit Lycurgus, qui voluit in sua republica virgines, & foeminas esse omnino apertas: vnde & irritae ad Poetis, dicitur *φαινομένης*, a patentibus femoribus, vt & Ibius Andromanes dixit, quod viros furere faciant. Si quidem tunicae virginalis consuta pinnae non erant ab inferiori parte, sed aperiebantur, simulque nudabant totum femur incesu, vt scribit Plutarchus ⁱ. Contempta certe ibi, vel non egregie obseruata pudicitia, nec pares in hoc virtute Lacedaemonij Romanis, apud quos tamen Lazarus Baysius ^k contendit genus vestimenti hoc quoque fuisse, & tunicarum Romanarum mulierum non fuisse consutas alas, verum pallium tunicae, quod eam opprimeret, impostum: idque ex Ouidio firmasse videtur, dum is ait ^l,

*Pallia si nimium terra demissa iacebunt,
Collige, & immunda sedulus effer humo.
Proximus officij pretium patiente puella,
Contingent oculis crura videnda tuis.*

Verum non inde id mihi persuadetur, nam nec inibi de dissutiis mentio, sed quod efferendo & excutiendo pallio, contingat etiam nudari crura, si patiatur puella, sensisse puto Ouidium. Quamobrem & cautum decreto, Octauio Frontone praetura functo à Quinto Halerio consulari, ne vestis serica vitos foederet ^m. Multoque magis turpis mulieribus visa Senecae ⁿ, dum ait, *Video*, inquit, *sericas vestes, si vestes vocande sunt, in quibus nihil est quo defendi, aut membra, aut corpus, aut denique pudor possit, quibus sumptis mulier parum liquido nudam se non esse iurabit, &c.* Negauit vxori suae huius visum Aurelianus Caesar, propter pretij magnitudinem: sic enim scribit Flavius Vopiscus ^o: Aurelianum vestem holosericae neque ipsum habuisse in vestimento suo, neque alteri utendam dedisse: & cum ab eo vxor sua peteret, vt vnico pallio blateo serico vteretur, illum respondisse, *absit vt auro fila pensentur.* Aequalis namque tunc sericum, & aurum erant aestimationis: vt non immerito etiam, sicuti ex naufragio auro saluato decimae pendebantur ei qui saluaret: sic & statutum in legibus Rhodiis ^p de serico sicco conseruato, his verbis, *τὰ δὲ δλοσηκὰ, ἐὰν ἀερόχα σαθῶσιν, δεικνύσιν ἐπιφειρόσασιν, ὡς ἴμοια ὄντα, τῶ χρευσίῳ: εἰ δὲ βραχέως κκερξέσασιν τὴν ἀπορρίπναι καὶ τὴν ἀποβραχέως, καὶ ἴτος εἰς συμπλεκτὴν ἐρχέσασιν, id est, holoserica si sicca saluata sint, decimas soluunt, tanquam auro paria: ceterum aspergine commadefacta, exciccantur, & ita ad collationem veniunt.* Et Dio Cassius ^q sericum barbaricæ luxuriae texturam dixit, ab istis ad luxum mulierum inuectā, qua tamen

hodie nihil frequentius inter illas, vt quae nec purpurae parantur, quae regibus & senatoribus fuit tantum peculiaris ^r. Prohibitum ab Octauio ^s 28 purpura palmatis pictisque vti vestibus, quas habuit peculiare principatus. Gordianus senior ^t 29 aurum etiam vestibus intexere prohibuit, quod aliquando fecit Aurelianus ^v. Omittam tot formas inuisas vestium recentes quibus quotidie iam parata vilescunt, & impendiorum ansam vberrimam adiiciunt, dum Protheum imitantur: vt si maritus vellet harum vestium onus subire, non dotis certe fructus, nec quoque suum vel proximorum amplum patrimonium sufficere possit. Vt non possim satis laudare legiflatores, qui etiam huic negotio opem tulerunt, & loculis ^x 30 Quis fuit Ioannes Ducas imperator Orientis, qui de creto sancijit ^y, ne quis subditorum veteret vestibus Assyrijs, Babylonicis, Italicis, varijs artificijs confectis, sericis: nisi is, quisquis esset, cum omni familia in ordinem cogi, ac notari ignominia vellet. Vtque his contenti essent, quas Romanæ, scilicet Constantinopolitanæ, prouinciae, ac manus praebent. In Gallia quoque modus impositus vestibus, & mulieribus luxibus edito ^z 31 Caroli 9. anno 1565. 21. Ianuarij. Similiter Germaniae, in comitijs habitis Augustae Vindelicorum, sub Carolo 5. Maximiliano 3. anno Domini 1548. vt constat ex politica constitutione, inibi edita, patria lingua, in Latium translata per Iustinum Goblerum. Fuitque olim à Caesaribus ^{aa} 32 ad terrendam vestium exquisitarum temeritatem imposita pensitatio intextis vestibus auro & argento ^{ab}. At permittunt leges vestibus nuptialibus maiorem splendorem, & auream intexturam, quam vetant quotidianis ^{ac}: prohibent tamen auratas, ac sericas parandas ^{ad}. Iulius Caesar quoque ^{ae} 33 conchyliatæ vestis & margaritarum vsum, nisi certis personis & aetatibus, perque certos dies, ademit ^{af}. Quae quidem omnia admonent maritum, ne vestitum vxori porrigat vltra vires, dignitatem & iuris permiffionem: alioquin certe onus aetna grauius erit subiturus. Et haec haetenus de secundo onere matrimonij.

De reliquis oneribus matrimonij. Cap. 20.

- 1 Tertium onus matrimonij, concubitus est.
- 2 Uxor habens virum inutilem, censetur vidua.
- 3 Uxor vit: & lex de concubitu non frequentando.
- 4 Uxorem infirmam curare ex onere debet maritus.
- 5 Uxorem infirmam super fructus dotis non tenetur curare maritus, si ea habeat patrem, vel bona per se.
- 6 Uxorem captam an teneatur maritus redimere.
- 7 Uxorem an teneatur maritus suis sumptibus sepelire.
- 8 Uxorem sepelire gratius quam ducere.
- 9 10. Uxori vidua an alimenta per haeredes, & quantum debeantur.
- 10 Uxori vidua pregnantis curator & alimenta discernuntur ventris nomine.
- 11 Vidua quid est.
- 12 Uxori an debeatur habitatio post mortem à marito.
- 13 Liberi debent ali à parentibus & institui.
- 14 Liberi quando alantur à maribus.
- 15 Liberi quoque tenentur alere parentes.
- 16 Liberos non erudientis poena, & liberorum non alentium parentes.
- 17 Patris officium, dotare filias.

Xiphil. in M. Vlpio Traia. s Dio, li. 49. t Iul. Capitol. de reb. gest. Gordiano. v Vopisc. in Aurel.

x libr. i. iur. or. in confi. Ioan. Ducas. in c. p. i. b. i. c. v. de vestitu.

y Edictu Roy Charles tre le fait & vage des foyes, & reglemēt dōne à ses subiects à leurs habillemens. z in Felicia Caroli 5. art. 9. 10. 11. a Constanti. l. 3. si prop. pub. pensit. vend. fuer. celebr. li. 4. C. tit. 46. b l. i. nul. lice. in fran. & e. questr. sel. & c. l. i. & 2. de vest. lib. holob. & an. eod. lib. C. d Suet. Tranq. in Iulio. C. a. 17. c. 42.

Spurios

Spurios filios an teneatur pater dotare. Et remissive. 18 Uxor summum & precipuum onus maritis, & pene insupportabile, verum tolerandum. 19 Uxor etiam mortua cum viro litigat. 20 Uxor peruersa, liberorum causa plerumque sustinetur.



Ertium onus dicitur esse concubitus, nempe reddere debitum coniunctionis, vt dicitur vxori, ad quod tenetur ^a: vt mutuo etiam viro vxor obstringitur. Verum ista semper parata, ille non vtique. Sic vtque non habet potestatem sui corporis, sed in coniugis est arbitrio ^b. Alioquin mulier, quae maritum habet inutilem, vidua censetur ^c. Igitur hoc onus constituit, vel ex sententia Hesioidi ^d, dum tradit quod mulier, *ἀνεὶ ἀπὲρ δολοῦ, καὶ ἐν ὀμφῇ γήρας δῖνος, Vrit sine torre, & ad crudam adducit senectam.*

Solon huic oneri temperamentum adhibuit, auctore Plutarcho ^e: statuit enim, *τὴν νόμον τῶν νόμων συντάξαι, ἵνα ἂν ἡ μήτηρ καὶ ἡ πατὴρ ἴσως τῆς ἑκάστω μὲν ἀπὸν ἀνεὶν ἂν ἴσως, id est, voluit sponsam cum sponso concubituram prius delibare matulum coroneum: & eum cum illa tantum ter in mense congregari.* Moderatè enim venereis vtendum esse voluit, quia, vt ait Plato ^f, id commodum est. Est & continendi tempus definitum à iure, post quod redeundum dicunt ^g. Quartum, infirmam curare: & idcirco quae supra dotis fructus in eius agritudine impenderit, sibi expendit, & affectioni, & pietati, nec repetit ^h. Neque quicquam praetermittere, potissimum secundum dotis qualitatem debet, quod vxoriae saluti conducere possit ⁱ, alioquin dos ei auelleretur. Quod intelligendum ait Chassaneus ^k, & Socinus ^l, nisi mulier haberet patrem, qui videtur teneri alere filiam in eo; quod est extra fructus. Quomodo vxor alenda in sanitate, & in aegritudine sit, constante matrimonio, late tractant glo. Dynus, Bartol. & Angel. ^m Iacob. Areti. Cinus, Bald. Angel. Salycerus ⁿ. Angel. Areti. ^o Quintum, vt captiuam ab hostibus liberare, & redimere cogatur: hoc autem Rabinis receptum proculdubio: at apud nos remitti debetum posse, & censerii puto. Et proinde statutum, vt si quis redemptam duxerit, ne possit, quae eius rei causa impenderit, repetere ^p: ceterum si vxor pendente matrimonio capta sit, maritum posse in hereditate repetere arbitror, si non donet: quia & mater, si antequam filium redimat, protestetur se velle repetere, repetit, etsi nihil dicens, non repetat ^q. Sicuti minuit dotem, datum vxori vt proximos

7 suos redimat, vel filios alterius tori ^r. Sextum, vt mortuam teneatur sepulturae mandare, si ea propria bona, nequidorem habuerit, ex quibus alioquin funeris impensa deducitur ^s, quae eum sequitur, ad quem dos reuertitur. De suo enim expedit mortuos funerari, vt ait Vlpia ^t. Itaque hoc onus marito iniungitur tantum, dum mulier dotem non habet, nec haeredes, & quando pater eius soluendo non fit ^v: aliter non tenetur. Quia solum matrimonium, & ita onera definit subi-

8 re vir, vt ait Baldus ^x, & Ludo. Roma. ^y Sunt aliqui tamen, quibus leuius onus hoc esset ceteris, & gratior expensa, quibus vt Chæremone ait, *γυναικα δαπέτω κερτῶν ἐστίν, ἢ γαμῶν, vxorem sepelire gratius & melius, quam ducere.* Vbi iam cepit quibusdam senescere, si credamus luuenali, qui ita scribit ^z,

Si verum exortias facies, non vxor amat, Tres vngue subeant, & secus arida laxet, Fiant obscuri dentes, & cultique minores, Collige sarcinulas, dicet libertus, & exi, Iam gravis es nobis.

Septimum onus, vt post mortem ex bonis suis, viduis vxoribus, castè tamen viuētibus, teneantur mariti alimenta, & viduitatis subsidia praestare intra annum luctus: ex consuetudine saltem Tholosana, quae ad id mariti cogit haeredes, & vltra annum, quamdiu, si dos data fuerit marito, eam haeredes retinebunt dotē, & incrementum seu adiacamentum ex consuetudine debitum ^a. Iure tamen ciuili communi, haeredes tenentur tantum praestare alimenta viduae, quamdiu dos est apud eos, si vxor non habeat alia bona, vnde se alar, non aliter: vt tractant interpretes communi calculo post Accursium ^b, qui multis hoc firmat rationibus, quas non transcribam. Et certè videtur illa resolutio æquior, nisi filij haeredes sint, qui viduam vt matrem alere teneantur ^c. Alioquin soluta mulier est à lege viri, morte ipsius, vt diximus, dum de solutione ageremus. Quocirca æquum non est ab extraneis haeredibus ali, cum priuilegium coniugale personale sit, nec transeat haeredes ^d: cumque ea possit copulari, si velit alteri potissimum sublatis hodie poenis: quod pertinet ad infamiam nubentium intra annum luctus ^e. Nisi se verum gerere ex pramortuo viro vidua diceret, siquidem tunc, ventris potius nomine, alimenta constituuntur, & in hanc rem curator dicitur, qui cibum, potum, vestitum, & testum praestet mulieri, pro facultatibus defuncti, & dignitate eius, atque mulieris, vt respondent Vlpianus & Caius ^f. Alia itaque causa viduarum non praegnantium, quae parum, aut nihil, ad matrimonium pertinere videntur. Quamquam enim vidua virum, & eius dignitatem repraesentet ^g, & eius priuilegia tamen verum est, non esse matrimonium, ideò onus alimentorum cessare. Doret & nomen, cum vidua sit ea, quae sine viro est: etsi nunquam virum habuerit ^h. Sic Macrobius ⁱ viduam dictam notat, quasi valde diuisam, aut à viro diuisam: quia *duare*, lingua Etrusca, diuidere est. Vnde & idus vocatur, dies quae mensum diuidit. Et Iulius Pollux ^k, mulier à viro sola relicta, vidua est: sicut & à muliere relicta, viduus. Vnde *χρησται* dicuntur, qui generi deserto in hereditate succedunt. Octauum onus à Rabinis praescriptum, de praebenda domo, seu habitatione, eandem habet distinctionem iure ciuili, ac superius septimum, & expressè videtur dissentire illud, quod Iacob dixit Thamar ^l nurui suae, post mortem mariti, esto vidua in domo patris tui. Nonum est alendi liberos ex matrimonio suscepto, quod patris potissimum est ^m: cuius nomine & erudire, & impendia in institutionem facere tenetur. Nam ea alimentorum nomine veniunt ⁿ. Atque eam institutionem deberi quoque à parentibus filiis, iam alibi docuimus ^o. Porro si mater sit locuples, & maritus pauper, hoc onus ad illam, nutriendi pertinet ^p: sicuti & minore trienni lactandi 9. Alioquin citra necessitatem, pater liberorum hoc alendi habet onus, non mater ^q. Accedit & istis sollicitudo liberorum qualibet alia vltra, & vitæ & aliorum necessariorum.

Duxi vxorem, inquit Demea ^r, quam ibi miseriam vidi, nati filij,

Alia

a tit. de necessar. viduar. in com. h. Tholof. b Accurs. in l. vni. s. exortio, ad verb. restit. tendis. & ibi Bartol. & alij. c. d. de rei vxor. ad l. 5. de libe. agnos. lib. 25. tit. 3. d. Vlp. maritum, l. 13. & Paul. quia tale, l. 14. fol. matr. lib. 2. P. tit. 3. e. c. pen. de fec. nupt. f. Vlp. l. 2. s. mulier autem, & Caius, l. curator vxoris, l. 5. de ven. in posse. mitt. lib. 37. P. tit. 8. g. l. 1. s. vidua, ad munic. l. 1. de incol. lib. 10. C. h. l. malum, s. vidua, de ver. sign. i. Macrobi. lib. 2. Saturn. c. 15. k. Iul. Polli. lib. 3. c. 3. l. Genes. c. 8. m. l. s. n. s. ipsi autem filij, de hon. que libe. lib. 6. C. l. vni. s. sicut, de rei vxor. ad. C. l. 1. 3. 4. de alend. li. C. l. 5. tit. 25. l. i. quis à liberis, de lib. agn. n. l. alimentis legatis, de aliment. & ciba. lega. o. in praesud. opti. iur. li. 2. c. sp. 40. p. auth. si pater, diuor. fac. apud quos libe. edu. de lib. 5. C. tit. 24. q. l. pen. C. de patr. pot. x. l. pen. de li. agnos. in P. s. apud Peret. in Adelphis, circa finem.

h Gellius, lib. 24. 7. c. 12.

i Plut. in vitis, in compar. Numæ & Lycur. k li. de re vestiaria, c. 13.

l Ouid. 1. de art. aman.

m Cornel. Tacit. lib. 2. n. Sc. ec. lib. 7. de benefic.

o Flavius Vopiscus, in Aureliano.

p in legib. Rhodiorum, excussis per Opotium Baillia, tit. 40. q. de neue iupta, v. c. q. Dio. Cass. li. 47.

Alia cura: porro autem dum studeo illis, ut quam plurimum facerem, contriui in querendo vitam, atque aetatem meam.

Nunc exacta aetate, hoc fructu pro labore ab iis fero.

Odium meam autem mortem expectant.

Romulus auctore Dionysio Halicarnasensi primū, necessitatem colonis imposuit educandi quicquid esset masculum, & e filiabus primogenitas.

Verū postea iura ad omnem patrum partem, ut diximus, hoc prorogauerunt ius. Sicut & contra, liberi omnes, egentes patres alere tenentur; Id enim natura suadet, qua beneficia rependere tenentur; & animalium, ferarūque quarundam exempla quae rependunt parentibus senibus, & defectis viribus officium & vicem. Erat & lex Atheniensium, quae a dicendo vel verba ad populum faciendū prohibet eum, qui patrem, aut matrem verberauerit, vel non aluerit, aut intra habitationem suam non receperit: nam ab eo qui aduersus eos, quos aequē venerari ac Deos oportet, est improbus, nō potest nisi malum ciuitas expectare, ut ait Aeschines.

Apud eosdem tamen alia lex, quam Alexis poeta laudauit, non cogi filios eos parentes alere, a quibus aliquam artem edoceri non fuissent, ut ait Vitruuius. Refert eandem ad Solonem Plutarchus. Meminit & Galenus. Erat & alia huic similis illis, non teneri filium alimenta patri vel habitationem tradere, si eum mercede prostituerit. Et iura etiam ciuilia tollunt hac ratione patriam potestatem. Mortuum tamen sepelire iubebat, ac ei iusta facere: quia lex & numen ipsum hominem consequitur, et si non sentiat. Decimum onus est, patris, & matrimonij dotare filias: consentiunt Iurifconsulti cum Rabinijs. Porro longa est controuersia, num quos liberos tenentur nutrire vel alere inspecta gratia iuris canonici, ut adulteros & spurios, eisdem teneamur dotes cōstituere, quam non explico, quia extra matrimonij onus est, sed remittam lectorem ad Nicolaum Boerium qui eam explicat. Porro ut oneribus summum & extremum, aliorūque causam subiiciamus, & mulierem ipsam etiam valde onerosam dicunt viris, & hoc onus malūque meliori quo possis condimento ferendum, vel tollendum. Vxorque ferenda, ut ait Plutarchus: et si vix sustineri possit. Sic Antiphanes quoque dixit, οὐκ ἔστιν ἄλλο γυναικῶν ὄνους ἢ ἄνθρωπος. Plus namque aloēs, quam mellis habet, ut ait Iuuenalis. Et iterum, Semper habet lites, alternatq; iurgia lectus, In quo nupta iacet minimum dormitur in illo: Tunc grauis illa viro, tunc orba tigrisde peior, Cum simulat gemitus occulti conscia facti, Aut odii pueros, aut scilicet pellice plorat.

Scribit Alciatus, Romae in saxo insculptū Epitaphium, verum litigiosū matrimonij testimoniū, quod nec post obitū quiesceret, hunc in modum, Hec viator miraculū, hic vir & vxor nō litigant. Qui simul nō dico, at ipsa dicam, hic Behius ebrius Ebria me nuncupat: heu vxor, atia mortua litigas.

Ceterum & liberorum habendorum gratia, plerique mores aduersos coniugū sustinet: veluti docuit Socrates, dum interrogatus ab Alcibiade, cur tam iurgiosam mulierē domo non abigeret: in interrogacionem dissimulans dixit, cur tu clamosas gallinas domo non abigis? & cum Alcibiades respondisset, quia mihi pariunt oua: & mihi, inquit Socrates, vxor Xantippe parit filios.

Axiomata quaedam nuptiarum communia. Cap. 21.

- 1 In matrimonijs honestas inspicienda.
2 In matrimonijs ius pontificium sequendum.
3 In matrimonijs dubijs pro matrimonio iudicandum.
4 Matrimonio dubio pro eo deservit iuramentum cum uno teste, & alijs adminiculis, & quae sunt adminicula, quae probant matrimonium, & praesumptiones.
5 Mulieri iuranti vel asserenti se ab aliquo fuisse cognitam, vel aliquem sibi matrimonium promississe, non creditur.
6 Matrimonij causa, & num quis sit ex legitimo matrimonio procreatus, notio pertinet ad forum ecclesiasticum, non ad laicum.
7 Coniuges vel sponsi possunt adire iudicem laicum, ut cogat aduersarium nubere, vel redire.
8 Contra matrimonium sententia lata non transit in rem iudicatam.

IN coniunctionibus legitimis semper & quod licet, quodve honestum, inspiciendum. In matrimonijs iudicandis & in his quae ad ea pertinent, praepo-

nitimus sanctiones pontificias ciuilibus. In ambiguis, pro matrimonijs iudicamus & pro coniunctionibus potius, quam pro solutionibus. Idcirco si quis petat vxorem adiudicari sibi, utpote cum qua dicat matrimonium contractum, si probet per vnum testem, deservit ei iuramentum necessarium in supplementum probationis pro matrimonio, et si quidam repugnet: non autem contra matrimonium. Idem statuitur in vxore petente maritum, si modò indicia & praesumptiones, aliunde concurrant, veluti anulorum delatio, frequens familiaritas, & familia his, adhibita consideratione qualitatis aequalitatis personarum, num fraus vel aucupatio fuerit matrimonij. Et proinde per has peristates melius est committi delationem tunc iuramenti arbitrio iudicum, ut monet Siculus. Atque vnus testis cum fama probabit matrimonium contractum & factum, dummodò alteri matrimonio non fiat praediuicium, quod fuerit manifestū cui per clandestinum ita probatum non obest, etiam si ambobus confiteantur clandestinum, cum teste vno & fama. Adminicula quoque, praesumptionesque matrimonij, instrumenta dotalia, & pacta dotalia sunt: tamen cum tabulis perpendenda censet Papinianus, si praecesserit, vel adfuerit maritalis affectio, vel honor, personis comparatis, vitaeque coniunctione considerata: neque tabulas facere matrimonium. Addunt etiam adminicula, & semiplenas probationes, epistolae a maritis vel coniugibus missae, si de fide earum constiterit: ut nonnullam fidem instrumentorum esse decretum respondit Caeuola. Et Papinianus, verba enuntiativa in epistola prolata obligationem quidem nullam producere, sed probationem impleri posse ait. Et quamuis plena probatio ex epistolis non oriatur, tamen confessionis species contra confidentem multam cum adminiculis alijs probabit. Placuit tamen supremis curijs non esse dandam fidem dicenti, se stupratam vel raptam fuisse ab aliquo. Scribit Nicolaus Boerius, & respondit Barbatia, & Stephanus Bertrandi Carpentorastensis: nec creditur iuramento vel asseruacioni mulieris

l. semper de regul. iur. P. l. semper, de rit. nupt. P. v. c. fin. de fec. nupt. ap. Greg. s. vlt. quomo. opor. episc. in auth. col. 1. s. fi. vt telepic. ap. pp. episc. col. 6. x. decif. 171. Cap. Tholo. Hostii. & collectarius, in c. mulieri, de iur. iur. y. c. lator, de sent. & re iud. glo. in l. 3. s. 1. in verbo agatur, de iur. iur. in P. u. c. illud, de praesumpt. b. l. in libera, de rit. nupt. P. c. Sicut in d. ca. mulieri, per c. fin. de iur. iur. iuncta l. 3. s. quacunque, eod. tit. d. decif. 172. c. Tolo. Innoc. in c. praterca, de testib. & in cap. illud, de praesumpt. facti gl. in c. de appella. c. veniens, in 1. de testib. e Ioan. And. in c. 2. de claud. despons. f. l. neque ab initio, l. 14. de nupt. C. s. nuptias, eod. in auth. g. Papil. donationes in con cubinam, l. 12. de donatio. li. 39. P. tit. 5. facit l. si vicinis, C. de nupt. h. Scar. in l. pen. de probatio. libr. 22. P. tit. 3. i. Papin. l. Publia, l. 26. s. fin. de pos. l. 16. tit. 3. facit l. cum quis, s. codicil. l. 15. de leg. 3. l. emptor, s. fin. de pact. in P. k. l. non epistolis, l. non nudis, C. de probat. l. pen. in fi. qui potio. C. l. generaliter, de no. pec. C. l. nec profectio, C. de testib. l. Boer. decif. 299. m Barba. conf. 27. n Steph. Ber. conf. 143. vol. 1.

mulieris, c. de iur. iur. libr. 2. Decret. tit. 14. b. vlp. l. 3. s. 1. de Scyllania. c. 1. & c. cautam quae, & c. lator, c. 5. qui ill. sint legi. ap. Greg. d. c. tuam, de ordi. cogn. e Abbas in c. ex literis in 2. in 4. notabil. de sponsal. Felin. in c. preterea, nu. 28. eo. f. c. lator, de sent. & re iud.

mulieris sine alia probatione asserentis, virum in eam consensisse per verba de praesenti, sicut nec ei creditur, qui dixit ab aliquo sibi mortis etiam vim illatam, nisi alijs idipsum fulciatur probacionibus. Causa matrimonij validi vel inuvalidi, debet agi & decidi coram iudice ecclesiastico, non coram laico: item num quis ex legitimo matrimonio natus sit, quia merè est spiritualis. Idcirco neque principaliter, neque incidenter tractari potest coram seculari iudice. Potest tamen, alter coniugum, vel sponsatorum, iudicem secularem adire, ut compellat sponsum vel sponsam, ad contrahendum matrimonium, si non conuenerit, vel dubium non sit de validitate sponsaliorum, sed tantum petitur, ut impleatur promissio, quam iurata fuerit. Singulare & illud, sententiam latam contra matrimonium, non transire in rem iudicatam: contra, si pro matrimonio.

De dotis repetitione soluto matrimonio. Cap. 22.

Lib. 24. P. tit. 3. Lib. 5. C. tit. 18. Lib. 4. Decret. tit. 20.

- 1 Soluto matrimonio dos repetitur.
2 Observanda plura in dotis restitutione: & in primis quid placuerit de ea.
3 Pacta dotis soluenda minutatim per plures annos a senatu iuste improbata.
4 Dotis restituenda annua bima trima die, & c. Et quale hodie tempus maritus in restitutione dotis conuenitur in quibus facere potest tantum.
5 Dotium non solutarium qua debentur usura.
6 Secunda obseruanda, si nihil pactum de dotis restitutione, consuetudines municipales loci.
7 Tertia obseruanda, dotis profecticiae & aduentitiae distinctio.
8 Dos filiae a patre profecta, ad patrem quibus rationibus redeat.
9 Dos mortua filiae, cum liberis, an ad patrem redeat, vel filiorum sit.
10 Dos ex pacto restituenda extraneo, in casu & pacto solutionis, & de restituenda, non obstantibus liberis.
11 Dos aduentitia filiae vel vxore mortua, cui restituenda sit.
12 Dotales res pendente matrimonio, etiam assentientibus vxoribus, alienari nequiu illo modo, nec vsucapi.
13 Dotales res estimatae in dotem datae, num possint alienari.
14 Dotales res mobiles, qua & quando alienantur.
15 Dotalium rerum immobilium quando valeat alienatio: nempe si necessaria, si cum fraude vxoris praesentis, si maritus lucratur postea, si inuisio consentiat vxor.
16 Actio restitutionis dotis ex stipulatu, transfusa in eam rei vxoriae actionem.
17 Dotali valide re alienata: nihilominus datur repetitionis actio in heredes mariti, nisi in quantum in vilitatem vxoris conuersum.
18 Dotales res non est, emptia ex pecunia dotis, interea, non repetitur.
19 Dos repetitur a muliere in foro mariti mortui, non ab extraneo.

Via onerum matrimonij dari dotes cōstitit, cessante causa, & matrimonio dissoluto, non erit absurdum easdem repeti. Sic M. Antoninus

Caesar cum moneretur, ut Faustina repudiaret ob adulterium, vel occideret, respondit: vxorem dimittimus reddamus & dotem, de imperio loquens, quod eius ratione erat assecutus. Solon quoque statuit, ut qui vxorem suam a se exturbasset, dotem ei restitueret; alioquin interituum selquidragmale, ob moram reddere cogeretur. Apud Graecos etiam illum morem obseruatum, dotem repudiatis coniugibus redditam, docet interpres Homeris his verbis, εἰδος εἰ τις ἄνθρωπος ἔδωκε γυναῖκα ἀπέπευκε, χρηματὰ ἀποτίθειν τοῖς ἀνθρώποις οὐκ ἔστιν, καὶ τὸ πάρος. & c. Alioquin verò & iure mulier haberetur pro indotata, si dos nō possit omnino peti, vel pacto, vel alio modo prohibita, ut ait Paulus. Et idcirco illud inutile pactum, in quo idipsum fit. Ceterum in restitutione, obseruanda plura sunt, quia illa non semper in toto est, nec integrè repetitur: cum ob inopiam mariti, qua in datione fideiussores accedere prohibentur: tum etiā ob pacta & mores, quos huic praediuicium faciunt. Itaque in primis obseruandum, quid placuerit de restitutione in dotis traditione, inter eos qui dotem repetere possunt, id enim proculdubio seruandum erit, si terminos praefixos restitutioni a lege non transgrediantur, in fauorem scilicet dotis restituendae cicius. nō in pro rogatione diei, nisi iusta sit causa conuentionis huiusmodi, ut notat Iulianus Iurifcons. Veluti, si longiori dilacione dos soluta fuerit, & placuerit eadem dilacione restituere patri, cui filia successerit. Cū tamen subsellis inter aduocatos affiduus essem, in curia suprema Tholosae, anno Domini 1564. 21. Februa. placuit senatui in causa cuiusdam De las Tours pacta conuenta matrimonij, quibus pater pollicetur dotem se soluturum mille librarum singulis annis per septenas libras improbata sunt: & statutum semel soluendam, non obstante patriae recepta consuetudine, quae eod. loci obtinebat: non enim sunt minima incommoda particularis solutionis, & actus legitimus diem nec conditionem recepit, posterque interim mori vxor. & lucro hoc priuari maritus, nondum die solutionis perfectae adueniente: subitque integra onera statim maritus, et si saepius integram vxorem. Dies longior erat restituendae dotis post solutionem matrimonij, annua bima trima die, hoc est, intra tres annos: quod emendarum hodie Codicis iure, & cautum, ut exactio dotis celebretur, non annua bima trima die, sed omnino intra annum, in rebus mobilibus, vel se mouentibus, vel immobilibus (scilicet alijs quam soli, ut nominibus seu debitis) ceteris videlicet tebus quae solo continentur, illicò restituendis, diuisione facta fructuum pro tempore, quo antè durauit matrimonium, remanete tamen priuilegio mariti, eo viuente dissoluto matrimonio, ut conueniatur pro ijs, quae in pondere, numero, mensura consistunt: & pro mobilibus, in quantum facere possit, non in solidum. Et hoc tempus sicut concessum est creditoribus dotis ad dotem restituendam liberum, sic non prolongatur impudens: nam eo exacto ob moram vsuras debent, non quidem selquidragmalem tantum, ut pendi iussit Solon, sed quadrantales ex sanctione Iustiniani, quae sunt tertia pars centesima. Placuit etiam Senatui Parisiensi 7. Februarij 1538. in causa cuiusdam Catharinae de Bery, vsuras pro cessatione solutionis dotis quincunces statuere. Est enim ea iusta estimatio prouentus patrimonij quae constituit, & aequat veram rei totius estimationem

Iul. Capitol in vita M. Ant Philof. k. Alex. ab Alex. li. 4. genia. dier. c. 8.

Interp. Hom. in Odyss. m Paul. l. si pater dorē, l. 11. de pact. dot. li. 3. P. tit. 4. l. vt autē, l. 16. eod. n. l. maritum, l. 13. & seq. & l. etiam, 19. folu. matrim. P. l. in cōdemnatio. ne, de reg. iur. l. non tatum, & l. sed hoc ita de re iud. P. Ratio ponitur, in §. 1. de nor. feud. l. 2. feud. tit. 18. o. l. 1. & 2. ne fidetiofor. dot. den. C. p. l. 1. de pact. dotal. q. Pomponi. l. rō dos, l. 7. l. 11. de die red. dēda, l. 14. eo. in P. Paul. l. si vnus, l. 28. s. p. & in specie, de pact. in P. l. legem quam distitit. C. eo. & l. 1. de pact. conuen. C. l. vni. s. illud, de rei vxor. act. C. r. Caius, litē, l. 15. & Paul. vt autem, l. 16. & Procul. l. Attili licinius, l. 17. de pact. dotal. Vlp. l. iurige. rium, l. 7. s. v. puta, de pact. in P. s. Iulia, licet, l. 18. de pact. dotal. P. r. Vlp. in Lallud est, l. 19. de pact. dot. l. 3. famil. er. cific. P. a. l. quonia in prioribus, de inoff. testa. C. l. actus legitimi, de reg. iur. y. d. lallud, de pact. dotal. z. l. vni. s. cum autē, & s. exactio, de rei vxor. act. lib. 5. C. tit. 13.

a. l. de diuisione, fol. mat. l. 24. P. tit. 3. b. d. s. cum autem, l. vni. de rei vxor. actio. l. alia, s. eleganter, fol. mat. P. l. fur qui, de re iudic. P. s. itē l. de dote, de actio. apud Iustin. c. Iustin. l. cum quid dotes, s. fi. de iud. dot. C. de fructib. l. videamus, a. s. si actionem, de vsur. cum similib. d. Pap. lib. 13. rhapio. actio. tit. 4. act. 1.

a Halicar. in 2. antiq.

b l. si quis a liberis, de lib. agnof. in P. pū simi. c. l. sed est l. s. cōsultit, de petit. hered. P.

d Aeschi. aduerf. Timarchum.

e Viru. in proe. lib. 6. de architecte. f Plut. in vit. Solon. g Galen. orat. exhort. ad art. h Aeschi. praed. loco. i auth. si lenones, de episc. aud. C.

k l. qui liberos, de ri. nup. in P. l. fin. de dot. promiss. C. cū similib.

l decifio. 127. nu. 11. 12.

m Anl. Gell. h. 1. No. 2. 17. n Plut. in P. recep. conubial. c. 5. s. vt sine prohib. matr. debent. & cre di. & c. in auth. coll. 7. glo. in l. ex his, de legi. p. Iuuenalis. Saty. 6. q. 146. d. Saty.

r Alcia. libr. 2. paterg. c. 12.

s Diog. Laert. in vit. Socrat.

in viginti annis. Existimavit tamen Angelus b, Iacob Cynus, & Gofredus c, heredem diuitem teneri statim quoque mobilia dotalia soluere, nec dari annum: quamvis reclamant Barto. d Salic. e Videndus at Ludouicus Roma. f Alexander s, & Paul. Castren. h qui intelligunt statim mobilia hunc restituere, nisi ex horum retentione annua, iurium mobiliu quaedam commoda percepturus fuisset. vide & Nicolaum Boerium i. Secundo, si pactum nullum sit restitutionis, considerare oportet leges municipales, si quid ea de re statuunt: illae enim ius faciunt. si obseruatae ante fuerint k. Tertio, obseruanda est dotis distinctio, vt si profectitia, mortua filiafa. in matrimonio, patri, aut auo, in cuius erat potestate, restituenda sit l: duplici damno pater, amissione inquam filiae, & iactura dotis, afficiatur m: neve iniecta amissionis formidine, patres a liberalitate erga liberos exercenta, reuocentur n. Item quod dos alimentorum causa a patre data videtur, vt ex fructibus se alat o; & usufructuario mortuo, usufructus ad proprietarium dominum redit p. Quodque, si dotem cum Bartolo & alijs in locum legitimae succedere credamus q, praematura sit legitimae datio ante mortem patris r. Neque etiam iure Pandectarum habebat filiafam. haeredes qui possunt ei in dote succedere. Contingit autem hic dubitari, num filiafam. decedente in matrimonio cum liberis, ad patrem redeat dos, an vero relinquatur penes liberos. In qua quaestione duo antesignani pugnant, Bulgarus & Martinus s, alijs disputandi deiderunt causas: ille namque Bulgarus, pertinere ad patrem non obstantibus quoque putat liberis, quem sequuti Ioannes, & Azo in Summa tit. fol. mat. Martino, & Placentino, & alijs diuersum sententibus. Agitur & fusiissime per interpretes, in l. dos a patre, fol. mat. C. & in l. post dotem, eod. tit. in P. Et inibi in repetitione omnium copiosa Benedicti de Plumbino, qui tertiam & mediam adiecit sententiam: Ego autem lubens accedo sententiae Martini, & filios impedire repetitionem patri concessam arbitror per d. l. post dotem: alioquin si rediret ad patrem, perperam statutum fuisset t, nepotes matris dotem teneri conferre patris in successione aui: cur enim conferre dicerentur, si non haberent v? Atque inuenio in iure cautum s, dotem, quae ad patrem redijt mortua filia, praecipuam relinqui nepotibus in diuisione hereditatis, vel familiae, vt eis quaesitam defuncta matre, non patri audeam dicere: cur enim aliter praecipuam dixeris illis? Et Scæuola v, id ipsum indicasse videtur, dum refert filiam posse grauare patrem de dote sua restituenda liberis, scilicet nepotibus. Neque quisquam ambigit filium patrem viscerum matris esse z: teneri autem pater diuortio vel morte mariti soluto filiae matrimonio, eidem filiae referuare dotem acceptam, & restituere iterum nubenti a: cogetur quoque & eandem filijs eius, id est, suis nepotibus restituere vel referuare. Non etiam quis inficiabitur, vt opinor, dotis causam praecipuam esse, liberos b: quamobrem soluto matrimonio morte filiae (cum liberi sequantur patrem, non matris familiam c nihil æquius mihi videtur, quam apud maritum & liberos, dotem remanere. eodem remanente onere & causa. Apud eum namque esse debet dos, penes quem onera sunt d: alioquin hoc iuri naturae pugnet e, vt alter onus, alter lucrum haberet. Nec video quomodo auo referuatur tantum usufructus dotis filiae, quae nepotum sit, si dixerimus non

filijs, sed auo quaeri, scilicet patri filiae relinquentis liberos, quod tamen receptum iure est f. Perpendo item Paulum Irrisconsultum, dum ait s, mulierem filiamfa. etiam posse repetere à marito secundo dotem, vt egentibus filijs ex alio viro suscepris, subueniat: quia, inquit, iusta & honesta causa est. Eam autem talem non censem si patri filiorum fauor postpoueretur: quod si licet viuēt, cur non liceat morienti non video: vel committi in legem Fusiam Caninianam, quae sublata in inuidia à iure est h. Estque singulariter constitutum, vt quod viuenti licet in rebus dotalibus, id ipsum liceat morienti i. Succurrit quod filiae dos proprium patrimonium dicitur k, & tanquam a alienum patris l, nec amplius censetur in patris bonis esse, postquam constituta est m. Proinde cum hodie mulier habeat haeredes iure nouellarum n, etsi olim addubitarum fuerit: verius esse iudico filios in dote mariti, ac in reliquis bonis, vt mutua successione Orficiant & Tertulliani id asserente o. Potior quippe descendunt, quam ascendunt in hereditate causa p, nulla obseruata differentia potestatis q. Verumtamen placuit Senatui Gratianopolitano, in dote repetenda, adueniente casu solutionis, adiecto ab extraneo dotem dante, non impediri repetitionem à susceptis ex eo matrimonio liberis, anno 1460. r. Sic enim & ius civile adimit haeredi exceptionem extraneo pacifcenti de dote soluto matrimonio s, quo casu restringitur s. accedit. l. vnic. de rei vxor. act. C. Et haec de profectitia dicta sunt: & de dote filiae in potestate constituta. Si autem de dote aduentitia agatur, tunc si nihil de eius redditione cautum sit, nec municipale ius aduersetur, mulieri vel eius haeredibus reddi debet t. Ex omnibus u autem superioribus collige, dotem soluto matrimonio reddendam à marito, vel ab eius haeredibus esse: proinde pendente matrimonio maritum non posse rem dotalem obligare vel alienare v, etiam consentientibus coniugibus x. Quod legi Iuliae de fundo dotali fuit additum, ea prorogata ad res non Italicas y. Et inhibitus actus omnis, per quem dominium transferatur: hoc enim alienationis nomen hic significat z, & alibi a, quod & vfucapionem complectitur b. Res quippe subiecta restitutioni, non possunt alienari c, & prohibita per legem alienari, contractum mala fidei reddunt, & inutilem d, vfucapionemque inhihent incipi e. Neque ignorare id debuit emens, vel vfucapiens, vel si ignorauit, iuris ignorantia non excusat f. Hoc autem fragilitati naturae mulierum concessit Iustinianus, ne ob eam in repentinam deducantur inopiam g. Sic emendata in fauorem vxorum Iulia in qua, vt meminit Iulius Paulus lib. 2. Selectarum sentent. tit. 22. de dotibus, *Legem Iuliae de adulterijs*, inquit, *cauetur, ne dotale praedium, maritus inuita vxore alienet.* vbi notanda verba, *inuita vxore*, vt intelligamus non prohibitum ea lege, quin postea, si consentiret, maritus alienare possit. Vt & Iabolenus firmat h. Addere possumus fragile esse mulierum consilium i, quod contra commoda propria laborat k. Verum haec obtinere existimandum, dum de immobilibus inaeftimatis

f. l. 1. & l. quacunque, de bo. quæ libe. C. g. Paul. in leg. quamuis mulier, fol. matr. in P. h. s. 1. de leg. Zul. Can. toll. ap. Iustin. i. l. 3. de iur. dotium. C. k. l. 3. s. vtrum de min. P. l. 1. si. de colla. dot. in P. m. l. 1. in r. refponfo, ad l. Falci. in P. n. s. 1. de haered. ab intest. veni. in auct. interfecto. de suis & legitim. C. o. titul. ad SC. Tertullii. & de SC. Orficiant, s. si igitur, de haered. ab intest. veni. coll. 9. p. l. 1. s. largius, de success. edic. l. nam est pariter, de inoff. testa. P. q. s. si vero neque fratres, de haered. ab intest. veni. coll. 9. s. Ioan. Pap. li. 15. rap. arell. tit. 4. arell. 10. s. Paul. ob res. l. 20. s. si conuenit, de pact. dotal. lib. 23. P. rit. 3. r. l. vni. s. accedit, de rei vxor. act. C. v. Caius, l. lex Iulia, l. 4. vbi. in l. Iulianus, l. 5. & 6. de fid. dota. lib. 23. P. rit. 5. s. 1. quib. alien. lic. ap. Iustin. l. vni. s. & cum lex Iulia, de rei vxor. actio. lib. 5. C. tit. 14. x. Alex. Imp. l. si sine voluntate, l. 1. auct. siue à me, & auct. si qua mulier, ad SC. vel leia. lib. 4. C. tit. 29. s. si quis igitur, vt immobil. ante nup. dona. & c. in auct. coll. 5. constit. s. s. & illud, vt null. iudic. lice. habe. loc. serua. col. 9. l. si praedi. l. 24. de iur. dotium. C. y. d. l. vni. s. & cum lex Iulia, de rei vxor. act. l. 1. de fund. dota. C. a. l. si. s. fin. de reb. alien. non alien. C. b. Tripho. Iur. l. si fund. 16. de fun. dot. in P. l. alienationis, de ver.

signifi. Iustin. in l. in rebus, l. 30. de iure dotium. C. c. auct. res quae, com. de leg. s. 1. de resti. C. & ea quae par. in 11. men. coll. 1. in auct. d. l. quemadmodum, l. 7. de agricol. & cen. lib. 11. C. tit. 47. l. non dubium, l. 5. C. de legib. l. iuvigentium, s. prator ait, & l. contra iuris civilis, de pact. in P. e. l. vbi lex, de vfuc. P. f. l. regula, de iur. & fac.igno. in P. cum similib. g. leg. vni. s. & cum lex Iulia, de rei vxor. act. C. h. in l. si. verus iudic. de pactis dotal. P. i. l. aliduis, l. 12. qui por. in pig. hab. lib. 8. C. tit. 18. l. 2. ad Velleian. in P. k. l. si pater pactum, l. 4. de sponsal. lib. 5. C. tit. 1.

datris

datis in dotem agitur, vel de aestimatis: in quibus electio in repetitione an pretium vel res in ea sit, ad vxorem pertinet, aliàs contrà. Quia, vt supra diximus, tunc res aestimata emptionis iure in plenum transit mariti dominium in mobilibus etiam dotalibus. Quidam hanc facultatem adiungunt distractionis marito b, nisi agatur de libertate praestanda seruis dotalibus, fauore libertatis: vt quidem liceat illos, dotales quamuis, marito manumittere c, alia alienare non liceat. Alij permittunt, dummodo pretium mulieri saluum sit: quum lex Iulia, & eius prorogatio, de rebus soli agat nominatim, vt consequenter in alijs permiffum censetur d. Ego permissioni subscribam, cum id potius sit in vtilitatem vxoris, si maritus soluendo sit, vendi mobilia, quae seruandò seruari non possunt: argumento bonorum minorum, quorum immobilia distrahi non debent sine decreto e: at mobilia possunt, ea ratione f. Atque vt facilius intelligamus, haec sic distingo, an mobilia in dotem data sint eius naturae, quae in suo genere functionem accipiunt, in pondere, numero, & mensura, consistentia: & tunc periculo mariti dari videntur, vt ea distrahat, & tantumdem soluto matrimonio reddat g, nec puto ideo remorari eorum solutionem, quod soluendo maritus non sit, cum nec fideiussio eius dotis nomine peti possit h. Aut res mobiles alterius generis sunt, & tunc si aestimatae simpliciter sunt, vendi possunt à marito, qui pretium tantum tenetur reddere: si aestimatae vt reddantur, non vtique vaneunt sine reuocationis licentia vxori permiffa, nisi ea consentiat vel confirmet i. Aut inaeftimatae mobiles sunt, quo casu non licet vendere, nisi quae peritura sunt k, etsi sit soluendo: quia & culpam praestat & dolum maritus in his l. Sed & in immobilium dotalium alienatione responsum est, eam valere ex consensu mulieris, si alienatio sit necessaria m: firmatur quoque, si mortua vxore maritus qui vendidit, dotem lucretur, vt ait Martianus n. Item si dolose mulier versata fuerit, nempe quod obligante marito rem dotalem praesens patientiam praebuit, vt quasi suas res maritus obligaret, decipere volens pecuniam dantem, vt ideo Velleiano non restituatur o. Excipiunt & iuris pontificij authores consensum iuratum vxoris, vt si is in alienatione liber interuenerit, non vi, non metu praecedente, firmet alienationem p: quamuis Accursius contrarium scripserit q, ratus contra prohibitionem legis contractus non firmari iuramento r. Cui rationi plures aliae annectuntur à gloss. in c. cum contingat, de iureiur. apud Greg. Quae tamen verae sunt, quando contractus habet perpetuum & absolutam prohibitionem, quae tamen in hoc contractu non inuenitur: nam & mulier potest Velleiano renunciare. Et si iteratò post biennium quod antea gesserat, firmauerit, non potest amplius poenitere, sed ratum est negotium s. Petitur autem restitutio dotis, per actionem ex stipulatu, in quam transfusa est rei vxoriae actio t. Et quanquam praedium dotale alienatum consensu subsistete mulieris reuocari non possit, tamen repetit proculdubio pretium eius ab haeredibus mariti, nisi quatenus in vtilitatem vxoris conuersum haeredes docuerint, vt notant Speculator v, Geminianus x, Bartolus y, & Chaffaneus z. Quod si ex pretio alia res immobilis empta sit, illa etsi videatur subrogata, tamen dotalis non est: sed tanquam pro rebus mobilibus annus expectandus est, exemplo rerum mobilium do-

talium a: & Ludouicus ita Romanus se consuluisse tradit b. Forum autem proprium huic repetitioni placuit esse eius iudicis, in cuius territorio maritus debitor domicilium habebat, ageare vxore c: exigente autem extraneo, qui sibi restitui pollicitus sit, non vtique verum, vt notant Felinus d, Baldus e, Boerius f.

Quando non est locus restitutioni dotis, vel in toto, vel pro parte. Cap. 23.

1. Dotis repetitionem impedit pactum de lucranda dote, nisi maritus vxorem occidat, vel occisam non vindicauerit.
2. Dos non restituitur, si eam lucretur maritus ex statuto municipalis.
3. Dotis partem non lucretur maritus, de qua vxor stipulata est sibi licere restari, etiam si non testetur.
4. Dos promissa, nec soluta, aequè lucro mariti, vt soluta, est.
5. Dotis argumentum premortuo viro Tholosa media pars est.
6. Augmentum integrum debetur dotis: si dos fuerit soluta, non aliter.
7. Dote non soluta, num debetur augmentum, etiam si fides de dote habita sit, in quo docetur contrarius sibi Guido Papaeus.
8. Dotis lucrum & augmenti sit mortua tantum vxore, vel viro post concubitum, & existente filia nubili atate.
9. Dotalium rerum, & tantundem à marito facta in Gallia communicatio.
10. Dotem amittebat ea, cuius culpa diuortium fiebat.
11. Datum marito non repetitur soluto matrimonio.
12. Dos adultera vxoris conuicta pertinet ad maritum, & donatio propter nuptias ad vxorem ex adulterio mariti, nisi liberti sint.
13. Dotem non amittit propter osculum, vxor, vt adultera.
14. Dotem non amittit nupta, ex adulterio matrimonij anterioris alterius non accusata.
15. Dotem ob adulterium vxoris petere non potest vir, qui etiam adulter est.
16. Dos olim retenta ob malos mores vxoris.
17. Dotales res inaeftimate data marito, cum repertoria ab vxore consumpta, non restituntur ab haeredibus mariti.
18. Dos redita pendente matrimonio soluto iterum repeti nequit.
19. Dos ex quibus causis pendente matrimonio, ab vxore repeti possit legitime.
20. Dotem num teneatur maritus, vel haeredes eius restituere, quam non accepit, vel non petijt à patre vxoris, vel alio qui desijt esse soluendo.
21. Instrumenta dotem datam dicentia, non faciunt fidem, nisi doceatur.
22. Dotem qua impense minuant, vt integra non restituntur. Tributa rerum dotalium marito cum fructibus perceptis computantur, nec minuant dotem.
23. Dotes minus retentione quomodo intelligendum est.

Asus aliquas operapretium est annotasse, quibus cessat restitutio dotis. Primus, si pactum factu sit de lucranda dote, diuortio vel morte vxoris,

a. s. si vero alicuius, de non alic. reb. eccle. si. in auct. b. Angel. in s. interdictum, & s. fin. de fideiuss. in auct. c. Iacob. Cyn. Gofr. in l. vni. s. exa. d. Barto. l. diuortio, s. si. fol. matr. e. Saic. in d. s. exa. d. f. Ludo. Rom. sing. 461. g. in l. debitoribus, de re iud. in P. h. Castren. in l. non solum, fol. matr. i. Boer. conf. 50. nu. 29. k. l. l. de quibus, l. 1. r. cum s. l. l. reg. de leg. p. l. l. dos a patre, fol. matr. C. m. l. iure usufructum, de iur. dotium. n. l. 2. de bon. quae libe. C. o. l. dotis fructus, de iud. dotium. p. l. 2. C. de dotatio qua sub mo. l. 2. s. morte, quib. mod. usufructu. amitt. in P. s. finitur, de usufr. ap. Iustin. q. Bart. in l. Titio ceterum, de condi. & demonst. in P. l. quoniam nouella, C. de inoff. testa. r. l. 5. s. impuberi, de colla. bono. lib. 37. P. rit. 6. s. vide gl. in l. dos a patre, fol. matr. C. t. lillam, C. de eollat. y. l. si vniuer. s. C. de lega. x. l. si in princ. commu. vtri. iudic.

a. l. cum in fundo, s. si fundus communis, de iur. dot. in P. b. Ludo. Rom. c. 67. l. incip. tu habes, l. vni. de rei vxor. actio. C. c. l. exigere, & ibi Bart. Ange. Cast. de iudic. in P. & omnes ferè interp. in l. cunctos populos, de sum. trinit. d. Felin. in c. 1. verif. 4. limita. de sponsal. e. Bald. in rub. de priuileg. dotis. f. Boer. conf. 50. nu. 20. 21.

f. l. 1. & l. quacunque, de bo. quæ libe. C. g. Paul. in leg. quamuis mulier, fol. matr. in P. h. s. 1. de leg. Zul. Can. toll. ap. Iustin. i. l. 3. de iur. dotium. C. k. l. 3. s. vtrum de min. P. l. 1. si. de colla. dot. in P. m. l. 1. in r. refponfo, ad l. Falci. in P. n. s. 1. de haered. ab intest. veni. in auct. interfecto. de suis & legitim. C. o. titul. ad SC. Tertullii. & de SC. Orficiant, s. si igitur, de haered. ab intest. veni. coll. 9. p. l. 1. s. largius, de success. edic. l. nam est pariter, de inoff. testa. P. q. s. si vero neque fratres, de haered. ab intest. veni. coll. 9. s. Ioan. Pap. li. 15. rap. arell. tit. 4. arell. 10. s. Paul. ob res. l. 20. s. si conuenit, de pact. dotal. lib. 23. P. rit. 3. r. l. vni. s. accedit, de rei vxor. act. C. v. Caius, l. lex Iulia, l. 4. vbi. in l. Iulianus, l. 5. & 6. de fid. dota. lib. 23. P. rit. 5. s. 1. quib. alien. lic. ap. Iustin. l. vni. s. & cum lex Iulia, de rei vxor. actio. lib. 5. C. tit. 14. x. Alex. Imp. l. si sine voluntate, l. 1. auct. siue à me, & auct. si qua mulier, ad SC. vel leia. lib. 4. C. tit. 29. s. si quis igitur, vt immobil. ante nup. dona. & c. in auct. coll. 5. constit. s. s. & illud, vt null. iudic. lice. habe. loc. serua. col. 9. l. si praedi. l. 24. de iur. dotium. C. y. d. l. vni. s. & cum lex Iulia, de rei vxor. act. l. 1. de fund. dota. C. a. l. si. s. fin. de reb. alien. non alien. C. b. Tripho. Iur. l. si fund. 16. de fun. dot. in P. l. alienationis, de ver.

a s. scimus, de reff. & ea que par. in n. men. in auct. licet dos. de iud. dot. P. l. si pater do...

runc casu contingente, retentio fit: nisi is vxorem occiderit, vel occisa legnerit necem vltus fuerit, nec prætorexu lucri, eius vitæ infidetur: quo tempore ab eo dos in fiscum, non in proximos vxoris, vt ab indigno, transferretur. Secundus, si cõsuetudo approbata statuat viro superuuenti vxori, dotem lucro fore, sicuti Tholosæ receptum est moribus & statuto municipali, nisi aliter prospectum pacto fuerit. Et idem obseruari dixit Cadurci Guillelmus Benedictus. Hic tamen non omittendum cenfeo, mulierem posse testari de ea quantitate dotis, de qua stipulata est à marito, vel in pactis matrimonialibus, vt sibi liceret: imò si non testatur, eam quantitate vel partem stipulatam, lucrante marito morte vxoris dotem, transfert ad sibi ab intestato succedentes. Meminit & similis cuiusdam statuti Salicerus. Placet & lucrum media partis dotis, vel totius, præmoriēte vxore, maritum quærere, etsi dos soluta, pendente matrimonio, non fuerit, sed tantum promissa: quia ex sola promissione mulier dorem habere videatur. Et cautionem dare, & cautionem accipere, pro eodem habentur. Sic etiam præmoriēte marito ex consuetudine Tholosana, mulier, quæ per annum luxerit virum, lucratur pro additamento dotis, quod vocamus adiancamentum, tantum, quantum est media pars dotis suæ: vt si in dorem mille libras dederit, restituantur illi mille quingentæ. Et ita obseruatur ex consuetudine non scripta, vt omnes Tholosæ norint, & notat Ioannes de Casa veteri. In quo falsus est Guillelmus Benedictus, dum ait, mulierem superstitem marito, viduam agentem vitam per annum, lucrari tantum tertiam partem dotis supra eius summam: nam media non tertia est, tertia tamen Cadurci. Vera nihilominus sunt reliqua quæ subiicit, ita demum lucrum hoc debetur vxori superstiti, si dos soluta ex integro sit: alioquin pro modo solutæ, mediam partem lucri, non ratione totius promissæ, esse perpendendam. Vel nihil lucrari, si nihil attulerit, etsi fides de solutione habita fuerit: quo casu Senatus Tholosani placitum inter Raymundum Pagefæ & Annam de None viduam fratris Raymundi, prolatum 26. Aprilis 1505, singulare est ab eodem annotatum, cui ad stipulatur ius ciuile. Et in hac quæstione valde incertus, nec satis constans Guido Papæus mihi videtur, si quidem sibi ipsi aduersarius est: in quæstione namque 30. asserit se in ea opinione fuisse, vt non debeatur augmentum, si dos non fuerit soluta. Suprà, inquit, q. 274. tetigi qualiter augmentum dotis, siue donatio propter nuptias, facta vxori contemplatione matrimonij, non debetur, nisi dote soluta, sed pone, &c. Et paulò post tamen ait, ex forma instrumentorum, qua, inquit, fides fit de dote, vxor lucratur dotem, siue maritus terminos (sunt eius verba) dederit ad soluendum dotem, siue non. Eadè postrema firmat & in quæst. 565, quibusdã rationibus. Ad stipulatur ego lubentissimè, vt debeat augmentum etiam non soluta dote, si dilationem dederit soluendi dotem maritus, intra quam mortuus fuerit, prout quæ adducit Papæus intelligi possunt. Et habita consideratione, vt mulier fuerit traducta in domum mariti, vt de lucro etiam dotis consuetudines intelligitur, exceptaque causa vt dicemus adulterij. Sed & requiritur in translatione, vt ætatis sit nubilis, antequam lucraret morte eius dotem vir, vel cum ea concubuerit in domo vel alibi, vel per eum non steterit, sed per illam, puta ingressam monasterium. Sic

enim tradunt interpretes Baldus, Ludouicus & Bo-lognepsis, & alij, quos videbis apud Nicolaum Boërium relatos. Boërius tamen refert iudicatum die 13. Aug. 1534. Burdegal. Senatu, & Parisiensis, quod si vxor quæ pacto non tenebatur, nisi post quinquennium, dotem dare, decesserit antè, maritum vi statuti non lucrari dotem, vt notant Angelus, & Iafon, & tamen vxorem, decessente marito intra terminum, lucrari adiancamentum. Sunt mores itaque nationum & locorum perpendendi. Meminit antiquæ consuetudinis Gallorum Iulius Cæsar hac de re, iisdemque, quæ sequuntur, verbis, viri quantas pecunias acciperunt ab vxoribus dotis nomine, tantas ex suis bonis estimatione facta cum datibus communicant. Huius omnis pecunia coniunctim ratio habetur, fructusque seruantur vter eorum vita supererit, ad eum pars vtriusque cum fructibus superiorum temporum peruenit. Quartus, si culpa vxoris diuortium factum fuisset, lucrabatur maritus dotem, quem admodum & illa donationem propter nuptias, si culpa mariti: videlicet quando aliter vxori reddenda dos esset, non autem si alius præter illam quæ dedit, cauerit sibi adueniente diuortio vel morte. Huius namque nullo modo nocet culpa vxoris diuortientis, neque etiam filiam. Repudium patri in dote profecticia præiudicaret. Quintus, si donationis puræ titulo, ante matrimonium, vel pendente, aliquid datum à patre vel matre marito, soluto matrimonio non repetitur. Sextus, si mulier in adulterio deprehensa & conuicta sit dote priuatur, vt innuit Horatius, dum de adultera loquitur. --ve pallida lecto Desiliat mulier: miseram se conscia clamat, Cruribus hac metuat: dote, deprehensa. Nempe si mulier adulterium committat, & eius criminis expers sit maritus: dotem enim tunc lucratur si liberi ex eo matrimonio non fuerint. Nam si sint illorum dotis erit proprietas, vsufructu tantum ad virum pertinente, vt notat Ioannes Andreas. Sicuti & lucratur donationem propter nuptias vxor, si maritum reum adulterij peragat. Porrigit & Baldus æ amissionem dotis, veluti ob adulterium, si vxor lasciuosè & turpiter passã sit se osculari, aut manus amatorias ad mammam admoueri. Subscribit Ioan. de Ripa, & alij, quos ipse refert: putarunt namque ea certissima esse præiudicia ad adulterium, potissimum apud Italos & Hispanos, vt ait Ouid. Oscula si dederis, siam manifestus amator, Et dicam, mea sunt, iniuriãque manus. Firmant & hæc suspiciones glossæ iuris ciuilis, & pontificij: veruntamen ego non existimo hoc verum in Gallia, & sic sequor Dinum: ita sentientem, & Alciatum. Adulteriumque hîc factum non faciendum considero, cum has inter moras faciendi pœnitentia cogitationis possit reuocari à crimine, vt de falsa moneta dicitur. Arque hæc quoque in adulterio commissio tempore eius matrimonij, de quo agitur, intelligere par est: nam qui aliã meretricem, vel adulteram, impudicã uerè duxerit, ob id repudiare non poterit, nec dotem vsurpare. Sicuti iudicatum à C. Mario prætore, pro Fannia vxore Ticinij Minuonensis, apud Valer. Maximum, contra Ticinium. Sed & obseruandum hîc quoque, vt ab adulterio alienus sit maritus, qui lucrum quærat, id est, vt neque ipse adulterium cum alia commiserit: nam tunc non lucraretur, sed delicta murua

q Balin l pen, si quod cum fal. tutor. au tho. ad. & ibi Lincion. Holog. in primis an. notatio. Bald. c. 176. a. vol. Abbas Sicul. conf. 29. vol. 1. r Nicol. Boer. de c. 12. num. 37. & seq. s Boer. q. 22. nu. 40. & 47. t Angel. conf. 158. incip. q. si aliquod. v Inf. l. si dona turus, s. f. x Iu. Cas. l. 6. bell. Gall.

a l. viro & vxore, fol. matr. P. b l. cum mulier, co. l. 1. & l. 1. mariti lenocinium, ad l. 1. de adult. in P. l. crimen lenocinij, C. eo. c. Pli. l. 74. c. 13. d l. vni. s. ta ceat, de rei vx. ad. C. l. fin. C. de repud. & rubr. C. de repud. & iudicio de mor. sub. e Bald. in l. de his, per illum rex. C. de don. int. vir. & vxor. Chaffan. in con. fuer. Burg. in. des droifs p. p. artens à gès matiez, s. 3. ad verba, & ac. queff. v. 1. i. t. quæro mulier, &c. & in 4. 24. eiusdem tit. in vit. eius annotat. f Bal. in l. affimata, fol. matr. in P. g l. bona fides, s. de reg. iur. P. l. emptor, C. de iudicio. c. i. similib. h l. vni. s. sed etsi non igno ramus, de rei vx. ad. C. l. sed etsi idem, solu. matr. in P. i l. vni. s. dos cõst. matr. red. di. f. lib. 5. C. tit. 19. k l. quamuis, & l. sed etsi idem, fol. matr. in P. l. murus, s. fin. & l. si de int. dot. in P. l. l. vi ad huc, de iur. dot. C. l. si cõstante sol. mat. in P. auth. quod locum, de collatio. m Pap. libr. 5. Rhaplo. ar. tit. 4. ar. 3. n l. 1. C. de repud. l. si maritus, fol. matr. in P. o Mafie. in ti. de p. r. ver. sit. & res do. ralis, per tex. in l. si fun. dum, de fun. do. dotal. p leg. i. extra. neus, s. fed si pater, de iur. dot. q l. si q. pro vxore, s. vxor, de do. int. vir. & vx. P. l. quæuis, s. Marcellus, ad Vel. leia. r vide Boeri. de c. 12. s l. si q. post. hæc, de bon. proci. C. x l. pradias, de acqui. post. in P. l. l. cui. C. de non iur. pec. v glo. in d. l. si quis post. hæc, l. 9. in verbo dotalium. x s. minus, verb. ob retentionem de c. 1. l. 1. & l. quod dicitur, in l. 1. & 2. sic incip. & l. vni. s. de impen. in reb. dot. fact. in 7. y l. i. voluntatis, eod. tit. vol. s. sed nec impen. de rei vx. ad. z l. non modo, de impen. in reb. dot. fact. & l. neque stipendium, de impen. in reb. dot. fact. & l. iafon. s. i. minus, verb. ob retentionem, in 3. 4. & 5. de ad. & l. cum, cum 7. seq. de reig. & l. imp. in.

mutua cõpensatione tollerentur. Neque etiam mores vxoris corrupisse arguatur, vel lenocinium admiffisse: pari enim modo à lucro submoueretur, & ab accusatione, & indignus lucro, pœna afficiendus esset vterque. Olim ob malos mores vxoris soluto matrimonio retinebatur dos, quam vxor iudicio de moribus perdebat: sicut Cn. Domitius iudex pronunciauit, mulierem videri plus vini bibisse, quàm valetudinis causa posceret viro inciente, & dote multauit, teste Plinio. Hoc tamen postea iure expunctum, vetita ob id solutione & retentione dotis. Alius casus etiam notabilis & quotidianus, vt si mulier bona habens mobilia, ea det marito cum inuentario vel repertorio, si ea consumatur pendente matrimonio, hæreses mariti non tenentur ad æstimatione, vt notat Baldus & Chaffaneus, nisi æstimatione data esset res: quia tunc consumptio non minuit dotem. Cessat etiam soluto matrimonio dotis integra repetitio, si iam anticipata solutione maritus restituerit: Bona fides enim repugnat, vt idem bis exigatur, vt ait regula iuris: bona fidei autem actio est hæc repetitio. Sunt quippe plures causæ, quæ permittunt contra regulam generalem, singulari quadam humanitate & æquitate dotem ante solutum matrimonium repetere: vt si alterius tori liberos legitimos fame perentes, vel ab hostibus captos, quibus subueniendum sit, si habebat: aut si alendi sint eius parentes, vel fratres, vel aliæ necessaria personæ, vel si maritus ad inopiã vergat, & declinet eius facultates. Vt & iudicatum in Senatu Parisiensi 13. Febr. 1497. Item si vir deportetur manente matrimonio. Sed num decedente vxore vel marito, cum dos repeti potest à marito, possit impediri, dicente marito vel hæredibus eius, se non eam accepisse à patre promissam. Er certè quidam dicunt hanc negligentiam nocere marito & eius hæredibus, non vxori qui petit, ac si accepta fuisset: quia promissione facta in maritum transfertur periculum. Contrarium tamen verius, nec teneri maritum: nisi ipse remisit dotem sine consensu vxoris, aut confessus fuerit se recepisse, quam non recepit, quia videtur donare: vel nisi mortuo patre promittente, neglexerit petere ab hærede eius, tunc enim imputabitur. Sed & dos instrumentorum tantum tenore conscripta, & quæ non probatur corporaliter tradita, non repetitur à muliere, vt data, si mariti bona fisco addicta sint: nec etiam si alij creditores sint mariti, qui præferuntur. Nec creditur instrumentis, quæ quoties ea formula sunt, dotem datam fuisse: nisi doceatur de reali datione secundum singularem vnam glossam. Minuunt etiam alia dotem, vt integra non restituitur, impensæ factæ in res dotalis, & necessaria: non voluntaria, vel modicæ necessarii: sicut nec tributa pro rebus dotalibus soluta, vt pote cum fructibus conferenda. An autem minuunt dotem in castrum expensæ pro defensione eius, & pro lite ad recuperationem rerum dotalium, Iafon late explicat. Minuit & funeris impensæ dotem, vt supra docuimus. Caterum hoc obseruatione

dignum hîc existimo cum Paulo iurifconf. d vt quod dicitur, impensas necessarias dotem ipso iure minuere, non eò pertineat, vt si fortè fundus in dotem sit, desinat aliqua ex parte dotalis esse: sed nisi impensæ reddantur, aut pars fundi, aut totus retineatur: sed si tantum in fundum dotalium impensum sit, per partes, quanti fundus est, desinere eum dotalium esse Scæuola dicebat, nisi mulier sponte marito intra annum impensas obtulerit. Quod notabile duco, pro repetitione dotis, cui incrementum seu adiancamentum pro modo & quantitate eius accedit, vt impensæ non minuunt constitutionem primam dotis, sed retentionem lucri vel dotis pro rata parte inducant, salua constitutione.

De priuilegijs dotis in hypotheca & alijs. Cap. 24.

- 1 Priuilegia dotis quatuordecim.
2 Dote soluenda obligata bona vxoris, & contra repetitionis eius causa bona obligata mariti.
3 Dote repetenda causa vxores habent hypothecam in bonis mariti, etiam potiore anterioribus creditoribus, & rationes dantur.
4 Vxor in repetitione dotis, an præferatur creditoribus expressam anteriorem hypothecam habentibus.
5 Num pro confessata dote, præferatur in hypotheca anterioribus creditoribus vxor, & fisco.
6 Dote hypotheca in initium vxoris habet à die contractus matrimonij, etsi tunc soluta non fuerit.
7 Casus quibus priuilegio non vitur prioritatis hypotheca vxor.
8 Hypotheca priuilegium non datur extraneo repetenti dotem.
9 Hypotheca, quæ mulieri pro dote repetenda prioritatis competit, non datur ei pro additamento repetendo.
10 Dote priuilegium aliud, v. alienari nequeat.
11 Dote priuilegia alia. Et suppleri in ea stipulatione de restitutione: sique actio pro ea bona fidei summariam habeat notionem, incerta certa arbitrio reddi possit, &c.

Priuilegia dotis 14. enumerantur & probantur à Ioanne P. de Ferrarijs, & per interpr. in l. i. solu. matr. in Pandectis. Ea paucis complectar, dempro priuilegio hypothecæ, de quo cum frequens & vtilis, varia & difficilis sit quæstio, paulò latius agam, quam de cæteris: atque ab eo, initium idem faciemus. Sicuti bona vxoris pro dote præstatio, nec tacite obligata censentur, si & viri pro restitutione, quod priuilegium, & in eorum successores transit. Vt prospiciatur conseruationi & repetitioni dotum, hypotheca facit: plus cautionis namque in rem, quàm in personam. Placuitque Iustiano mulieres, quæ dotes tradiderunt maritis, siue res illorum extent, siue dissipatæ sint, habere ius repetitionis & hypothecam potiore in bonis mariti, supra omnes creditores mariti in hypotheca etiã priores & anteriores: rationesque adferuntur, quia de suo, non de bonis vxoris latistificandum creditoribus. Cui simile, quod vxor pro marito non teneatur: & inter alios acta alijs non præiudicent. Dehinc dotis natura est

d Paul. l. si is qui, l. 57. s. p dicitur, de iud. dot. in P. e Ioan. de Ferrar. in for. libel. quo vxor agit pro dote, in sua praxi. f l. r. s. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. g d. l. 1. & eo. s. h s. faciat, de actio. i l. plus cautionis, de reg. iuris. l. l. Iust. in l. affiduis, l. 12. qui potio. in pign. hab. libr. 8. C. tit. 18. l. i. i. ne vxor pro marit. C. in Rubr. c. ill. res int. alios acta & c. C. i. i. r. gentium. s. ante omnia, de pact. cum similib.

a vt sup. diximus, & l. lege Julia de fun. dor. P. 6. q. b. allic. vel no, cum simi. b hanc omnia d. l. affiduis. g. potio, & C. l. i. fol. mas. in P. l. 2. de iudic. vid. to len. C. l. 2. de priuil. cred. P. e iust. l. vbi ad huc. l. 20. de iur. dor. C. d. l. affiduis, qui pot. C. s. fuerat. de a. d. i. in d. l. affiduis, in verbo licet. f. prad. auctores, in d. l. affiduis, & iterum Faber & Aret. in s. fuerat, de a. d. g. de c. 10. 218. Cap. Tholo. h. Aret. in d. de c. i. facit l. f. quis, de bon. dam. C. & in interp. in l. i. fol. matr. glo. in l. affiduis, in verbo data, qui potio. C. i. Barr. in d. l. affiduis, citat & l. de dot. can. non. num. k. l. i. C. eo. de dot. cau. l. i. o. ab imm. in l. i. fol. matr. P. m. Ang. s. fuerat. de a. d. n. Bald. in l. et aliquid, de iur. delib. o. facit s. dedimus aut, de equal. dot. col. 7. dum agitur de augmento dotis repetendo f. i. i. p. l. i. s. licentia de iur. de liber. C. l. omnes. l. 17. s. fin. que in fraud. cred. lib. 42. P. tit. 9. q. An. vel Aret. ad c. fuerat, nu. 28. & 19. de a. d. r. sic distinguit Alexan. in l. i. fol. matr. P. & ita iudicatur. vt refert & distinguit h. de c. i. f. i. l. in c. tra. h. i. s. in omni. i. d. a. h. i. q. de non. num. p. c. C. s. Aret. in de c. i. facit. Tholo. 7. s. Salic. in d. l. affiduis, qui potio. v. Interp. gl. & text. l. 2. de priuil. leg. sic. C. x. Boer. de c. i. 233. y. idem Boer. de c. i. 132. x. l. 2. s. fin. de priuil. cre. d. in P.

inalienabilis a, vt rem suam semper, non mariti retinere videatur mulier, & pro victu & alimentis suis. Accedit & liberorum fauor, vt que habeant mulieres, vnde nubere possunt: fragilitas mulierum insuper, parienti pericula b. Et antea quidem concessa fuit praelatio mulieribus pro rebus dotalibus, extantibus creditoribus in hypotheca praecedentibus c tempore: verum postmodum, & Iustinianus idem etiam ad non extantem dotalem rem, & pro ea concessit hoc priuilegium vt creditoribus pro dotis repetitione praerantur habentibus tempore anteriori hypothecam d. Verum non sine controuersia est, num & praeratur habentibus priuilegium expressae anterioris hypothecae: in qua re voluit Accursus non praerferri expressae anteriori, sed anteriori tacitae, vel generali, quod sequuntur Ioan. Faber, Bartol. Baldus, Iacobus Buttrigarius, Angel. Salicetus f, & ita decisum quoque fuit in capella Tholosana s. Praeratur ergo mulier tantum habentibus tacitam anteriorem, dummodò dos data fuerit. Nam si confessata esset tantum, nec numerata, non gauderet hac praelatione h. Quaquam Bartolus i tractet contrarium verius, vt pro confessata habeat locum priuilegium, si renunciatio sit exceptioni non numeratae pecuniae, vel biennium elapsum sit, quo ea exceptio opponitur k. Quidam, vt Ioan. ab Immola l, Ang. Aretinus m, Baldus n dicunt Accursij sententiam procedere indistincte, quando mulier concurrat cum alijs creditoribus probantibus veram debiti numerationem, vt praerantur tunc mulieri, quae tantum habent solam confessionem vel renunciationem exceptionis non numeratae pecuniae, vel lapsum temporis biennij, & idcirco fictam numerationem. Tunc enim causa onerosa, & creditores, qui certant de damno euitando, praerantur mulieri quae lucrum aucupatur o. Praesumiturq; ista confessio, si facta constanter matrimonio, de receptione dotis, et si de numeratione non doceatur, in fraudem, & donatio inter virum & vxorem p. Quo casu tantum Angelus Aretinus q veram esse putat glossam l. affiduis, qui potior. C. vt tunc non praerantur vxores expressam hypothecam anteriorem habentibus: contra autem si confessio facta fuerit ante matrimonium, quo casu pro expressa numeratione confessionem haberi tradit. Idipsum verum, si creditores motosi fuerunt in opponenda exceptione, & lapsum fuerit tempus opponendi r. Aufferius autem s cum Saliceto t resoluit distinguendo, vt si creditor & vxor habeant vterque expressam hypothecam in bonis mariti, potior sit iure qui prior tempore: si autem vterque tacitam, mulier praeratur etiam posterior tempore, pro dote data: excepto fisco, qui si tacitam habeat concurrans cum tacita mulieris, praeratur inter eos qui tempore potior. Quod si alter horum habeat expressam, alter tacitam, expressa praeratur tacitae etiam anteriori v. Hoc vnum notabile tamen, hypothecam mulieris initium sumere, non a solutione dotis tantum, sed a tempore initi & consummati matrimonij, quamuis tunc tradita non fuerit. Quod pluribus firmat rationibus & auctoritatibus Nicol. Boerius x: vt etiam expressa postea hypotheca non abroget praecedentem tacitam generalem, sed vtraque maneat y. A traditione etiam ante facta, quam matrimonium sequatur, incipit: quare & in sponsa locum habet priuilegium, dotem repetente z. Neque omittentur

di sunt casus, quibus mulier potior non est in hypotheca, expressi in iure: veluti in eo, qui potior mutauit pecunias marito, emendae militiae causa a, in primipilari causa b, nisi dotales res extant, quas repetet c: si concurrat vxor cum alia repetitione dotis eiusdem priuilegij, in quibus iure communi & praerogatiua vtendum est d. i tamen liquidò constet res secundas vxoris esse, & extare illas recte aduersus omnes sibi vindicabit e. In hoc praelationis, etiam dotis in hypotheca priuilegio duo singularia annotanda: vnum, quod hoc quod datur mulieri, competat & suo haeredi, non autem extraneis, si eis restituenda sit, vt ait Iacobus Ferrarientis f. Alterum, quod priuilegium pro dote iure hoc praelationis competens, non datur pro donatione propter nuptias, seu adiacamento, vel dotis incrementum repetendo, sed ordo iuris & temporis in eo sequendus est g. Sed haec haec de prioritate hypothecae, dotisque primo priuilegio, nempe quod ratione fauoris eius h, in ambiguo praecedere dotis obligatio censetur debitum alterius generis, quod datum & est successoribus. Aliud priuilegium dotis erit, quod inalienabilis sit, de quo supra diximus. Tertium, vt suppleatur omissio stipulationis i, de dote restituenda, quod etiam transit in quemcumque alij successorem. Quartum, vt & sit actio bonae fidei, contra naturam stipulationis k. Quintum, quod summarie sit in ea procedendum l, circumcisis dilationibus m. Sextum, quod dos incerta, arbitrio tertij possit certa reddi n. Septimum, quod mulier dotem promittens, non restituatur Velleiano o. Octauum, res inalienabiles subiectis restitutioni, causa dotis posse alienari p. Nonum, quia pater cogitur filias dotare, vt dictum in oneribus matrimonij, officio iudicis q. Decimum, quod repetenti mulieri non possit obici compensatio vel rerum amotarum vel aliorum debitorum r, quod priuilegium non transit in heredes eius. Vndecimum, quod in dote aduentitia filiam sine patre in iudicio esse possit s. Duodecimum, quod dos non praesumatur communicata in societate generali, sed excepta t: potest tamen, si placuit v. Adde decimum tertium, vt laudim non debeantur, si res emphiteoticaria sine aestimatione in dotem detur x: quia dominium tunc iure naturali remanet penes vxorem y. Quamuis iure ciuili efficiatur dominus maritus pendente matrimonio, & cum conditione z tamen, nisi aestimata: quia tunc facit aestimatio emptionem a.

De donationibus inter virum & vxorem. Cap. 25.

- Lib. 23. P. tit. 1. Lib. 5. C. tit. 16. Lib. 4. Decret. tit. 20.
- 1 Continuatio tituli ad superiora.
- 2 In donationibus inter coniuges tria tempora inspicienda, ante, & post nuptias, & nuptiarum.
- 3 Donationes inter virum & vxorem nec directe, nec indirecte valent.
- 4 Donationes causa mortis inter coniuges, quae valent.
- 5 Donationes inter coniuges renouantur tantum ille, quibus donans sit pauperior, & accipies ditior, non

a s. his confectis, & s. leg. de equal. dot. in auth. coll. 7. conf. 8. a. h. i. quo iure, qui pot. in pig. C. b. latis, C. in quib. cau. pig. vel hyp. tac. cor. l. 3. de primipil. l. 2. C. e. l. de priuil. f. i. C. d. l. affiduis, s. & idem cu s. f. q. & a. h. i. si quis, qui pot. no. C. e. iust. a. h. i. quid ex rebus C. eo. f. Iacob. de Ferrar. in pra. c. i. de for. libello, quod vxor agit ad dote, in b. priuile. dotis: per l. i. C. de priuil. dot. s. s. h. i. confectis, de g. qua. dot. in auth. l. affiduis s. hac aut, qui pot. in pig. hab. C. s. illud, de equal. dot. in auth. coll. 7. h. arg. in ambiguis, de reg. iur. i. l. i. de rei vxor. act. C. s. fuerat, de a. d. k. s. in bonis dei, & s. fuerat, de a. d. i. c. tra. h. i. quicquid ad iustitiam, de ver. oblig. l. de Ferrar. v. b. i. f. l. 3. de re iudic. m. l. de feris. n. l. cum post, s. gener. de iud. dot. in P. contra l. ita stipulationis, de verb. oblig. o. l. i. C. ad vel leia. cont. reg. iur. com. p. a. h. i. e. n. r. e. g. q. u. a. c. o. m. de leg. C. e. l. 2. 3. de do. nat. int. vir. & vxor. l. 2. 4. tit. 1. l. quod spose, de donat. ant. nup. l. 5. C. d. l. creditor, l. 20. de do. int. vir. & vxor. lib. 5. C. tit. 16. l. 5. non tantum, eo. in P. v. l. apud Celsi, l. 4. s. Julianus, de dol. mal. exce. l. 4. 4. P. tit. 4. e. l. Papinianus, l. 24. de don. inter vir. & vxor. P. f. l. 1. & 3. l. ex verbis, l. 14. & l. pen. eod. C. v. l. i. C. i. s. i. s. e. r. u. m. l. 10. s. f. i. cum 2. l. l. seq. eod. P. g. l. a. marito. l. 15. o. C. l. 1. de do. caus. mor. s. i. de don. P. h. l. i. f. i. n. t. u. r. u. m. de reb. dub. in P.

- non alia: & ideo fructus consumpti non restituntur, nec minuta donata.
- 6 7 Amor mulierum exhaustus bona amantium.
- 7 Donationes in focarias militibus prohibita.
- 8 Donationes affectionis gratia in meretrices valent.
- 9 Amoris furore nihil vehementius, dignus ideo venia.
- 10 Donatio inter coniuges non prohibetur, vt inter maleuolos, sed vt inter coniunctos.
- 11 Contractus inter coniuges alij quam donationis, permitti.
- 12 Donationes secunda inter coniuges prohibita, ne venalia fiant matrimonia.
- 13 Amor verus solis animis, sine pretio constat.
- 14 Mulierum ingenium flexibile & volubile.
- 15 Donationes inter coniuges item prohibita, ne cura & sollicitudo amitterentur.
- 16 Donationes ante matrimonium factae, collatae in tempus matrimonij improbae inter coniuges.
- 17 Donatio inter coniuges quando valeat, veluti si plebeius maritus vxori det nobili, sine senex puella, & rationes horum.
- 18 Donationes, quae donanti conferunt aliquam utilitatem, veluti remuneratorie, valent inter coniuges, vt in dignitate, in refectioem domus exiuste monilia, alimenta.
- 19 Vestes pretiosae, & aliae a marito vxori donatae, an marito vel vxore mortuis restitui debeant.
- 20 Donata monilia, armilla, bulle vxori, quomodo vxoris sint, & quando restituantur.
- 21 Statutum quo lucratur vxor donata, monilia, & vestes, intelligitur de non pretiosis.

Donationes, quae inter virum & vxorem sunt, accedunt considerationi nuptiarum, sine quibus seorsum per se explicari nequeunt. Quocirca de illis pauca, quae ex personarum, coniugij scilicet qualitate, nobis personas coniunctas magis ac magis explicent. In primis autem tria tempora in istis personis pendenda moneo, ante nuptias, matrimonij constantis, & soluti: Tempus ante nuptias, si donatione admitrat, quae firma vt & postea facta a, ad donationes propter nuptias, vel inter sponsos factas pertinet: vel si constante matrimonio facta, ad dotis aequalitatem, vt remuneratorie valida erunt b, de quibus iam in sponsalibus diximus. Tempus soluti iam matrimonij, aliam quoque considerationem quam viti & vxoris habere videtur, soluta tunc vxore a lege viri, vt ait D. Paulus 1. Corinth. 6. Neque itaque tractatio de donationibus inter virum & vxorem, ad haec duo tempora, sed ad medium, quo constat coniugium pertinere. Proinde de eo sic constituamus axioma, donationes inter virum & vxorem non posse subsistere c, siue illa directè, siue per interpositas personas fiant d. Quod de donatione inter viuos intelligimus: nam causa mortis inter illos non sunt inhibita, si re ipsa scilicet traditione fiant, non sola promissione e, et si in voluntate perseverauerint vsque ad mortem, qua rata sunt: & constituantur f moriente eo, qui donauit ante donatarium, vt etiam reuocata censetur praemortente donatario ei, qui donauerat causa mortis g, vel si vna ambobus morientibus h. Item secundo, illae donationes inter coniuges inter viuos prohibita tantum censentur, per quas donataria inuenitur factus locupletior: alioquin minuta illa, quae donantur, & alia donata consumpta, cum reuocari

oportet, donationes non restituntur: nisi in quantum locupletioris factus fuerit i. Quocirca nec fructus rerum ita donatarum percepti & consumpti restituntur, si is qui dedit, non factus sit pauperior, nec is qui accepit, ditior k: aliàs contrarium statuendum esset l. Hoc autem receptum 6 est, vt ait Vlpianus m, donationes inter coniuges, inter viuos non valere, ne mutuo amore iniucem spoliarentur, donationibus non temperantes, sed profusa liberalitate erga se abutentes: nam vt est in antiqua parœmia, *αρεδου φύλλο το ερωςίαν δίδειαι βαλέσιον*, id est, *porri folio ligantur marisupia amantium*. Atque ideo Antoninus n, donationes in 7 focarias factas per milites, improbat: ne fictis adulationibus spoliarentur bonis. Quippe, vt ait Quidius o, -- inuenit artem *Fœmina, qua cupidi captat amantis opes.* Et Plautus p, *Velut meretrix meum herum miserum, sua blanditia intulit* *In pauperem: priuauit bonis, luce, honore, atque amicis.* Sic accommodatè Luxuria apud eundem q, filiam se dixit habere Inopiam. Et si affectionis gratia in 8 alias, etiam meretrices, valeant r: Et in pari turpitudine melior sit possidentis causa. vt idem Antoninus rescripsit s, & aliis nomothetis placuit t. Valde itaque suspecta habita sunt delinimenta vxoria, vt pote quae saepe cogant parentes iudicium ferre contra proprium sanguinem: neque eidem assentiendum putauit Caius v. Nihil fore 9 rore amoris, vehementius, quem retinere tantum est philosophiae perfectè monentis, infranem & inbarentem concupiscentiam frænantis, vt ait Iustinianus x.

Sic dum vrit amor, quis modus adfit amori? Et sicut mulierem viri, sic & virum vxoris, prouocare liberalitatem facile blanditijs creditur z. Quomodo enim arbitramur facultates denegaturos coniuges mutuo, qui cupidinis illecebris peruicti propria concedunt mutuo corpora? Et extra matrimonij sanctam castitatem, infelix cupiditatis certè captio, quæ & propriam personam, pecuniis multò chariorem, prostituere sepe per-suadet, quæ res & auxilio & misericordia idcirco digna habetur a. Proinde iuste prohibet istas liberalitates lex: & ante obsepit lubricas in pauperem viuos: si utique visum sic inueniles eoerere calores. ne cupiditati debiti tristem exitum sentiant b. Neque enim inhibetur, vt inter maleuolos, vel infestos donatio, sed vt inter coniunctissimos: ne affectu nimio fiat alter pauperior c. Reliqui namque contractus, praeter donationem 11 nem sine fraude prohibitionis initi, permittuntur coniugibus, ex quibus pauperiores non redduntur d. Accedit quòd, vt ait Sextus Cæcilius e, 12 futurum esset discuti matrimonia, si qui donare posset, detrectaret coniugi: atque tandem venalia fore matrimonia, nempe quia his donationibus, veluti pretio rerinerentur: coacta quæ essent metu dissidij donationes aduersum propriam naturam: quæ liberalitatis & extra coactione sunt f. Neque enim in necessitatibus liberalitas constituitur g. Minusque libera matrimonia, quam eo- 13 rum exigat natura, essent h. Atque antiqui amorem honestum solis animis, sine face hac liberalitatis constare existimauerunt: amor etenim quidpiam spirituale, qui simoniam vel gratiam promercedalem non habet, vt notat Panormitanus h.

i Diocl. & Maximin. l. de his quæ l. 17. de do. nat. int. vir. & vxor. C. Marc. l. i. mulier. l. 6. Caius, l. i. quia quod, l. 7. Vlp. l. quod autem, l. 8. cu suis s. eod. in P. l. i. fic. ur, eo. C. l. ex animo cum 2. f. q. eod. P. k. Alex. Impe. in l. si fructus, l. 8. C. de dona. int. l. 1. 4. & l. i. s. p. s. u. s. c. o. c. e. s. s. a. & s. si maritus, eod. in P. m. Vlp. eo. P. n. Anton. in l. 2. de donatio. int. C. o. Quid. i. de a. e. a. m. n. P. l. i. u. Tru. cul. q. Plau. in pro. cem. Trimuni. r. l. affectionis, & l. 1. donatio. nes, de dona. t. in P. s. Anto. l. 2. de cond. ob tur. caus. lib. 4. C. tit. 7. t. l. r. a. n. s. a. c. i. o. n. e. f. i. n. i. t. a. C. de t. r. a. s. t. i. f. i. t. e. r. u. s. s. de illo, de verb. obl. l. in part. causa, de reg. iur. cum similib. v. l. 4. de inof. test. P. x. s. illud quod, quæ, quib. mo. nat. equi. legit. col. 6. y. Virg. Egl. 2. z. l. fin. si quis. alio, test. prohib. in P. l. i. in. C. eo. tit. a leg. 1. de SC. Clau. C. s. fin. de uer. sig. l. i. per bono. vendit. b. l. i. n. s. filius autem de l. o. que lib. l. 6. C. s. optimus, de non ellig. sec. nub. in auth. c. l. si id quod, s. si quis, & s. quod legatu. r. de don. int. vir. & vxor. P. d. l. si sponsus, s. citra, & l. i. si vir vxori, de dona. int. vir. & vxor. e. l. 2. eo. P. f. l. donati, de reg. iur. l. 1. & l. donati, de don. in P. g. l. 4. de adim. leg. P. h. l. de inuicij. fin. C. l. si u. stipulatio fa. cta fuerit, & l. Titus de verb. obl. in P. e. c. i. ar. d. & c. cum l. i. de de. don. int. vir. & vxor. P. k. Pan. in esp. quasto, de iudic.

14 Adiciam puellarum leue & facile ingenium, fraudibus vel metu vel voluptate maritorum expositum, & volubile.

Vi corpus tenerum, sic mens infirma puellis.

Fortius ingenium suspicor esse viris b.

Sic Tibullus c. de Neera loquens.

Sed tu isti poteris, mens est mutabilis illi.

Et Virgilius d.

--Varium & mutabile semper,

Femina.

15 Ad extremum, si hæ donationes simplices permitterentur, arbitrati sunt non oportet futurum, vt liberorum contemneretur cura e, aduersum præscriptum legis, quo mādatur, vt quisque suam

16 sobolem nutriat f. Hinc sequitur, donationes pari calculo esse improbatas, quæ ante matrimonium quidem fiunt, sed quæ conferuntur, vt valeant eo

17 secuto g. Demum tamen aliquos casus interpretes, vsu & moribus ratione aliqua receptos: veluti si maritus sit plebeius diues, qui vxorē cui donat, accipiat nobilem: si senex & capularis, vxor adolefcentula h. Quia hæc non videtur simplex, sed remuneratoria donatio, ob alia, quam ob matrimonij affectionem; & remunerationes aliam habent vim, quam simplices donationes, valentque inter personas, à quibus simplices reiciuntur i.

Et in nobilem vxorem plebeius conferens donationem, nõ tam eam vxorem munere censetur, quantum sibi affinitatem proximorum eius comparare: cum principium affinitatis vxor sit k. In iuvene alia vtilitas quam matrimonij seni accedere, nempe quod quodammodo iuuenescat calor illius: sicut legitimam Conquistam Davidi Abifal l puellam pulchram Sunamitidem, vt cum eo dormiret, & calefaceret eum. Alioquin enim satis commodè propter senectutem retineri matrimonium non potest sine largitione, quæ idè expresse permittitur, ne diuortium fiat, vt expresse notat Caius m. Valebunt itaque & donationes, quæ & donanti aliquam adferunt vtilitatem, quibus pauperiori fieri non videtur, veluti si ad dignitatem n comparadam viro donet vxor, exprimatutque & dignitas, & quantum donetur. Ex ea enim vxor consequitur vtilitatem dignitatis, cum radiis mariti refulgeat o. Compati etiam aduentibus casibus, & infortuniis coniugis non est alienum à iure p: & idè in refectionem ædium exultatum vxoris aliquid elargiri permittitur q.

Multa etiam vxori donata tenent, vt vestimenta r, monilia, fructus alimentorum causa, & huiusmodi pleraque, quæ non iure donationis solum, sed ob officium maritale, quod ad ea tenetur, vt ad onera, sustinentur. Annotandum tamen obiter moneo, interdum vestes pretiosas & plures comparari à marito, quæ, si præmoriatur vir, vel ea præmoriatur viro, mariti hæredibus, vel ipsi superstiti restitui debet, quotidianis tantum vxori relictis s: videlicet quando simpliciter concessa sunt pretiosæ vestes vxori, & pro vsu. Alioquin autem si eo animo vt perpetuo vxoris essent, sint data & tradita, nec mortis tempore reuocare, mulier, & eius hæredes eas retinent: sicuti & quando seruo vestimentum datur, ea distinctione yrimur t. Si quidè nisi exprimatut clarè donatio vxoris causa, comparata ad vsum tantum, non donationis causa, censentur: & proinde ea mortua, sub mariti sit factum vxori z, quod nullum alioquin esset, si res quæ eius esset, iam eidem legaretur y. Semel enim meum, amplius fieri nequit meum z, cum

dominium, non nisi ex vna causa ad nos pertinere possit, etsi in possessione diuersum statuatur a. Vt præsumatur tantum, concessio huiusmodi facta vxori, vsus, non donatio, iuris vrgentissima præsumptione: qua neminem suum iactare voluisse colligitur b: idem cum sit donare ac perdere c. Hæc eadem & de torquibus, armillis, bullis, aliisque monilibus, quæ vxori ornamenta causa conceduntur, dicèda censeo, obseruata eadem distinctione: nisi municipalis lex, vel conuentio in matrimonij præludiis, vel in tractatione aduerfetur. Dummodò & illud singulare Bartoli d notetur: 17 statutum municipale vel mores quibus lucro huiusmodi esse dicuntur vxoribus, non esse intelligenda de pretiosis, sed de vulgaribus monilibus & vestibus; quod quamuis subobscure notet Bartolus, tamen Nicolaus Boërius secundum eam sententiam iudicatum fuisse scribit e. Quæ æquitatem eam habere mihi videtur, quia municipalia statuta, quoad fieri potest, iuri communis sint concilianda, & quia quæ iuris singularis non trahantur faciliè ad consequentiam f, vt quæ stricti iuris non prorogentur ad similia g.

De secundis nuptiis. Cap. 26.

Lib. 5. C. tit. 9. Lib. Decret. 4. tit. 11.

- 1 Nuptia secunda non sunt improbe. Tertullianus male secundas reprobat nuptias.
- 2 Nuptia secunda cur non benedicantur.
- 3 Nuptia secunda & plures, repetita dicuntur.
- 4 Nuptiarum primarum, & repetitarum differentia. Nuptia secunda quamuis permixta, verè tamè fornicationes.
- 5 Nuptia secunda imtemperate habita Ethnicis.
- 6 Nubebant vidua publicis festis, non virgines, quare.
- 7 Nuptia repetita Moscovitis permixta, sed vix habita legitima: tertias sine causa non permittunt: quartas à Christiano alienas putant.
- 8 Nuptia repetita quando & quomodo, & nunquam semper permixta in Orientali ecclesia: & repetentium pena.
- 9 Nuptia prima benedicuntur, non secunda.
- 10 Vxor sacerdotis Iudaorum & Ethnicorum esse nequebat vidua: nuptias sacerdos non repetebat.
- 11 Bigamus, & qui viduam duxit, non potest promoueri ad sacros ordines.
- 12 Relictum, si non nupsit, vidua prohibet nuptias, in virgine valet, s'p'eta etiam conditione.
- 13 Mater ad secundas transiens nuptias, non reuocat donationes filiis factas alienas putant, paucis exceptis causis.
- 14 Pecunie pia debite maritandis pauperibus, non debentur pro maritandis viduis, sed pro primò nubentibus.
- 15 Contributio taleæ, quæ debetur pro maritandis filiabus, debetur tantum pro filiabus in primo, non in secundo matrimonio.
- 16 Bigamus non utitur priuilegio clerici.
- 17 Secunda nuptia puniuntur, non prima, si intra annum luctus fiant.
- 18 Annus luctus olim 10. nunc 12. mensium.
- 19 Nuptia repetite intra annum luctus, suspensionem habent sinistram.
- 20 Nubens ante annum luctus, sacrificabat vaccam pregnantem.
- 21 Vir non tenetur lugere vxorem.
- 22 Partus num edis possit 10. 11. & 13. mense.
- 23 Repeten

a l. 3. §. ex pluribus, de acq. poss. P. c. inter dilectos, de fid. instrum.

b l. cum de indebito. §. 1. de pbat. in P. c. l. si filius. de donat. in P.

d Bartol. in l. quibus, de aur. & arg. leg.

e Nicol. Boer. ad consuet. Bitur. tit. de consuet. mat. & dot. §. 4. f. Paul. que d. verò contra. l. 3. de leg. l. i. r. tit. g. l. quicquid adstringend. de verb. obli.

a §. quantitas, de equal. dot. in auth. Arif. 9. de animal. in prin. l. c. mulier, de donat. ant. nupt. C. b. Ouid. epist. Herod. ad Leal. c. Tibull. 4. l. d. Virg. 4. l. nei. & c. forus, de ver. sig. l. fi. de inoff. testa. C. c. de viduis, in 2. 17. q. 1. c. l. de dona. int. vir. & vxor. in P. f. l. 2. de infan. expof. C. si. de alien. lib. & de lib. agnos. g. l. quod sp. §. de don. an. nup. C. ubi simi. h. Nicol. Boer. in consue. Bitur. tit. de consue. mat. & dotis §. 1. Frac. de Curte, c. 6. Feud. incip. quod notabile Bar. Bal. l. ason, in l. si ita stipulatus, §. si tibi nupsit, & in l. diuortio, de verb. obli. in P. l. si pater, §. si. & l. si pater, §. si. & l. 1. de grad. affinit. i. 3. Reg. e. r. m. Caius. l. vel propter, i. l. i. l. 1. p. c. de dona. int. vir. & vxor. in P. n. l. quod adpifficèda, eo. P. o. §. si de consue. in auth. l. mulieres, de digni. l. i. C. p. l. si cum dormem, 23. §. si maritus, fol. mariti P. q. l. quod si vir, de donat. int. vir. & vxor. in P. r. l. si mulier ex pecunia, §. fin. eo. l. i. m. t. §. fin. de iur. dot. in P. s. Bart. in l. p. n. l. §. si quis vxor. fol. mar. Ange. c. 6. l. i. Paul. Castren. conf. 184. Bal. l. cum te, de dona. ant. nup. nu. 3. & 4. Boerius late, in comm. ad c. 6. Bitur. in tit. de consue. mat. & dot. Decif. c. Tholo. 136. r. lid. vestimentum, l. 26. de pecul. in P. v. l. si qd. earū, l. 45. in prin. & §. 1. de lega. 3. l. qui cōcubina, l. 29. de leg. 1. x. l. hoc legatum, l. 41. de leg. 3. y. leg. proprias res, C. de lega. 2. §. sic itaque dixeris, de actio. l. nemo rem suam, de ver. obli.

- 23 Repetendarum nuptiarum spatium & luctus, eiusdem rationes.
- 24 Pœna nubentium intra annum luctus iure civili imposta, iure pontificio quare sublata.
- 25 Mulier etiam prægnans coitum desiderat.
- 26 Num pœna nubentis secundo sublata, censeantur et quæ intra annum nubit.
- 27 Miscella lex de viduitate remissa.
- 28 Pœna secundo nubentium fauore liberorum, quo ad lucra approbata.
- 29 Nouerca superinducta liberis, malum.
- 30 Nouercam superinducens liberis, consilio patriæ lege Charunde arcebat.
- 31 Nouerca vnde dicta.
- 32 Nouerca Agrippina Claudij Cesaris vxoris in viricis crudelitas, vt suis faueret.
- 33 Nouercalia delimitata insauant parentes contra liberis proprios.
- 34 Nouercalæ odium, pro maiori.
- 35 Femina secundo nubentes contemunt bona & vitam liberorum prioris matrimonij, amore secundi mariti.
- 36 Septimia Trachalorum matris nuptia secunda, & eius testamentum, ob contemptos priores liberos, improbata.
- 37 Nuptiarum quoque repetitarum iniuria ad maritum premortuum pertinet. Morgin cap. Phadersum. Mundium.
- 38 Nubens secundo, habens ex primo filios, amittit proprietatem lucrorum quæ habuit à priore marito quocumque titulo.
- 39 Nubens secundo, nec lucra prioris coniugij distribuere potest inter liberos prioris matrimonij suo arbitrio, vel electione: quod & in viro repetente matrimonium locum habet.
- 40 Ingrati filij amittunt lucra prioris matrimonij.
- 41 Vidua, quæ nuptias non repetunt, non procul à virginitate ponuntur.
- 42 Viduus vel vidua, si non repetant nuptias, partiantur pro virili cum filiis illius matrimonij, dotis seu donationis propter nuptias seu augmenti lucra in proprietate, & de lucris aliis liberè disponunt.
- 43 Pater matris transiens ad secundas nuptias, filiis decedentibus prioris matrimonij, quomodo cum filiis seu aliis fratribus succedunt in usufructu vel proprietate.
- 44 Mater non petito tutore filio pupillo, conuolans ad secundas nuptias, aut non reddita ratione tutelæ, ei non succedit.
- 45 Lucra prioris matrimonij instituto generaliter herede extraneo à parente, censentur reseruata liberis prioris matrimonij.
- 46 Lucra quæ pater aut mater consequuntur ex morte filiorum prioris matrimonij, decedentium ab intestato, tenentur reseruare morientes aliis filiis eiusdem matrimonij, non autem si illis ex testamento successerunt.
- 47 Bona quæ coniunx transiens ad secundas nuptias habet per successionem intestati, à filio mortuo prioris matrimonij quesita per illum alinde, quam ex premortuo coniuge, sunt in illius libera dispositione, secus si veniant à premortuo coniuge.
- 48 Infamis aliquando facta, quæ transiret ad secundas nuptias, si haberet liberos.
- 49 Nuptia repetita non priuant dote sua mulierem, nec virum donatione propter nuptias, quam vxori mortue dederat: sed sibi, non liberis prioris matrimonij conseruat.

- 50 Donationes quoque reciproca coniugum non reseruantur prioris matrimonij filiis, nec remuneratorie.
- 51 Pœna in bonis propriis transuentium ad secundas nuptias, ne possint ex his relinquere vxori, vel marito, vel virico, plus quam vni ex liberis prioris matrimonij reliquerint.
- 52 Mater patris repetentes nuptias, liberè possunt in bonis propriis aliquè, vel aliquos liberos primi, secundi, vel tertij matrimonij instituere, relicta aliis singulis legitima & lucris suarum nuptiarum.
- 53 Coniunx qui decessit, & donauit vel legauit superstiti, potest canere valide, ne donata subiciantur legibus reseruacionis liberis prioris matrimonij, etiam si superstes nubat, & potest permittere nuptias.
- 54 Filij prioris matrimonij consentientes secundis parentum nuptiis, non videntur postea priuilegio reseruacionis superioris.
- 55 An remitti possit pœna imposta nubentibus intra annum luctus.
- 56 Remitti nõ possit pœna l. hac edicti ali, de sec. nup. C.
- 57 Dos lucrata à marito ex statuto, vel incrementum seu augmentum lucratum ab vxore, illis transfuentibus ad vltimus matrimonium, reseruatur filiis solis illius matrimonij, vnde lucrata, post mortem parentum.

Nuptias secundas detestandas non esse vt improbas & prohibitas, ecclesia docet catholica a. reicitq; in eo Tertulliani sententiam, qui eas vt stuprum detestatur b. Permittit enim eas Deus c, & melius esse nubere quam vri tradit, etsi melius sit viduū castum permanere, quam nubere & non vri. Nec quia non benedicuntur secudè vt vteriores post primas d, idè impia sunt: nam semel benedicta cum sint, videtur benedictio durare. Nuptiarū secundarum appellatio repetit tantum, non immutat substantiam matrimonij: sed dicitur ratione proximè deficientis matrimonij, etsi plures repetita sint e. Et idè omnia quæ antè explicata sunt de sponsalibus, & primis nuptiis, dote & aliis, secundis conueniunt: exceptis quibusdam ritibus & priuilegiis, quæ speciali calculo signabuntur. Interest namque primum inter pœnas vnicuique, & repetitas nuptias: quod primè seu melius vnicuique nuptie commendatur, & laudetur: repetita: etsi permixta, secundum veram rationem verè fornicationes sunt, vt ait D. Chrysof. f & ad remedium incōtinentie concessa. Quod pluribus rationibus docet D. Hieron. g Et tutius visum est nubere in domino vni soli, quam inhonestè multos admittere h. Valerius Maximus i scribit, eas quæ vno contente matrimonio fuerant, corona pudicitie honoratas apud Romanos: quod existimaret eum præcipuè magronæ, syncera fide incorruptū esse animū, qui post deposita virginitatis cubile, in publico egredi nesciret: multorum matrimoniorum experientiam, quasi legitima cuiusdam intemperantia signum esse credentes. Et Plutarchus k, Quis est, inquit, quod publicis festis, veteri more, virgines non nubunt, vidua nubunt? an quod virginibus decorum, viduis verò multis presentibus sedum nubere? felices namque ac fausta prima nuptia, secunda verò tristes ac detestanda. Pudet enim viuus adhuc eis, quibus antè nupsit, alios accipere, mortuos autè lugent. Quis sit, vt magis quietè, quam strepitū & deducendum multitudinem delectentur. Dies verò festi adeo multitudinè distrahunt, vt his rebus per otium interesse nõ possit. Moscovitæ

a can. aperiãt, ca. Deus masculinum, quod si dormierit, §. 1. q. 1. b Tertul. li. exhortationis ad castitatem, de monogamia. c hæc ratio, §. 1. q. 1. c. virginitas, eo. c. pen. & fin. de sec. nup. i. cap. ni. 7. d c. i. & c. vir. antem, de sec. nupt. e gl. in rub. de sec. nupt. C.

f can. hac ratione, cum 2. seq. §. 1. q. 1. g Hieron. con. Iouin. lib. 2. h c. i. de his qui fil. occider. ca. venies, qui clerici, vel videntur, ca. quomodo virginibus, §. 1. q. 1. i Val. Max. lib. 2. c. 1. dum de nupt. agit. k Plutarchus, problem. 99.

7 Moscovitæ seu Rutheni concedunt quidem secundum matrimonium, sed vix legitimum putant: tertiam vxorem ducere sine graui causa non permittunt: quartam nec concedunt, nec Christianum ducunt. Atque in canonibus cuiusdam Ioannis Metropolitæ Moscouiæ scriptum habent, vt sacerdos si sciens tertio matrimonium experientem coniuaxerit, officio priuetur, vt narrat Sigismund. Liber Baro *. Quod mutatum est ab orientali ecclesiastica disciplina, cuius fidem amplectuntur. Nam in canonibus Nicephori confessoris sic statuitur b: *Bigamus non coronatur, sed in eo punietur, vt annis duobus, sacra non participet mysteria: Trigamus annis quinque emendetur, & sic admittatur.* Nicetas etiam Metropolitanus ad Constantinum Episcopum scribit c, Bigamum annum ad sacrorum mysterio abstinere debere, neque eum qui preces super eos concepit, cum illis cibum sumere debere. Meminit Constantinus Armenopolus d Synodice decisionis habite sub Constantino Porphyrogeneta, & focero eius Romano, ab iisdem principibus subscriptæ, qua permittebatur quadragenariis, si nullos ex secundis nuptiis suscepissent liberos, ad tertias peruenire ad prolem habendam: iis autem qui trigessimum annum haberent pariter, etsi ex secundis sustulissent liberos, ob infirmitatem ætatis. Verum tam iis, quam illis, cum ecclesiasticis pœnis (de quibus in ca. de iis, cum seq. 31. q. 1.) quartas omnino nuptias improbat, & nullas dixit. Inferitur & nouella Porphyrogenetæ in iure orientali lib. 2. tit. *περὶ πολυγαμίας*, quæ in suggestu singulis annis Constantinopoli legitur, qua prohibitum se quarto iungere matrimonio: alioquin imminente pœna ademptionis sacrae communionis, & expulsiōnis à sacris & ecclesia. Pari modo de tertio statutum, esse illud humanæ infirmitatis, sed non honestatis Christianæ, libidinis perturbatione vincente. Proindeque inibi statuitur, vt qui tertio nupserit, ad quinquenium non sit sacrae communionis particeps, neve hoc tempus illi contrahatur, & postea non ei permittatur, nisi in sola Dominica Domini resurrectione, ieiunium antea expletis: atque ita tantum permittit matrimonium post quadagesimum annum, vt retulit Armenopolus, si liberos quis ex prioribus non habuisset. Ita in concilio Neocesariensi e, pœnitentia sæpe pubentibus iniungitur, prohibeturve ne presbyteri interueniant. Hinc secundò, iura statuunt, secundas vel repetitas nuptias ineuntes, non benedicuntur, cum primæ benedicantur f. Et D. Ambrosius g, homini unam vxorem decreuit Deus, cum qua benedicatur: nemo enim cum secunda benedicatur. Quod & apud Romanos religiosum fuisse monet Plutarchus, dum ait h: *Eodem tempore vxor cum viro consecratur, quemadmodum multa sunt in sacris, quæ absente viro, agi nequeunt.* Priore autem amissa, alteram statim superducere, non difficile est, tum verò iniquum & impium: quare & mortua vxore, flamen Dialis se sacerdotio abdicabat. In quo sumiam & mimos egerunt veræ religionis veri Dei, in qua statutum erat i de sacerdotibus, *Virginem ducet vxorem: viduam autem, & repudiatam, & fordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo, ne commisceat stirpem generis sui, vulgò, gentis suæ, quia ego dominus, qui sanctifico eam.* Quod factum etiam, postquam receptum est in ecclesia occidentali & Catholica sine vxore esse debere, quemadmodum docuimus in impedimentis, etiam qui ad tractanda Dei my-

steria promouetur, vt bigamus, qui duashabuit vxores, vel qui viduam duxerit, non possit ordinari, iure ciuili & pontificio k. Sic oportet Episcopum vnus vxoris esse virum, vt ait D. Paulus l, id est, quod non promouetur bigamus: non autem quod necessarium sit habere illum vxorem, sed negatiuè intelligendum illud. Proinde tertio, fauorabiliore in capiendis legatis sunt primæ, quam secundæ nuptiæ: si quidem legatum in dicta conditione, si non nupserit, relictum virgini, quæ nondum virum experta est, eadem remissa quam nupserit, debetur: in vidua diuersum m. Nec mater, quæ ad secundas transiit nuptias, propter ingratitudinem reuocare potest donationes prioris matrimonij liberis factas, exemplo eius quæ inhonestè vidua viuunt: cum tamen ea, quæ vidua ab vnico matrimonio, possit n. Exceptis tribus capitalibus ingratitudinibus, de quibus nouella Iustiniani cautum est o: si filius matris vitæ infidetur, vel manus impias ei intulerit, vel iacturam eidem vniuersi patrimonij fuerit molitus. Accedit quod bona quæ relinquuntur pro pauperibus mulieribus dotandis & maritandis, non possunt distribui in dotem viduarum, quæ nubere volunt, quantumcunque pauperes sint, vt ait Baldus & Guillel. Bened. p quia appellatio matrimonij ad nuptias primas refertur q. Neque subditi clientibus, qui pro maritandis filiabus virginibus domini seu patroni tenentur pecuniam conferre, pro vidua filia iterante matrimonium tenentur, vt notat Gui. Papæus r. Si quis etiam verberauerit clericum vnus vxoris virum, incidit ipso iure in sententiam excommunicationis canonis fauore cleri editi, non autem si bigamus s. Quod differre videtur nuptiæ repetitæ à prioribus, quod secundæ puniantur, vt exosa à iure ciuili: duobus maximè casibus, quando intra annum luctus fuit, vt nimium acceleratæ, vel quando liberi ex præcedente sunt matrimonio: vt non nuptiæ, sed præcipitatio & liberorum iniuria damnari videatur. Itaque sex pœnas iure Codicis Iustiniani t, anticiptas annum luctus incurrit, ex constitutione Gratiani, & Valentiniani, & Theodosij CCC. vt sit infamis: vltra tertiam partem bonorum suorum in dotem dare non possit secundo viro: neque ei vltra eandem tertiam partem relinquere possit: 4. vt sit omnium supremarum voluntatum, legatorum, & mortis causa relictorum expertus: 5. vt relicta à suprema voluntate prioris mariti amittat: 6. vt hæreditates legitimas seu ab intestato ciuili vel honorario iure delatas, non possit vltra tertium gradum vindicare. Hæc placuerant partim v quoque Iurisprudentiæ authoribus, quibus sanctum visum est vxorem per annum, virum, cuius memoria damnata non sit, elugere debere x. Annum olim decem mēsiū constituentes, post eà expletum 12. v. Sic Quidius y,

*Tempora digereret cum conditor vrbis in anno,
Constituit menses quinque bis esse suo.
Scilicet arma magis, quam sidera, Romule, noras.
Curæque finitimos vincere maior erat.
Est tamen & ratio, Cesar, que mouerit illum,
Error etque suum, quo tneatur, habet.
Quod satis est viro matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per totidem menses à suuere coniugis vxor
Sustinet in vidua tristitia signa domo.*

Et rursum idem z,

Annus erat, decimum cum Luna receperat orbem,

k. ca. Acutus, c. de iud. c. v. natum, & c. fi. 26. dist. c. 1. 2. & si de biga. li. 1. de re. tit. 18. s. 1. verbi, & neque vxori, quomod. o. port. episc. & cat. cleric. ad ordina. perdu. in auth. coll. 1. tit. 6. s. sed & si quis inter & c. de nup. coll. 1. D. Paul. 1. ad Timoth. 3. c. 1. 26. dist. m. Papi. l. c. i. tali, l. 7. s. Me. uie, de cod. & dem. l. 1. 35. P. tit. 11. iun. glo. & l. 1. 2. & auth. cui relict. d. de iud. vid. toll. l. 6. C. tit. 40. n. l. his solis, l. 7. C. de reuoc. donatio. lib. 8. tit. 56. o. s. mater. tamen, de nup. in auth. coll. 4. tit. 1. auth. quod mater, de reuoc. dona. C. p. Guil. Bened. in c. Raynui, ad verba q. c. u. alia, nume. 79. tert. par. q. l. bone fidei s. hoc sermo, de verb. signif. r. Guid. Pap. q. 57. in fine. s. ca. si q. suadete diabolo, 17. q. 4. c. vni. de cler. coing. lib. 1. sexti Decret. tit. 3.

t. l. 1. & 2. de secund. nup. l. 5. C. tit. 9.

v. l. 1. de iis qui not. infra. l. 3. P. tit. 2.

x. Paul. l. solet, 10. & Vlpi. l. liberorum, l. 1. s. 1. eod. y. l. 2. C. de secund. nup. z. Quid. lib. 1. Faistor.

a. Quid. lib. 3. Faistor.

a Sigism. Baro, in comm. rer. Moscouit. b lib. 1. iur. oriental.

c lib. 3. iur. oriental.

d Armenopol. lib. 4.

e. d. de iis qui frequenter, 31. q. 1.

f. ca. & ca. vir autem, vel mulier, de sec. nup. tit. 1. 4. Decret. tit. 21. c. fin. 23. dist. g. D. Ambros. tom. 4. super c. 3. prior. episc. ad Tim. h. Plut. in problem.

i. Leuit. 21.

Hic numerus magno tunc in honore fuit. Seu quia tot digiti, per quos numerare solemus, seu quia bis quino femina mense parit.

Et paulò post, *Astuetos igitur numeros seruauit in anno: Hoc luget spatio femina mœsta virum.*

19 Suspicantur iura aliquid sinistra contra vxorem, quæ hoc tempus nõ expectauerit, veluti quæ iam viuente marito cogitauerit de violanda pudicitia, elegeritque virum secundum, quem priore contempto haberet *. Vnde etsi prolis natæ consideratio nulla sit, intemptiuas tamen cohibent iura nuptias infamia b. Persuasum habeo hoc anni spatium luctus habuisse prohibitionem & pœnam infamiae, potissimum ratione prolis, quæ posset esse concepta ex commixtione prioris matrimonij. Siquidem ex lege Gordiani c tristior aratufque habitus remissam habuit infamiam in luctu, verum acceleratio nuptiarum eandem retinuit, iniustaque labes perpetuo edicto pudori non solum nubenti intra id tempus, sed ei eandem sciens prudensque duxisset. Suadet & sacrificium indictum secundò nubentibus intra ea tempora à Numa Pompilio d, vt quæcunque ante decem menses à viri morte nupisset, vaccam prægnantem immolaret. In remissa luctus necessitate, æqualis facta est vxor viri priuilegio, qui infamis non est, si vxorem non elugeat e: at remansit prolis miscendæ periculum, quod cum natura ipsa imminet, nulla iuris fictione potuit honestè vel legitime obliterari. Aulus Gellius f fusè disputat ex Plauti Cistellaria, Menandro, Cæcilio, M. Varro, Aristotele g, Homero, & vsu obseruato, constitutioneque Adriani Cæsaris, partim posse edi in decimo & vndecimo mense à coitu. Sed & mirum quod ex Plinio refert h, creditum fuisse & decimo tertio mense posse: citaturque Mafurius author, qui scripserit L. Papyrium prætorem, secundo hærede lege agente, bonorum possessionem contra eum dedisse, cum mater partum tredecim mensibus tulisse se diceret, quoniam nullum certum tempus pariendi statutum ei videretur. Macrobius etiam i, dum soluit questionem cur in compediibus vinciretur. Saturnus Romæ in templo, refert Apollodorum dixisse Saturnum alligari per annum lanceo vinculo, & solui ad diem sibi factum, id est, mense Decembri. Significare autem semen decimo mense in vtero animatum, in vitam grandescere, quod donec erumpat in luccem, mollibus naturæ vinculis detinetur. Iustinianus tamen k hunc partum post 11. mensem à morte mariti editum, non existimat legitimum, sed aliudè quàm à marito susceptum: & eam quæ ita peperit, subiicit pœnis nubentis intra annum luctus. Narrat & Suidas l, cum Demarati natiuitas fuisset denunciata Aristoni patri, Aristonem subducta ratione, quod à nuptiis nondum elapsi essent decem menses, negasse hunc suum esse filium, atque vt nothum abdicasse. Verum hic inter viuos coniuges potuit coniunctionis anticiptæ haberi certior obseruatio. Quare cum intra hæc tempora anni à morte mariti, partus conceptus nasci possit, per id tempus abstinendum prætor censuit: à nuptiis, & ad tempus, quo solet lugeri, se retulit propter turbationem sanguinis, vt notat Vlpianus m. Probaturque sententiam Pomponij eam, cui lugendi solemnitas remissa est, quæ intra legitimum tempus partum ediderit, posse se statim nuptiis collocare, non aliter. Sic enim familiæ diuerforum maritorum, & bona in-

uiste, reique publicæ damno n, commiserentur, & secundo marito conceptus ab alio succederet, & natus sub altero marito vt eius filius habitus, patris hæreditate priuaretur: quod certè valde iniquum est. Atque hæc pœnæ respiciunt maximè fauorem liberorum nondum natorum, non nuptiarum contemptum vel improbationem. Re- 24 missæ tamen hodie iure pontificio, permittitque nuptiæ intra illud lugendi tempus o, ad euitandam delinquendi occasionem: satius enim visum est permittere acceleratas nuptias, quibus homo, nempe liberi nondum nati & familia commixta offendentur, quàm peccari in Deum. Desiderat 25 namque coitum mulier, etiam quæ concepit. Sic enim Aristoteles admonet p, solam animalium mulierem, & equam grauidam, coitum pati. *Homo enim*, inquit, *sua natura perfectiorem animal est: aliquid etiam in vtero tum spatij, tum excrementi superest, quanquam non tantum, vt vel alterum possit alere: mulier itaque ob eam causam coitum recipit. Quanquam non me later Odofredum q, & alios r existimasse, pœnas hæc iure canonico esse correctas in nubentibus intra annum luctus, & ita obseruari in Italia: neque idè minus verum esse & legitimum matrimonium, quia non matrimonium per iura, sed acceleratio puniatur: Sed & illis accederet, quod ex causa etiam matrimonium contractum suspendi possit in concubitu, veluti donec à menstruis purgata sit vxor, & recens editus partus ablaçteretur s. Cui sententiæ lubens subscriberem, nisi me memoraretur delinquendi occasio, cui via aperiretur, si mulieres continere non valentes, metu ne amitterent hæc luera, & metu pœnarum, ad tacitam & secretam pollutionem & scortationem declinarent t. Quare ratione arbitror melius reipubl. consulum iri, si remittantur. Vt atque hæc in re contra Iustinia- 27 num rescripto eiusdem & sanctione v, per quam licet, sublata lege Iulia Miscella, mulieribus viduis, etiam maritorum suorum interminatione spreta, quæ viduitatem eis indicit, & non dato sacramento, ad secundas migrare nuptias: & nihilominus ea percipere, quæ maritus dereliquit, pœna cessante, siue habeat liberos, siue non habeat. *Angeri enim*, inquit, *magis nostram rempublicam, & multis hominibus legitime progeniis frequentari, quam impis periuuriis affici volumus.* Caterùm alia 28 sunt pœnæ secundò nubentibus impostæ, nec in odium quidem nuptiarum, sed ad utilitatem liberorum iam ex prioribus nuptiis susceptorum, & vt prospiciant leges, ne iniuria eis secundis nuptiis inferatur: quæ certè nullo modo sublata sunt, pertractatæ in l. femina, & sequentibus legibus, de secund. nupt. C. Idcirco hæc pœnæ communes sunt, tum mulieribus, tum viris secundò nubentibus x: vterque enim irrogare damnum liberis secundo matrimonio videtur. Nam quod 29 ad virum pertinet, qui nouercam superinducit filii, quantum noceat vulgò cognitum est, & ex probis authoribus constat: vt Menander absolute dixit y,*

*Δενότερον άλλον ἰδέ μετρώεις κακόν,
Nullum maius malum nouerca.*

Sibaritis tulit legem Charundas, vt qui liberis nouercam superinduxisset, à consilio senatus & patriæ submoueretur: nunquam ab eo existimans patriam recta ac salubria consilia sperare posse, qui liberis olim propriis malè consuluisset z. Dixerunt antiquorum quidam nouercam, quasi nouam arcam dici a. Melius tamen meo iudicio, quasi

n. l. super statu, de quest. C. l. 1. s. quamuis, de ven. in pic. in P.

o. c. pen. & fin. de sec. nupt. & ibi interpre. 1. ad Cor. 7. gl. fi. in l. 1. de sec. nupt.

p. Aristot. lib. 4. de generat. animal. c. 5.

q. Odofred. in l. 1. c. de sec. nupt. r. glo. in l. decreto, in verbo conuoluerit, ex q. cau. infra. i. rog. C.

s. c. ad eius ve rō concubitu, 5. dist.

t. Pan. in c. fin. num. 3. de sec. nupt.

v. Iustin. l. 2. de iudic. vid. toll. l. 6. C. tit. 40.

x. l. generaliter, 5. de sec. nupt. C.

y. in sentent. comico. Græcor. c. 24.

z. Dio. l. Sic li. 12. Biblioth. a. glo. in s. iocruum, de nup.

quasi *γὰρ ἀρχὴ*, noua vel recens princeps: ea enim in doctum traducta matrici, prioris matrimonij liberis nititur abrogare imperium, vt sibi & suis arroget: statim instituens bellum & odium irreconciliabile in eos, quos suis impedimento esse arbitrat. Vt Agrippina à Claudio Cæsare superinducta liberis, strenuè prostris dedit operam, vt suus filius Domitius Nero à Cæsare adoptaretur, & id consequuta ei imperiū parens, statim è conspectu patris subduxit Germanicū è prima vxore natum: atque veritate, ne contrā, quā moliretur, accideret, inmedicabile venenū marito, Locustæ veneficæ ope, in boletis porrexit. Dehinc & Germanicum, & eius sorores interfecit. abscōdito mariti testamento. Et sæpe nouercalibus delinquentis infatuati mariti, cogunt iudicij ferre cōtra propriū sanguinē, & filios exheredare. Euripides illud ipsum insigniter exprimit.

Ἐχθρὰ δὲ ἡ ποικίλη κληρονομία τῶνοισ
τοῖς ἀφ' ἑσέ, ἐξ ἑσέων ἰδὲν ἠνδραδά, id est,
Inimica enim est subiens nouerca liberos
Priores, vixera nihilo miior.

Abiit in proverbium, pro truci inimicitia, nouercalē odium: & apud Cornelium Tacitum, nouercalē manus. Et pro insigni malo, nouerca: vt, *Dies quandoque parens, quandoque nouerca.* Nec potuit Canidia veneficæ odium supremum exprimere significantius Horatius, quā illo versiculo,

Quid, vt nouerca, me inueneris?

Nec solum liberis alienis nouerca nocet, verum & sæpe quæ nuptias repetit, propriis officit: & foemina immoderata & intemperantes plerunque nouis maritis, non solum res filiorum, sed etiam vitam adducit, vt ait Constantinus Cæsar. Ideo cū Septimia mater Trachalorum, filiis itata, & in contumeliam eorum, cū iam patere non posset, Publio seni admodum nupsisset, postea quoque vtrumque testamento præterisset: aditus Augustus, & nuptias mulieris, & suprema iudicia improbavit. Nec patitur etiam Iustinianus, genitores qui sese secundis nuptiis deuouerint, irrationale odium ad priores liberos forsitan habentes, sine iusta ratione ingratiitudinis, insimulare: neque innocuam posteritatē iniuriis afficere. Nuptiarum quoque secundarum etiā iniuria visa est pertinere Iustiniano ad maritum mortuū, cuius animam per eas contristari ratus est: vt opinor, quia animis constat amor verus coniugalī, & animi sunt immortales. Et proinde, indiuiduum amorem perpetuum esse existimamus: vt & Lango-bardi, qui redimendam vxorem, ab hæredibus prioris mariti, per secundum maritum pretio statuerāt. Sic enim lex apud illos sancita per Rotharium regem, in hæc verba: *Si quis filiam suam, aut quamlibet parentem in coniugio alij dederit, & contigerit casus, vt illi maritus moriatur: potestatem habeat illa, si voluerit, ad alium maritum ambulandi liberum tantum: secundus autem maritus, qui eam tollere desponsit, de suis propriis bonis medium pretij, quantum fuerit dictum, quando maritus primus eam desponsit, pro ipsa meta dare debet ei, qui hæres proximi mariti prioris esse inuenitur: est noluerit accipere, habeat ipsa mulier, Morgin cap, & quod de parentibus eius adduxerit, id est, Phaderium. Parentes verò eius potestatem habeant eam dandi ad alium maritum, ubi & ipsa & illi voluerint. Et Mundium eius prioris mariti non habeant parentes, pro eo quod denegarunt voluntatem suam: idēo redeat Mundium eius ad parentes proximos, qui prius eam ad mari-*

a Dio Cassius, lib. 60. b Xiphili. in Nerone.

e l. a. de inoff. testi. in P. d Eurip. in Alceste.

e Corn. Tacit. in 1.

f Horati. lib. Epod. od. 5.

g l. lex que tuores, l. 22. §. lex enim, de adm. tuto. l. 5. C. tit. 37.

h Val. Max. li. 7. c. 7. i l. Iustin. l. fin. vers. penult. de sec. nupt. C.

k s. quæ verò, de nupt. in aut. l. 13. de donat. int. virum & vxor. P.

m l. si quis filiam suam, de sponsal. l. 1. l. §. l. agobard.

dum dederint: est parentes eius non fuerint legitimi, tunc Mundium eius mulieris, ad curtem regis pertinet. Et si talis fuerit mulier, qua maritum non vult, aut non possit habere: sit in eius potestate, ad quem Mundium de eo pertinet. Et si ille eam malè habuerit, vel trahauerit, & probatum fuerit, tunc liceat ei ad parentes suos reuerti: & si parentes non habeat, ad quos ipsa reuertatur, ad curtem regis habeat refugium, & Mundium eius regis sit, hæc apud Langobardos lex. Iure ciuili mulier, quæ susceptis ex priore matrimonio liberis superstitibus, transit ad secundum, etiam post annum luctus, amittit proprietatem rerum, quas ex facultatibus priorum maritorum perceperit, siue iure sponsalium, aut solemnitate nuptiarum, aut donatione causa mortis, vel legati, vel fideicommissi titulo: easque vel ad omnes liberos prioris matrimonij, vel ad vnum illorum, conseruata aliis legitima, tenetur relinquere, solo usufructu penes illā remanente, quando vixerit, sublata alienationis potestate, vt sanxerunt Gratian, Valentin, & Theodosius. Deinde & illi inhibita harum rerum inter liberos distributio, vel electio alicuius ex liberis: atque omnibus, quia omnibus equè irrogata iniuria: repetitione matrimonij, per legem, fuerunt distributa. Quæ & in marito repetete nuptias locum habet, vt amittat lucra omnia quæ ex priore matrimonio, & vxore, cuius extat liberis, siue nomine dotis, vel alio titulo conseruata est, & ea teneatur relinquere iisdem liberis, nec eligere, quemquam ex illis possit: sed illi à lege vocati, est hæredes non fuerint patris, ea consequantur. Nisi ingrati sint parentibus. In fauorem quippe liberorum hæc donata vel relicta creduntur. Et quamquam speciem indicat viduitatis, hoc videatur habere improbatam: tamen cū magis cura liberorum, quā viduitas iniungi videatur, æquissimè recipitur, vt ait Terentius Iuric. Remittitur namque hæc pœna sublatis liberis prioris matrimonij. Atque optimum, laudabile, & dignum visum est Iustiniano, vt mulieres ita honestè se habeant, quatenus quæ semel ad virū venerunt, feruere inuiolatum morientium torum: Et huiusmodi, inquit, mulierem & miramur, & laudamus pariter, & non procul à virginitate posuimus: non tamen ut ideò secunda inhibeat nuptia illis, quo continere non possunt. Quod si non conuolent ad secundas nuptias maritus superstes, et vel vxor in lucro dotis, & donationis propter nuptias, vnā cum liberis partē succedendo faciet in proprietate quoque. Et potest liberè eadem quæ ex lucro prioris matrimonij capit abstinens à secundo, liberè alienare, vel liberis, vel extraneis distribuere. Neque possunt liberi reuocare, vel petere alienata, nisi intestato intestatave decefferint: quo casu quæ non alienata reperiuntur, pertinet filij, & ex illis nepotes. Et ex lege Theodosiana, ita demum filio, pleno iure, succedebat, si post mortem filij nō repperet nuptias: at lege Iustiniani, succedit, est secundo nubat, in usufructu, vt diximus, si alij filij sint prioris matrimonij, & in proprietate, si non sint: siue filij prioris matrimonij mortui sint ante secundas nuptias, siue post secundas matris nuptias. Dummodò transiens ad secundas nuptias, si legitimam suscepisset tutelam filiorum, prouideat dari tutores filijs: alioquin eorum successione priuaretur. Faure liberorum receptum nouellarū iure est, vt instituto hærede extraneo generaliter, non censeantur ea lucra illi relicta nec tranflata, nisi expressè in alios trāspolitio fiat, sed præsumatur

n l. femina, l. 3. in prin. & l. 1. & auth. in donatione, de sec. nupt. C.

o s. si verò expectet, vers. v. n. autem, de nupt. in auth. lucrum, de sec. nupt. C.

p l. generaliter, l. 5. in d. an. luctus, de sec. nupt. C. 5. hoc autem, de non elig. sec. nub. in auth. coll. l. tit. 2.

q d. generaliter, §. de sec. nupt. auth. hæres, de eo. tit. 1. d. auth. hæres, de sec. nupt. C. 5. si verò expectet, & §. quoniam infirmas, & §. soluto, de nupt. in auth. coll. 4. §. l. si filio, l. 1. §. si de cōdit. & demonstrat. P.

r l. femina, §. illud, de sec. nupt. C. 5. v. s. cūm igitur, vers. optimum, de non elig. sec. nub. in auth. x. auth. si tamē ablineat, de sec. nub. C. 5. quia verò mulieres, vt fiat fil. & c. in auth. coll. 9. cōstit. 7. §. soluto igitur, de nupt. coll. 4.

y l. si quis, l. 8. §. illud etiam, de sec. nupt. C. 2. l. mater quæ defuncto, l. 9. ad SC. Tertull. l. 6. C. tit. 35.

a d. l. foemine, §. illud, de sec. nupt. C. 5. hinc nos, de nupt. coll. 4. in auth. b l. omnē mariti, l. 6. ad SC. Tertull. C.

b l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

c l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

d l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

e l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

præsumatur testator referuasse liberis, quamuis iure Codicis aliter fuisset receptum. Sed & receptum est ex communi & certiori interpretum calculo, etiam ea quæ pater vel mater cōsequitur ex bonis filij primi matrimonij deeedentis, cū hodie illis succedant in proprietate, vnā cum aliis filiis, teneri referuare aliis filiis eiusdem matrimonij, nec posse alienare, scilicet si ab intestato successerint: diuersum enim, si ex testamento illorum, vel codicillis, vt quilibet extraneus, habuerint: quia videtur referuasse iniuriā filijs. Verum obseruandum est, quando mulier, vel vir qui nuptias secundis se coniunxerunt, succedunt ab intestato filijs prioris matrimonij, ex bonis quidem quæ fuerunt ex priore coniuge mortuo per mortem filij ad se peruenientibus, nihil posse retinere, si alij fratres sint. Cæterum bona quæ aliunde filio præmortuo peruenierant, & in quibus cū fratribus defuncti succedunt illis quærentur: nec referuant inuiti prioribus liberis fratribus defuncti, aut ex testamento, de secund. nupt. C. ibi, quæ ex pœna substantia, & c. iustis §. ex quortū corpore sumpta est auth. Sed & pater qui habet usufructum in bonis aduentitijs filij, & maternis, non priuatur, si trāsit ad secundas nuptias. Sed & Gratianus, Valentinianus, & Theodosius, voluerunt habetētem liberos mulierem, ad secundas nuptias transeuntem, infamem quoque esse sicut de ea diximus, quæ intra annum luctus nubebat, nisi à principe gratia infamiae fieret, & illa medietatem omnium bonorū, quæ essent tempore nuptiarum, iisdem filijs titulo donationis simplicis & irreuocabilis largita fuisset: cuius tamen usufructum dum vixeret retinere poterat. Obseruandum tamē est, de lucris agi ex priore matrimonio procedentibus, vt liberorum ex eo natorum commodis referuatur: non autem de iis quæ redeunt solu to matrimonio ad cōiuges, quæ illorum ante coniugium erant, vel nomine illorum data. Siquidē donatio propter nuptias, quā vir superstes retinet, quam tenebatur mulieri dare, si prior deceffisset, sibi non liberis cedit. Sicut & dos, quæ mortuo marito, ad vxorem rediit, non quaritur prioris matrimonij liberis siue ab ea, siue ab alio eius nomine data fuerit, vt notat imperator Zeno. Sūt enim hæc propria patrimonij viri & vxoris, dōsq; in patrimonij nomen trāsit. Quod & de donationibus reciprocis inter coniuges excipiendum est, vtpote quæ compensationis non lucri nomine potius censeatur, & permutationis, itidem & in remuneratorijs donationibus, vt pro lucris non habeantur. In propriis autem bonis, qui, quæue habet ex priore matrimonio liberos, & in coniugium aliud trāsit, alias pœnas patitur: nepe quod non possit secundæ vxori, vel marito repperito, vel ex illis vitrico nomine donationis propter nuptias, si vir vxori dare, vel si mulier dotis causa, vel vitrico, testamento, vel alio modo donare, plus quā vnū ex liberis, cui minus dedit, prioris matrimonij. Quod si aliter factum sit, datum reuocatur: & ex constitutione Leonis & Anthemij, quod excedit ad liberos prioris matrimonij, æqualiter diuidendum redit: & secundum

a s. deinceps, & §. soluto de nupt. coll. 4. cōstit. 1. auth. nūc autem, de sec. nupt. lib. 5. C. tit. 9.

b l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

c l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

d l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

e l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

f l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

g l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

h l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

i l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

k l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

l l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

m l. si quis prioris, l. 8. §. si certum esse faci mus, de sec. nupt. C. 5. tit. 9.

dum constitutionem Iustiniani, etiam cum secundū matrimonij liberis partiendum. Quæ tamē emendata fuit nouella, & secundum priorem Leonis & Anthemij statutum, vt ad solos prioris matrimonij liberos, quibus solis, secundis nuptiis itrogata videbatur iniuria, cōtemptræ cura, pertineret. Fir autem æstimatio portionis relicta vel coniugi secundo, vel vitrico, & eius quod filio prioris matrimonij relinquitur, habita ratione ad bona quæ sunt binubo tempore suæ mortis. Posunt tamen pater aut mater, qui liberos ex priore & secundo vel vltiore habent matrimonio, referuatis singulis lucris ex singulis matrimonijs receptis, in propriis bonis, aliquem vel aliquos, siue prioris, siue secundi matrimonij præferre, dummodò reliquis legitimam relinquant: quia si intestati decefferint, & bona propria inter omnes cuiusvis tori fuerint, deductis lucris, diuiduntur. Neque omittendum est, cōiuges qui prædecefferint factis donationibus, vel legatis, vel lucris, superstitibus relinquentes, posse prouidere, ne liberalitates illæ in priores pœnas incidant, si trāseant superstes ad aliud matrimoniū, quippe quod receptum sit, expressè donantē hoc posse prohibere, permitiendo expressè, vel tacitè, vxori vel vitrico, cui relinquitur ad alias peruenire nuptias, vt eo modo etiam si nubant, propria habeat. Sicut & filij quoque, quibus per secundas nuptias quærentur hæc lucra, consentiendo secundo matrimonio, amittunt hoc priuilegium: vt vtrumque notat, & disputat Franciscus Crementis, & Ludouicus Romanus, volenti enim nō fit iniuria, vel dolus. Diximus autem hæc pœnas priores deferendorum lucrorum, vel potissimum introductas: quod prior maritus censeretur reliquisse hæc vxori, vt cura esset illi diligentior liberorum. Atque res subiecta est restitutioni, cōsentientibus iis in quorum gratiā inducta est firma remanet. Contendit tamen Ludouicus Romanus, verum non posse remittere pœnas mulieri trāseunti ad secundas nuptias intra annum luctus: quia nubat ita cōtra bonos mores, vt constat ex l. de secund. nupt. C. dum ad morum correctionem illam legem pertinere traditur: & quæ contra mores bonos sunt, testamento caueri nequeant. Cuius tamen opinio vera est apud illos, inter quos pœna nubentis intra annum luctus retinetur: non autem inter nos Gallos, quibus, vt supra dictum est placuit cum iure pontificio remitti. Et si honestius ducamus, si fieri per cōtinentiam possit, annum luctus innuptam transigere. In pœnis porrò l. hæc edictali, de secund. nupt. nulla recepta est remissio. Sed hęc singulare annectendum est de antiphernis, seu adiacamento, seu incremento dotis, quæ mulier superuiuens marito lucratur, & de dote, quam mutuo in totum vel pro parte lucratur superuiuens vxori, ex statuto vel consuetudine locorū, vt Tholoæ: quod eadem lucra debet seruari solis liberis eius matrimonij, repetitis nuptiis, nec communicari liberis secundis, vt notant Baldus, Buttigarius, Franciscus Crementis, qui Baldi sententiam, quæ videbatur contraria, conciliat, vt locum habeat in usufructu, nō ia proprietate, quam restituere cogitur.

g l. quoniam, l. 9. cod. r. s. l. nec illud, & §. optime, de nup. in auth. coll. 4. tit. 9. ad eos C. de sec. nupt.

s s. quia verò hæcenus, de nupt. in auth. coll. 4.

t Insi. in §. illud quod, qui finalis est, de nupt. coll. 4. in auth. 1. de sec. nupt. C. & in §. illi quem habent fam. etc. §. in §. duo igitur, etc. princip. tit. in ver. siue vir, de nupt. in auth. x. Angel. in l. non est, P. ad Tertul. Angel. in §. de nō elig. sec. nub. in auth. Ang. in l. mater, C. ad Tertul. y Fran. Crem. sing. 74.

u Ludo. Rom. sing. 350. & cōstit. 1. 9. incipit, in Christi nomine etc. the mare consultationis promissio.

a l. cum donationibus, de tranfl. C. l. 1. §. v. que adeo, de ini. in P. l. scienti, de reg. iur. b l. quoties, C. de fidei cōm. c Ludo. Rom. sing. 230.

d l. turpia, & l. si quis inquilinos, §. fin. de leg. 1. e facit l. femina, in prin. & c. auth. vxore, de sec. nupt. C. §. Gregoriana, vers. perperimus, de non elig. sec. nub. in auth. f Bal. ad auth. vxore, de sec. nupt. & auth. ex testamēto, & in l. generaliter, §. illud eo.

g Buttig. ita consulu. h Crem. sing. §. 177. i Bal. l. si in fine, de bo. ma. tern.



DE PERSONIS EXTRA LEGITIMAM CONIUNCTIONEM NATIS, ET NOMINATIS, LIBER X.

35

De concubinis. Cap. 1

- 1 Concubinatus habet umbram, & similitudinem matrimonij.
2 Pellex est concubina cum vxore, & sine ea.
3 Pellex Gellio, concubina cum vxore.
4 Concubina Ethnicis antiquis vxorato prohibita, permiffa calidibus, iure Pandectarum.
5 Concubina digna non erat nomine vel honestate matrisfam, sed vilis.
6 Consuetudo habita cum muliere libera, presumptionem facit nuptiarum.
7 Concubina qua apud Hebraeos.
8 פלגשח, seu concubina Rabbini, vxor sine solemnitate ducta, cuius filij, patri non succedebant, nisi in numeribus.
9 Concubina ab vxore, ritibus non affectione differat.
10 Concubinas singulas singulis administratoribus prouinciarum, si vxores non haberent, permiffit Alexander Imper.
11 Concubinarum intemperatus numerus ante Euangelium vsurpatus cum vxoribus. Commodus habuit 300. In Palmaria quisque que vult. Solomoni fuerunt 800. & 300 Valdomiero regi Moscouitarum, 800.
12 Concubinos unum, vel plures Lituanica mulieres pro facultatibus mariti habebant.
13 Concubinam unum vxori proximum viri permiffit lex Solonis, impotente viro.
14 Concubinatus Athenis Demetrio prohibitus.
15 Concubinatus iure ciuili Christiano prohibitus.
16 Concubinatus prohibitus iure pontificio, & omnis coitus extra nuptias, multo magis & clericis.

ita se habeant: Masurius scribit libro Memorabilium, pellicem apud antiquos eam habitam, que cum vxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, eamque nunc vero nomine amicam, paulo honestiore concubinam appellari. Casus Flaccus in libro de iure Papi- riano scribit, pellicem nunc vulgo vocari, que cum eo, cui vxor sit, corpus miscet: quosdam eam, que vxoris loco sine nuptiis in domo sit, quam Graci ματαυλιν vocant. Laurent. Valla e vtrique sententia subscribit, & verum esse pellicem, seu melius pellicem esse eius, qui vxorem habet, & eius qui non habet, quod firmat exemplis. Gellius a tradit pellicem concubinam appellatam, probro- samque habitam, qua vinceta, consuetaque esset cum eo, in cuius manu mancipioque alia matri- monij causa foret: quod antiquissima lege ostē- ditur, quam Numæ rege fuisse accepimus. Pellex adem Iunonis non tangit, si tangit, Iunoni criminibus dimissis agnum feminam cadito. Quibus verbis 4 improbatus concubinarus cum eo, qui vxorem haberet, etiam iure prieco ostenditur, veluti adul- terinus: Sicut & iure Codicis repetita est, post multa secula, huius prohibitio. Cum tamen cōcubinatus cum cælibe permiffus fuisset & ex- tra pœnam iure Pandectarum: ob vitanda adul- teria aliorum, & plurium scortationes, malo hoc tolerato, vt maius pelleretur. Non tamen per omnia probato, quando & imminuta honestas eius mulieris esset, qua se in concubinatum de- didisset: ea enim, nisi liberta esset patroni concubi- na, matrisfamilias honestatem nō habebat. Per- missus quidem in libertinis & vilibus personis proculdubio concubinarus, dummodò sine stupro esset, hoc est, dummodò concubina non fuisset in concubinatu aliàs patris vel filij vel confan- guinea personæ h. De ingenua honestiore ali- quando dubitatum. Attamen & Aurelianus im- perator eam posse quoque haberi decreuit, vt au- thor Flauius Vopiscus k, & idem Iustinianus l. Placuit tamen Modestino m, in libera mulieris 6 consuetudine non concubinatum, sed nuptias in- telligendas, si non corpore quaestum fecerit. Et 7 apud Hebraeos quoque interdum concubinae di- ctæ sunt, ancillæ concumbentes: interdum & illæ vxores, quæ præter legitimos ritus, & consuetas solemnitates coniungebantur. Quod & vsurpa- rum nationibus reliquis, aliquot exemplis osten- demus. Rabbini itaque dicunt in sacris eloquiis, 8 פלגשח pilegesech, seu concubinam eam esse, vxorē concubitus gratia absq; בתוכה ו ירושיש chetubah ue kiduffim, id est, scripto vel anuli subarrhatione ductam, cuius filij nō succedebant patri in hereditatē, sed datis muneribus ablega- bantur.



EGITIMA explica- ta nuptiarum tracta- tione, incidimus in concubinatum, vbi similitudo quadam & umbra matrimo- nij apparet: de quo quædam diximus, dum de ritibus Romano- rum circa nuptias, & de triplici specie vxorum egimus a, explicantes concubinam vxorem esse, que vsu habebatur. Si- quidem solus concubitus prolis causa, nulla nu- ptiarum interueniente solemnitate, interuenie- bar. Referam hac de re Pauli Iurisc. verba b, que

a Superior. lib. c. 5. b Paul. I. Ma- furius, l. 144. de verb. sign. li. 30. P.

c Valla, lib. 6. elegant. c. 48. d Gelli. Noft. 4. c. 3. e l. 1. de concu- bin. C. f. in concubi- natu, de con- cubin. P.

g l. stuprū in- telligitur, de rit. nupt. i.

h l. 1. & 2. de concub. P. i l. 3. eod.

k Vopisc. in Aurel. l. Iustin. leg. si qua illustris, l. 5. §. fin. ad Or- ficia. m Modest. in l. in libera, l. 24. de rit. nupt. li. 23. P. tit. 2. facit l. si vicinis, de nup. C. cum di- stinctione l. in concub. na- tu. §. 1. de con- cub. in P.

a Gen. 16. b Gen. c. 25. c Gen. eod. d Gen. 30. e D. Augustin. lib. 1. q. sup. Gen. q. 99. f Ioseph. li. 4. Antiq. g Genes. 21. ad Gala. 4. h Vlpia. l. si vxor nō fuerit, ad l. Iulii de a- dult. in P.

i Hom. l. ad 9.

k l. 4. de con- cubin. in P. l. 6. confidere- mus, ibi, talib' enim folis, de trien. & ferm. in auth. m Capitol. in Alex.

n Trebellius Poll. in Vale- riano patre. o Fel. Lampri. in Commodō Antonino.

p Petr. Marti. si noui orb. de insul. nuper in uentis. q c. Reg. c. 11. r Ammi. Marc. lib. 14. s Sigifm. Lib. Bar. in cōmēt. ser. Moscouit.

bantur. Ita Agar ancilla dicitur vxor Abrahæ a, Cethura quoque vxor eiusdem mortua legitima Sara b. Vocantur autem postea concubinae, dum dicitur c, quod Abraham omnia qua possidebat, dedit Isaaco filio ex vxore legitima, scilicet Sara, filiis autem concubinarum largitus est munerca. Sic iunctæ feruntur coniugio ancillæ d Iacobo Bala, & Zelpha, cum tamen vxores legitimae es- sent illi Lya & Rachel. Itaque concubinae erant subditæ in domo matrisfam, vt obseruauit D. Au- gustinus e. Et ita concubina omnis inter vxores erat, sed non omnis vxor concubina erat: Neque eadem iura vtrisque, nec erant filius ancillæ, quam in vxorem legitimam habere non licebat Iudeis, vt author Iosephus f, hæres cum filio libera g. Et apud Vlpianum h, omiffis Accursij & sequacium illius nugis, non iusta vxor mihi dicta videtur cō- cubina: is namque cum dixisset, non posse quæ- riam accusare cōcubinam suam de adulterio, iure mariti, sed iure extranei, subiit it statim: Planè siue vxor fuerit iusta, siue nō iusta, accusationem vir instituire potest. Atque hunc esse germanum Vlpiani sensum constat ex versiculo Homericō i per illum adducto, Η γυναι κίλεισ' ἀδελφύς μαρτύρον ἀνθρώπων ἀρετῆδ' αἰ. Non soli diligunt vxores inter mortales Arida. In quo versiculo perpendendum est, loqui Achillem de Brifeide, quam se tanquam vxorem dili- gere ait: respondetque legatus ab Agamemnone, ceterisque Græcis missis, cum tamen eandem non in vxorem, sed in concubinam haberet. Fuitque ob eam ab Agamemnone ereptam, implaca- bile odium inter hos, vt Agamemnoni post mo- dum subesse recufauerit, nec is pugnare vellet cō- tra Troianos, donec Patrocli nece nunciata, ad vindicandū eundem stimulatus est. Proinde con- cubina affectione & dilectione parum, aut nihil, à iusta vxore differat, sed vinculo illo solemnī & indissolubili vinceta, vt vxor legitima, non erat: fiebatque ex sola animi destinatione k, si indubi- tato affectu in vna eademque domo cohabitaret. Scribit Iulius Capitolinus m, Alexandrum Cæsa- rem magistratibus, quibus committebat prouin- cias exemplo veterum, si vxores nō haberēt, sin- gulas concubinas concessisse: quod sine his esse non possent. Antequam illucelceret Euangelica veritas, apud omnes ferè nationes concubinatus erat frequentissimus, prolis habendæ vel libidin- nis explendæ causa, atque vsque ad populum Deo peculiarem abusu regum & procerum serpsit: & cum vxoribus quoque concubinas habuerūt, ne- que solūm singulas, verūm vsque adeo numero- sas, vt pro monstro sit hanc vsurpam inefranē licentiam audire. Persæ chariores cōcubinas, qui- bus abundabant, in thesauris, habebāt, teste Tre- bellio Pollione n. Commodus Antoninus o Im- perator, qui noctu popinas sectabatur, sibi cōsci- uit trecentas concubinas, quas ex matronarum, meretricūque delectu, formæ ad speculum, de- legerat. In insula Palmaria noui orbis licet vni- cui que potenti, postquam vnam duxerit vxorē, habere pellices quotquot voluerit: sed nupta, a- dulterio comprehensa, venditur à marito, prima- rius tamen principi, à quo licet mulieris propin- quis eam redimere p. Fecerunt Salomoni quasi re- gina septingenta, vt concubinae trecetæ q. Apud Saracenos, seu Agarenos, vxores esse mercede cōductas testatur Ammianus Marcellinus r. Scri- bit Sigifmundus Liber Baro s Valdomierum re- gem vel ducem magnum Moscouiæ seu Rute-

norum, habuisse vxores plures, & trecentas cōcu- binas in Altocastro, & alias trecentas in Belgrad, & ducentas in Berezouuo. Sed & mulieres ali- quando alicubi concubinos habuerūt, vt alibi vi- ri concubinas: sicuti refert Aeneas Syluius s apud Lituanios regionis Mauritaniæ iuris Boëmicæ o- lim, nūc Polonici, vel Sarmatici, mulieres nobi- les nuptas, more patrio, vnum pluresve concubi- nos pro viri facultate nutrire consueuiffe, qui, ma- rito negligente, onera matrimonij subeant. Me- minit Plutarchus v cuiusdā legis ridiculæ Solo- nis, qua permittebat vxori, si eius vir minū ad rem venerem esset idoneus, mariti propinquos admittere, id tamen probatum fuisse illi, vt non cū omnibus coiret, sed ex mariti necessariis vnū sibi deligeret, nec alienum esset quod nasceretur. Castiorem vitam Athenienses exercuisse exem- plo vno adduci quis posset: Nam Athenis Areo- pagitæ, cum Demetrius Demetrii Phalerei, luxu- riosius vitam ageret, & Aristagoram Corinthiam amicam domi possideret, vt melius & honestius viueret, imperarūt, vt ait Athenæus x. Inter Chri- stianos tandem hoc genus concubinas illicitus habitus est, & prohibitus, cum iure nouissimo ci- uili, quia castitatem amplexæ sunt eius leges y, & consuetudinem cum honesta muliere, vel vt nu- ptias habent z, vel vt stuprum & fornicationē il- licitam plectunt a. Tum proculdubio iure ponti- ficio, omnis concubinatus & coitus extranuptias improbatus est, & punitus b, nisi cōsensus in vxō rem accipiendi probetur, vel in confesso sit. Et proinde nemo dubitabit, multo magis concubi- nas prohibitas esse clericis, quibus & vxores habe- re legitimas c interdicitū est, vt diximus in impe- dimentis matrimonij. Admonebo tamen hic, in- terdum inueniri in decretis, patrum d cōcubinatu- rum permiffum. Verum tamen ibi concubinatus accipitur, vt supra diximus, pro vxore quæ cōsen- sit in maritum, & ita matrimonium contraxit: sed quia ecclesiasticis precibus & sanctis caremoniis non fuit initiatum, & ita clandestinè factū, quod pertinet ad ecclesiam, quin apud eam nō constat fuisse cōtractum pro non contracto habetur: cum verè tamen contractum sit e. Et sic concubinatus approbarus, matrimonium est. Non immorabor autem in recensenda prohibitione diuina, qua cuique Christiano in aperto est, in mandato illo Non machaberis, de quo in c. sequenti.

De Meretricibus. Cap. 2.

- 1 Meretrix unde dicta.
2 μέγος & μέγην.
3 Meretrix qua dicatur.
4 Meretrix presumitur, mulier diuersas ades fre- quentans.
5 Meretricis alia nota, mulierem solam aliquid ire.
6 Meretricis alia nota, scholasticum eius domum noctu & interdū sepe ingredi, & solā alloqui.
7 Scholastici frequentantes mulieres, faciunt eas pre- sumi meretrices. Vidua, cui habitatio relicta, nō potest scholasticū hospitū sine nota recipere.
8 Meretrix presumitur in canpona ministrans.
9 Meretrix vere presumitur, que in lupanari resi- det.
10 Lupanaria olim permiffa, & in prædijs honesto- rum viroorum.
11 C. Caligula lupanaria in palatio posuit, & velle- gal accepit.

t Aeneas Syl. in com. de dict. & fact. Al phon. c. 8.

v Plut. in So- lone.

x Athenæ. lib. 4. c. 20.

y illud qui- bus mod. nat. efficit. sui, & s. sancimus, de lenonib. in auth. z d. l. in libe- ra, de rit. nup. in P. a l. si ea quæ ribi ad l. iul. de adult. C. b c. nemo sibi blandiatur, 32. q. 4. ca. de cō- sanguinitate, 35. q. 3. c. 1. 30. q. 5. gl. in c. illud, de præsumpt. ap. Greg. & in c. ex parte de re. i. spol. c. l. i. qui, cum auth. seq. de e- pisc. & cler. C. roe. vit. de co- habit. cler. & mul. ap. Greg. d. ca. omnib', c. i. seq. 4. diff. e. c. cum inhi- bitio, de clan- desti. de spō. a.



- 12 Meretrices publicas permisit Solon.
- 13 Messalina lupanar & luxuria.
- 14 Lupanaria quare olim tuerentur antiqui.
- 15 Scortationes omni iure prohibita fuerunt.
- 16 Meretricem appellans leuius, quam si virginem appellasset, puniatur.
- 17 Meretricis Constantinus tormentis subiicit, & donatis priuatis, esse posse reuocari a donante, vel proximis eius.
- 18 Donata meretricibus reuocabilia, & num. 20.
- 18 Emens a vendente, ut det scorto scienter, tutus non est, nec usufructu.
- 19 Pro luxurioso pecunia ut scorto largiatur accipere, si deus non accedat, non obligat sibi luxuriosum.
- 21 Meretrix filia exheredari a patre potest.
- 22 Meretricum negotiatio corporis, contra naturam.
- 23 Meretrices apud Persas infamissima.
- 24 Donationes in concubinam valebant.
- 25 Meretricem collo nudam deferre, pro pena capitali Persis.
- 24 Lenones capitali pena puniunt.
- 25 Lenon priuatur potestate eorum, quas prostituit.
- 26 Meretricem Iuliam filiam Octauianus relegauit in Insulam.
- 27 Meretricum & lenonum vestigal exigi a Seneca, & a Boemis prohibitum.
- 28 Meretricibus ius ademptum acceptandi legata & hereditates a Domitiano.
- 29 Meretricem filiam sepeliri in suo sepulchro noluit Octavianus.
- 30 Meretrices undis submergi iussit Perianther.
- 31 Meretrices in Palmaria morte puniuntur: in Cui nullam a Scipione castris expulsa, ab Atheniensibus infamia damnata.
- 32 Scortator Athenis non administrat Rempub.
- 33 Lupanaria Byzantij a Iustiniano sublata.
- 34 Meretricum poenitentium seu respicientium monasterium institutum a Iustiniano Byzantij.
- 34 Supra filia fuerit a patre vindicatum.
- 35 Scortationis iuris diuini prohibitiones.
- 36 Meretrix pro simplici fornicatione, macha pro adultera.
- 37 Meretrices & lenones ab honestis locis & viciniis expelli possunt, & debent.
- 38 Meretricibus vestes distinctae.
- 39 Meretrices Romae extra moenia in fornicibus.
- 40 Fornicationis, concubinitus, stupri, raptus, incestus differentia.
- 41 Scortationis pena natura rade authoribus illata.
- 42 Molles, habitus infames.

Coniunctione & commixtione illicita scortationis, appellationes etiam manarunt personarum aliq. de quibus pauca subiicere expedit. Meretrix dicta est, a merendo, quod est stipedia facere, id est, mercede militare, nam & ipsa suam militiam exercent, ac stipendia faciunt: vnde & scorta macula meritoria, pueri meritorij, qui pretio prostituantur. Sic Graecis *πρωτος*, qui corpus suum prostituit, & veluti vendit, quatum corpore faciens: hinc & *πρωτη* femina, corpus suum pretio prostituens, prostitulum, scortum, vtrumque a *πρωτο*, vnde. Constat ex Xenophoro, dum ait, *τὸ πρῶτον ἐστὶν ἡ πωλησις τοῦ σώματος, ὡς τὸ πρῶτον ἐστὶν ἡ πωλησις τοῦ σώματος, ὡς τὸ πρῶτον ἐστὶν ἡ πωλησις τοῦ σώματος*, id est, si quis pecunia suam aetatis cupienti vendiderit, hunc *πρωτον* vocant. Est itaque meretrix, illa quae publice venale habet pulchri-

tudinem: & ita multorum libidini patet. Nec tamen requirimus ad hanc multitudinem implendam, quod glossa quaedam explicat, multorum quadraginta tria millia virorum, vel quinquaginta: sufficit enim ad conuincendam meretricem, quod cum tribus se commiscuerit. Sic enim Vlpianus admonet his verbis. *Palam quae, cum facere dicimus, non tantum eam, quae in lupanario se prostituit, verum etiam si quas, ut assolet, in taberna cauponia, vel qua alia pudori suo non parcat. Palam autem sic accipimus, passim, hoc est, sine delectu, non si qua stupratoribus vel adulteris se committit, sed quae vicem prostituta sustinet. Item quae cum uno aut altero pecunia accepta, se commiscuit, non videtur palam corpore quatum facere. Octavianus tamen rectissime ait, etiam eam, quae sine questu palam se prostituerit, debuisse iis connumerari.* Plautus etiam ait, *Matrona, non meretrici est, vni in seruire amanti.* Sed & quia non semper prostitutionis habentur, 4 probationes aperta, ex aliis quibusdam argui potest esse aliquam scortum, & meretricem: veluti, si mulier erro sit, & diuersas plurius ades frequenter, ut ait Angelus. Proprium quippe pudicaru mulierum, intra proprios lares se continere, non vagari, nec conspectibus virorum apparere. De his hinc & pro coniectura scortationis est, si mulier aliquo sola eat: sic enim matronae antiquitus comitem ducebant feruum vel liberum, qui eas ducerent & reducerent, easque publice & priuatim sequebantur: & meretricum arbitrabantur, comite carere, & pro graui iniuria, comitem abducere vel auferre. Lex fuit Charundae apud Thurios, ut mulieres in forum prodirent cum suis cognatis, & vna pedissequa, teste Suida. Tertio pro probatione certissima est Baldo, quod aliqua sit meretrix, etsi actus non probetur, si videatur saepius scholaris noctu & interdiu ingredi domum eius, & eam alloqui solam: quia, inquit, *Scholaris qui loquitur cum puella, non praesumitur dicere pater noster.* Additque alibi, mulierem viduam cui habitatio relicta est, posse a domo repelli, ut inhoneste viuente, si in eam hospitem induxerit scholarum. Scortationis quoque infamia sequitur ex assidua frequentia: ut ait Vlpianus. Si cut in libera mulieris consuetudine alibi dicitur coniugij praesumptio: potissimum si iuuenes sint, qui frequentant mulierem, iuxta versiculam, quem notat quaedam glossa, *A iuuenes & cupido credatur reddita virgo?* ac si dicat, non esse verissimile. Quarto ea quoque meretrix & prostituta, 8 vel prostituenda praesumitur, quae in caupona ministrandi causa ponitur. Quinto, verè ea pro meretrice erit, quae in lupanari residet, & se prostituit. Fuit enim is locus aliquando etiam inter Christianos ex patietia, ad vitandas matronarum sollicitationes, & stupra, & adulteria, permissus: sicut & olim inter Ethnicos, ut narrat Vlpianus, in multorum honestorum virorum praedijs lupanaria exerceri solita, & inde & reditus illos percipere. Sicuti Caius Caligula lupanaria constituit in palatio, indeque ex prostitutis primariis foeminae pecuniam collegit, teste Dione Cassio. Institutas quoque publice meretrices a Solone Philonem auctor est, ut ea Venere contetui iuuenes, ad pudicos sollicitandis abstinerent. Messalina vxor Claudij Caesaris valde luxuriosa, publice in Palatio adulteria & stupra in conspectu suorum maiorum committere coegit. Sed & illa, ut ait Iuuenalis, *Dormire virum cum senserat vxor.*

c ca. meretri. ces. 22. q. 4. d. c. vidua, 34. diff. e glo. in d. cap. vidua.

f Vlp. l. palam, l. 43. de rit. nupt. lib. 23. P. tit. 2.

g Plaut. in M. stella.

h Angel. in l. si qua illustis, ad SC. Orf. l. 6. C. tit. 56. l. 1. maritus, de procur. C. c. a. de iudic. in 6.

k l. r. s. omnē autē iniuriam, & l. item apud Labeonem, s. si q. s. virgines de iniur. in P. l. Suidas in Z. leuco.

m Bal. in l. neque natales, numer. l. C. de procurat.

n Bal. in l. non aliter, de viu & habit. in P.

o Vlp. l. itē apud Labeonē, l. 5. s. aliud est appellare, de in iur. lib. 47. P. tit. 10.

p l. in libera, de rit. nupt. q. gl. in l. si verō nō remune rādi l. n. s. si adolefcēs, mādā. l. 17. P. tit. 1. r. l. si manci. ita venē. ne p. si. C. Vlp. in l. palam, l. 43. s. si qua cauponā exercens, de rit. nupt. s. d. l. palam, de rit. nupt. r. Hostiens. & Pan. in c. inter opera, de spō. fal.

v Vlp. l. ancillarum, s. si de petit. hered. P. x Dio, l. 59.

y Dio, l. 60.

z Iuuenal. Sat. tyt. 6.

Ausa Palatino tegetem praefere cubili, Sumere nocturno meretrix angusta cucullos, Linguebat comite ancilla non amplius vna, Et nigrum stano crinem abscondente galero, Intravit calidum veteri centone lupanar, Et cellam vacuum atque suam. Et paulo post. *Mox lenone suas iam demittente puellas, Tristis abiit: sed quod potuit, tamē ultima cellam Clausit, adhuc ardens rigida tentigine vuluae, Ac resupina iacens multorum abforbuit ictus. Et lassata vris nondum satiata, recessit.*

14 Voluerunt principes quas castigare non poterāt, extra ciuitates pelli, & lupanaria esse: & eō, ut ad sentinam malorum, ut fectore sociarum saltē respicerent, inuitas adduci auctoritate eorum qui in iurisdictione loci praesent, quive eas redeunt in oppida castigaret pena, ut D. Ludouicus Rex Galliae statuerat. Et fuerunt, quando illa lupanaria perferebātur, statuta ciuitatum, ut mulier meretrix posset inuita ad lupanar duci: eo enim publico pudore, quae pro matronis haberi volebant meretrices, metu ne eō ducerentur, aliquādo continerentur. Et si propter maiorum causam, ne in eos forsitan infcios criminis pena extenderetur, in meretricibus nuptiis adulterantibus locum non habere placuerit. In hanc sententiam quoque Corn. Tacit. scribit de Drusi & Germanici agēs temporibus. *Eodem anno, inquit, granibus senatus decretis, libido feminarum coercita, cautumque, ne quatum corpore faceret, cui aui, aut pater, aut maritus, eques Romanus fuisset. Nam Vistilia praetoria familia genita, licentiam stupri apud adiles vulgauerat, more inter veteres recepto, qui satis penarum aduersus impudicas in ipsa professione flagitij credebant. Moris enim fuit, apud Adiles nomen profiteri: non prostitulis, sed meretricibus quae honestioris loci & quastus, copiam sui noctu tantummodo facerent. Ceteris feminis si deesse accusator publicus. Adiles ipsi probrosam foeminam agebant, ut notat Liuius. L. Vilius Tapulum, & M. Fundanium Adiles plebis, aliquot marronas probrī apud populum accusasse, & in exiliū egisse. Verum tamē iure omni scortationes & prostitutiones puniendae veniunt: ius namque ciuile Pandectarum, neque ei ignoscendum censet, quae obtentu paupertatis etiam turpissimam vitā elegit. Et Vlpianus, qui suppressit, inquit, *scortum libidinis causa, vel fores meretricis eadem ratione effregit, lege Favia, vel de vi non tenetur, hic enim turpius facit, quam qui surripit, sed quia scum facti ignominiam compensat, certe fur non est.* Ex quibus verbis constat, turpius hoc crimen ceteri furto & vi, & infamiam habere: ut non immeritō puniendum censent leges, leuius tamē si quis meretrices appellauerit vel sollicitauerit, quam si virgines & pudicas matronas. Iure Codicis Iustiniani, Imperator Constantinus, has meretrices, quarum venenis inficiunt animi perditorem, tormētis subiici iubet, ablatis omnibus, quae illis donata sunt aut liberis ex huiusmodi natis. Facta reuocationis potestate legitima sololi donantis scortationis, aut fratri, forori, vel aliis eius proximis. Quae lege certē leges anteriores meritō emendatae videntur, quibus recipiebatur affectiois causa donationes, erga meretrices: nisi quod verius puto, intelligamus donationes recepisse antiquos inhonestas in meretrices solummodō, quando turpis cupido scortandi ex parte dantis esset, non etiam si ex parte accipientis, hoc est, valere, quando scortatio secuta nō est, ex parte*

accipientis: sic interpretor Vlpianum, dum in hęc verba ait. *Sed quod meretrix datur, repeti non potest, ut Labeo & Marcellus scribunt: sed noua ratione, non ea, quod turpiter turpitudine versatur, sed solius dantis. Illam enim turpiter facere, quod sit meretrix, sed non turpiter accipere, cum sit meretrix.* De facta scortatione per verbum, sed de datione ut fieret. Neque etiam Antoninum & Dioclerianum & Maxim. officere arbitror dicentes, datum ob lenocinium repeti non posse: Siquidem etsi possemus illorum legem ad corrupta tempora dehinc emendata deferre, succurrit adhuc explicatio, ut non possit datum repeti ab ipso turpiter dante: quod allegans propriam turpitudinem nō audiatur. Ceterum non ideo praclusam aliis proximioribus donantis, repetendi viam arbitramur. Et in pari quidē causa turpitudinis meliorem esse causam possidentis, quam repentis, facemur: quando proximi, vel filij, vel cognati, vel pater turpiter dantis, repetit, non est par causa perentis, & possidentis meretricis, vel lenonis. Nec verissimile est Iurisconsultos, qui meretriciam artem reprobant, & puniunt, eas lucro dignas arbitratos fuisse, quas poenis subiiciendas responderunt: aut voluisse turpissimam vitam priuilegio hoc donare, supra iam commune, quod prohibet per illicitas artes donationes extortas ratas non haberi. Cū & Iulianus respondeat, mala fide eum quoque emisse videri, & idcirco nō usufructu, qui a domino emit luxurioso, & protinus scorto pecuniam datur. Et Vlpianus improbat oblationem eius, qui ex mandato adolescentis, sciens pro meretrice fideiusserit: quia fideiusserit ita, videtur quasi perditur pecuniam credidisse. Idem si directō mandasset pecuniam meretrici credere, non obligabitur mandati: quia contra bonam fidem mandatum sit. Neque oportet laudando factam donationem, augeri malitiam, quia & is persuadendo, ut amator sui esset, vel luxuriosus, mentem eius corrumpit donantis, & ita deteriore facit, ut vtrumque tradit Vlpianus & Paulus in seruo ad eum modum corrupto: multo magis, si quis putat liberum corrumpere, ut filium: cum patris interit animos liberorum non corrumpi. Nec nouum hoc videri debet, reuocari liberalitates per proximis ex lege Constantini: cum propter eandem infamiam, proximi fratres etiam rescindant, & de inofficioso arguere possint testamentum fratris, si in eo infamiae & turpem personam instituerit, ut idē Constantinus piē sancit: alioquin sine turpitudinis occasione reiciendi. Tanta autem est meretricum flagitiosa turpitudine, & foeditas, ut ob eā filia exheredari a patre possit. Scelus harum magnum, proprium corpus vendēdo minutatim, ut propola merces distrahat, quatum facientes ex membris contra ipsam naturam: cum quod nemo dominus membrorum suorum, tum etiam, quod liber homo non recipit estimationem. Indigne ideo aliquo iuris beneficio, ut pote quae ad pretij participandum se venundari passa sunt. Et proinde etiam summa infamia habitae apud Persas, qui tamen, ut diximus, concubinas probant, & in quas ut iure ciuili receptas, olim donationes collatae valebant, ut referat etiam Plutarchus Artaxerxem iussisse, Arbacem desertere & apud se transfugam delatum, notari, pro pena capitali qua erat puniendus duntaxat humeris meretricula (quae summa apud Persas ignominia fuit) in via publice tota die ferre ac traducere. Iustinianus

K Vlp. in l. idē & si obitupri, l. 4. s. quod si meretrici, de cond. ob turp. cau. l. 2. P. tit. 5.

l. 1. s. & l. mer. calēm, l. 5. eo.

m l. tranfactio ne finita, de trans. C.

n l. si seruus, s. de illo, de ver. oblig. P. l. si ob turp. de cond. ob turpem cau. P. l. in pari causa, de reg. iur. cū similib.

o in l. si quis cum sciret, l. 8. pro emp. l. 4. P. tit. 6. p. l. si verō non remunerādi, l. 12. s. adolefcēs, mand. lib. 17. P. tit. 4.

q Vlp. l. 1. s. ff. & Paul. l. 2. de ser. corr. p. l. 11. P. tit. 5. r Vlp. l. doli, l. 5. eo. s Paul. l. tūctum veniat, l. 14. eo. t d. l. C. de nat. liber. v Constantin. in l. fratres, l. 27. de inoff. testa. lib. 3. C. tit. 28. Iustina. s. i. eod. tit. x Diocl. & Maxi. l. fratris, l. 21. de inoff. testa. C. y l. idē l. 6. filiam l. 19. eo. s. si verō, vt cum de appell. cog. in auct. coll. 8. cōd. 12. z Vlp. l. liber homo, l. 13. ad l. Aquil. l. 9. P. tit. 2. a l. s. sed cum homo, de iis qui deiecer. P. 6. P. impo. in l. 3. q. ad liber. procl. non lic. l. 40. P. tit. 13. c. Papi. in l. donationes, in concubina, l. 2. de donat. P. excepto milite, l. 2. C. de donat. iur. vir. & vro. d. Paul. in Ar. l. 2. c.

a Valla, lib. 4. elegant. c. no.

b Xen. Apom nem.

Ausa

a Iustin. in l. si qua illustri. l. 5. ad s. c. Orf. lib. 6. C. tit. 56. b s. r. & toto rit. de lenoni- bus, in auth. c. l. palam, s. non est, de rit. nup. p. d. Valent. l. si de specta. li. m. C. tit. 40. e d. l. in. & l. si lenones, l. 13. de epif. aud. li. 2. C. tit. 7. cum similib. ibi notat. f Cio Cassius, libr. 55. histor. Rom. g Lamprid. in Alex. Seucero. h Aneas Syl. lib. 1. de dift. & fact. Alphon. c. 61. i Suet. Tranq. in Domitia. k Dio Cassius, lib. 56. hist. Roma. l Heracl. lib. de politis, in politia Cor. m Petr. Mart. in lib. noui orbis, de infu. nuper repert. n Suid. in ver. epif. o Athen. lib. 23. c. 32. p Demosthe. orat. cont. Andro. q l. in an. in arg. ratio. De mothe. cont. Andro. r Procop. lib. de adif. Iusti. s Aesch. orat. con. Timar- chum. t Deut. c. 23. v Exod. c. 20. z ca. fornicar. iij. s. diff. can. meretrices. 32. q. 4. y Horati. lib. Carmi. od. 25. z Plutare. lib. de virtutibus. 1. de animi tranquiil.

in ea lege quam se consecrasse pudicitiae profi- tetur. In mulieribus, inquit, ingenus & illustribus, quibus castitatis observatio precipuum debitum est, nominari spurios satis iniuriosum, satisque acerbum, & nostris temporibus indignum esse iudicamus. Illicitus itaque hic iure ciuili Romanorum meretricius concubitus, & lenocinium, & lenę capitali supplicio supponuntur, vel ea ratione, quod lenocinium non minus crimen dicitur, quam que- stum proprio corpore facere. Et Valentinianus in lenones, qui inuitis peccandi ingerunt necessitatem, exilium & metalli publici poenam statuit: soluta potestate, si quam lenones vel paternam vel dominicam in profecturas habent. Quam obrem nec Octavianus Caesar hoc vitium pati per- mit in filia Julia, quam ob luxuriam in insulam Pandarariam, quae sita ad Campaniam est, relegauit: Iulio Antonio, aliusque, qui cum ea rem ha- buissent, morte multatus. Et Seuerus imperator vetuit inferri in sacrum ararium lenonum vecti- gal, & meretricum, & exoletorum, vt ait Lamprid. Et apud Boemos inquit Aeneas Syluius, vectigal meretricum exigi nequit, apud quos lupanaria publica prohibentur. Domitianus Caesar lege perpetua mulieribus incontinenter viuentibus ademit facultatem acceptandi legata & heredita- tes. Octavianus Caesar filiam suam, quae male & luxuriose vixerat, quamque ob id in insulam ante relegauerat, humari in suo sepulchro vetuit testa- mento, etsi eam donatione dignatus fuisset. Exola quoque in aliarum nationum bene ordi- natis politis, quando bonos nactae sunt principes. Sicuti apud Corinthios Periander rex, omnes quae pudorem prostituissent, in vendas submerfit, teste Heraclide. In regione Palmaria in orbe no- uo navigationis Hispanicae comperta, quid sit coire, nemo intelligit, donec nubant, & morte piandum est, aliter accidere, vt ait Petrus Martyr. Scipio sortita, vt haruspices & vates, castis pepulit, teste Suida. In Ciorum ciuitati- bus neque amicas, nec tibicines intueri licet, vt scribit Phylarchus lib. 23. apud Athenam. Athenies eisdem & scortatores infamia, & dignitate adempta damnarunt: quorum lex & in- administrationem non admittendum, vt refert; Demosthenes P. & Libanius. Sustulit lenonum & meretricum Byzantij sodalitia Iustinianus, & co- uersarum in meliorem frugem monasterium aedi- ficauit, & reditibus abunde dotauit, teste Proco- pio. Athenis vir quidam ex ciuibus, cum filiam suam corruptam comperisset, eiusque aetatem ad nuptias vsque non probe custodisset, ipsam vna cum equo quodam in deserta domo conclusit, quo potro futurum erat, vt praefame absumere- tur, vt ait Aeschines. Iure diuino & pontificio certior quoque prohibitio, & scortationis vindi- cta: Non erit, inquit Deus, meretrice de filiabus Israel, neque scortator. Et rursum, non machaberis. Machiae autem nomine, continetur omnes illi- citae species, extra matrimonium, coitus. Et ita machos omnes scortantes vocat Horatius, dum sic scribit de Lydia meretrice, Inuicem machos anus arrogantis Flebis in silo leuis angiportu, &c. Et si meretrices, & simplex fornicatio aliquando & vt plerunque pro coitu illicito, citra incestum, adulteriumque intelligatur: & machus proprie citra extensionem mentis intelligatur adulter, si- cuti verba Plutarchi innunt, & ὁ ἄσπις μοιχοῦ τῆς

ἐτέραν γυναῖκα θαυμάζοντες, ὃ τὸν ἴδιον καταφρονούντες. Er D. Matthaeus, ὁ ἀπολαύμενος μοιχοῦται. Er apud D. Marcum, ἐὰν γυνὴ ἀπολύσῃ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, καὶ γαμήθῃ ἄλλῳ, μοιχοῦται. Er D. Lucas, πᾶς ἀπολύων, τὴν γυναῖκα αὐτῆς, καὶ γαμήσῃ ἑτέραν, μοιχοῦται. Er Plato, πᾶς γυναικα μοιχεύωνται. Sunt & eius rei plura passim obuia testimonia, quae pratermitto. Quia igitur meretrices tā turpes & infames per- sonae sunt, possunt imò debent à vicinia honesta, & pariter lenones & lenae expelli, vt cadauera foetida, quae contagione & visu sana inficiunt corpora: vt tradunt Ludouicus Bolognensis, Lucas de Penna, Nicolaus Boerius, Ioannes de Bla- nasco. Nec vnquam licere debet in loco honesto, inhonestas annotare, id est, videre & inuenire personas, vt ait Theodosius Caesar. Et turpia omnia ab obtuentibus & conspectu hominum summoueri oportet. Quinimo nouellarum iure, quae facem huiusmodi mulierum & lenonum domo sua non extruferit, adibus, quae profectibus, & in fiscum deferuntur, priuatur: sicuti & is qui passus est in sua domo falsam percuti mone- tam. Itaque & quando lupanaria permiffa erāt, ea procul ab vicis urbium honestis construebantur, vetitumque meretricibus, vt leprosis, aliis mulieribus non commiseri, ne exemplo vel colloquio corrumpere & polluerent metis egrediendi constitutis, quas citra poenam fustigatio- nis nō licebat illis transilire. Adhuc & certa nota illis vel signum impudicitiae definitum, vt qua- les essent, dignoscerentur, & opprobrio vel respicerent, vel inter matronas non irreperant, li- gula Tholosa ab armis dependens symbolū erat. Voluerunt quippe & leges discretum vestitum esse impudicarum mulierum, & matronarum, vt supra diximus in oneribus matrimonij, in secun- do onere: & vetitum matronarū vestes sibi vsur- pare. Vt de Iudaeis quoque inter Christianos de gentibus statutum est iisdem rationibus. Er Ro- mae prostabant meretrices extra mōnia vrbis in fornicibus, vnde submāniana dicta: sunt vxores non illepidē à Martiali. *Comuna Zoili quisquis potest esse, Submānianas cenet inter vxores.* Inde & fornicatrices, fornicari, & fornicatio, à fornicibus vilibusque locis, in quibus degebant ista χαμαῖονται, & lupanaria χαμαῖονταῖα seu πορνεία. Putauit Gelasius Pa. fornicationē esse om- nem speciem illiciti concubitus, etsi vt plerūque restringatur ad coniunctionem meretricum: co- cubinarum, solutarum à matrimonio, item & vi- duarum: non virginum, in quibus proprie stu- prum. Quod tamen latius Iurisconsultis parer: at raptum, aut cum vi: & incestum, cum constan- guineis & affinibus. Natuta quoque istos vene- reos actus tandem in authoribus, punit sicque Persius notat, *Hic campo indulget, hunc alea decoquit, ille In venerem putris. Sed cum lapidosa chiragra. Fregerit articulos veteris ramalia fagi. Tum crassos transisse dies, lucēque palustrem, Et sibi iam serui vitam ingenuere relictam.* Habiti & infames ipsi molles, vt Argyrius De- magogus à Athenis. Audierunt malē etiam olim Massilienses ob molliem, quod muliebrem in morem vestirentur colligatis capillis, & delibuti vnguentis: vnde in effeminatos dictū, ἐν μασσα- λίας ἄνδρες, ἐκ Μασσηλίας ἄνδρες. Vt pessimē etiam in- famati ob foeditatem irrationis Lesbij, vnde & prouerbum pro eo, λεσβίται, ὅς ἰσχυρῶς

a Matth. 5. & 19. c. b Marc. 10. c Luca. 16. d Plato, 2. de repub. e Lud. Bol. in secun. interpr. l. non aliter, de visu & hab. in P. f Luc. de pen. in l. si qua, de spectacul. lib. 2. c. g Nicol. Boer. in cōf. i. quod se quitur con- fect. Bitur. h Ioā. de Blan. in praxi crimi- nal. can. tit. de lenonib. i Theod. l. si qua in publi- cis, l. 4. de spe- da. & sent. li. 2. c. tit. 40. k Arcad. & Ho- no. in l. cum su- pra, de re mi- lit. lib. 12. c. l s. premiūm, de lenonib. in auth. m l. r. de fals. monet. C. n l. mima, de epif. aud. C. & ibi interp. o. c. in nūm- lis, de Iudaeis, ap. Greg. p Mart. lib. 8. q Gelas. in c. lex illa, s. cum ergo, 16. q. 1. r Inter libe- ras, s. ad l. Tu- li. de adul. p. l. inter stuprum, de verb. sig. c. nemo, 32. q. 4. can. Idolola- tria, 28. q. 1. s Perf. Satyr. 5. t Suides, in Ar- gitorio. v Suid. in ver. ix. x Idem in ver. λεσβίται.

De filiis ex illegitimis coniunctio- nibus natis. Cap. 3.

- 1 Natiuitates & mortes personarum quidam ma- gistratus Indorum perferunt abantur.
2 Natiuitates puerorum profestabantur Romani cum die & consule in aede Saturni.
3 Natiuitatis & mortis quoque edicto iussit Fran- ciscus 1. Gallia. Rex perferri tempus.
4 Filiorum nomen vnde Natum.
5 Filiorum diuisio.
6 Filij proprie dicuntur ex coniugio legitimo nati.
7 Filios, P. filii norunt ex proprietate sua.
8 Filium mater suum cognoscit esse, pater putat.
9 Filius adulterinus dignosci potest, si lac matris que alit illum, & alium concipit, corrumpi- tur.
10 Filij & liberi idem, sed longius liberorum & paren- tum nomen porrigitur.
11 Liberorum nomen, & de uno tantum filio dicitur.
12 Filiorum nomen ad omnes descendentes perti- net.
13 Fratris nomen ad omnes cuiuscunque gradus per- tinet proximis.
14 Filiorum naturalium & legitimorum dua species, sui & non sui: & qui illi.
15 Filiorum, alij posthumi, alij non: & qui huiusmodi: alij monstruosi, alij non, alij abortiu.
16 Filij naturales non erant ex more patris apud Phryges.
17 Nothus filius quis Gracis.
18 Spurius filius quare ita dictus.
19 Nothi, spurij & Manzeris differentia.
20 Manzer vel spurij arcebat ab ecclesia vsque ad decimam generationem.
21 Spurius esse, opprobrium est.
22 Adulterinus filius quis, nime. 2. 4.
23 Ex concubinitibus illicitis impis nasci, & iram Dei concitari.
24 Matri non creditur nupte, dicenti filium ex altero, quam marito se generasse.
25 Filij habitij suspecti, tanquam non ex marito geniti, maximam notam spuriorum habent.
26 Leotyrides regno Lacedemoniorum, vt suspectus spurij reiectus.
27 Assertio patris, naturalem filium faciebat legiti- mum, quomodo.
28 Filij illegitimi quando censentur, nati etiam ex ma- trimonio, sed ex publica honestate prohibito, sine Ecclesia permissione.
29 Illegitimi filij quoque, incestuosi, nefarii.
30 Illegitimi non censentur filij nati, 7. 8. 10. 11. 12. 13. mens.

Strabo. li. 15. P. Pud Indos, vt scribit Strabo, erant vrbis praefecti tertij ordinis, natiui- tates & mortes perferunt, & qua- do, & quomodo facta essent: idque tributorum gratia, non bona, malaue natiui- tates & mortes laterent. Roma quoque profite- bantur & nomina, diem & consulem natiuitatis pueri edebant. Capitolinus autem ait, M. Phi- losophum primum iussisse apud praefectos ararij in aede Saturni, vnumquēque ciuium natos pro- fiteri, intra tertium diē nomine imposto: & per prouincias vsu publicorū tabellariorum insti-

tuisse, apud quos idem de originibus fieret, quod Roma apud praefectos ararij, vt si quis forte na- tus in prouincia, causam liberalem diceret, inde ferret. Et alibi ait, Gordianum, filium nomine Antonini illustrasse: cum apud praefectum ararij more Romano, professus filium, publicis actis no- men eius insereret. Non assentior tamen Capito- lino, cum hoc institutum tribuat primum M. An- tonino philosopho, qui imperium adeptus anno domini 163, vt tradunt Eusebius, & Orofius in 7. c. 15. Ante quem tamen id ipsum receptum Romę testatur Iuuenalis, qui secundum Suidam vixit sub Domitiano, qui adeptus imperiū teste Oro- sio & Aurelio, anno Domini 84, vel secūdū alios sub Traiano, qui imperator declaratus anno Do- mini 102. Is autem Iuuenalis sic scribit, in pro- popoecia mulieris adulterae ad maritum, Nullum ergo meritum est ingratis, ac perfide, nul- lum, Quod tibi filiolus, vel filia nascitur ex me? Tollis enim, & libris actorum spargere gaudes Argumeta viri. Plato sanxit pro magistratibus legitime crean- dis, vt candidatorum vnusquisque in ara Dei no- men suum & patris, & tribus, & gentis in tabula scriptum deponeret, scilicet tempore quo comitia haberetur. Statuit Franciscus primus Rex Galliarum, vt quilibet natus & baptizatus no- men suum & patris & matris profiteretur, mor- tuorum quoque fieret professio apud curionem seu parochū, à quo tingeretur, vel vbi sepelire- tur, vt certa & mors & natiuitas fieret. Cuius ta- men constitutio, quod ad professionem natiui- tatis pertinet baptizandorum, paulatim abiit in- defuetudinem ex consulta conuientia magi- stratum: quando aliquot mulieres ex turpi con- cubitu partum edentes, inuentae fuerint potius maluisse partus necare, vel subtrahere baptismo, quam in eo patris & matris nomen fateri. Filij dicti videntur à Græca dictione παῖς ὁφθαλμῶν, ab amore, dicit enim Cicero, ἡσυχῶν ὁφθαλμῶν εἶναι παῖδας, genuinā & naturalem erga filios esse bene- uolentiam: vel secūdum Alciatum & alios, à nomine ὄφθαλμος, aut, vt aliis placet, à filo, id est, similitudine, quod procreati vt plerunque similitudinem pa- rentum referant, & in eam significationem Gel- lius filium vsurpauit, dum ait, Iustitiam ex sentē- tia Chryppi pingi forma & filo virginali, aspec- tu vehementi, &c. Filio, id est, similitudine. Filij, aut legitimi & naturales simul sunt, aut naturales illegitimi, aut naturales legitimi, seu legitimi facti, aut legitimi non naturales. Iulius Pollux duas species ponit, nempe gnesios, ex coniu- gio susceptos licito: & nothos, aliunde natos. Proprie & absolute filiorum pronuntiatio ad eos tantum pertinet, qui ex legitima nati sunt con- iunctione & matrimonio, legitimi & naturales simul dicti: lege & natura matrimonij approbā- tibus: & ex verissima presumptione ex alieno co- cubitu nō fuisse natos, quam coniugum. Alioquin enim difficilis filiationis probatio. Sic Augu- stinus Caiū Tectiū infantē à Tectio patre exhere- datū in bona paterna rescisso testamento ire decre- uit: neq; de statu filij post mortē patris queri pas- sus est, quē Petronia matre, quam Tectius pater quoad vixit in matrimonio habuerat, natū, veluti in proprio iure, & ab iis mutuo educatū esse ap- parebat. Nec licet hic patribus prole negare, nisi expresse adulterinā probet: quod difficile est, nisi esset vis quaedam propria singulari infita, quae in

d Capitol. in Gordia. e Iuuenal. Sa- tyr. 9. f Pla. dial. 6. de legib. g in regis Frā- cif. constitut. anno Domini 1539. arti. 50. & 51. 52. 53. h Cic. ad Ar- ticum. i Gelli. lib. 14. c. 4. k Iul. Poll. lib. Onomasti. c. 2. l l. filium, l. 6. iuncta glo. de iis qui sunt sui vel alij. iur. li. 2. P. tit. 6. Paul. l. quia semper, de in ius voc. li. 2. P. tit. 4. au- then. uic. soli, de natu. lib. C. m l. Lucius, l. 82. de condi. & demonst. n Val. Max. lib. 2. c. 7.

runt, πένθος δ' ἴσ' τὸν ἀνδρῶν κνήσους χεῖρας: id est quantum est hominis gestationis tempus. Et multa opinio est, eaque pro vero recepta, postquam mulieris uterus conceperit semen, gigni hominem septimo rareriter, nunquam octavo, saepe nono, saepe numero decimo mense; cuiusque esse gignendi hominem summum finem. Dixit rareriter septimo gigni, quia septimo mense non nisi pridie, posteroque plenilunij die, aut interlunio concepti, nascuntur, secundum Plinium. Qui & tradit, septimo mense genitis, saepenumero foramina aurium & narium defuisse. Et Galenus tradit in minori intervallo, quam sit anni dimidium, septimestres partus vitales edi posse, negasse Hippocratem voluit. Explicat & Hippocratem Vlpianus, dum respondit secundum Hippocratis sententiam, posse nasci 182. die partum, id est, media parte anni eaque nec integra, si consideremus annum vulgarem constantem 365, diebus & quadran- te, vt bissextilis 366, perficitur, cum tamen bis 182. reddant 364. dies. Sic Galenus iterum ait, Nullas planè celerius notat parere 182. die cum dimidio, & quibusdam horis: vel post exactum quartum supra ducentissimum. Atque ego, inquit, vnam mulierem reperi, quae centesimo & octuagesimo quarto die completo pepererit. Porro post decem menses mortis patris natum, non admitti ad legitimam hereditatem, Vlpianus respondit: illegitimum eum arbitratum. At postea placuit, & in 10. 11. 12. & 13. mense legiti- mum nasci partum, vt supra docuimus.

De filiis legitimatis, seu de legiti- matione nothorum.

Cap. 4.

Novell. quib. mod. nat. eff. leg. & sui &c. in Auth. col. 6. tit. 1. Quib. mod. nat. eff. sui, in Auth. coll. 7. tit. 1. Qui filij sint legit. lib. 4. Decret. tit. 17.

- 1 Notum interdum digni, qui eximantur à nota illegitimorum.
- 2 Illegitimi esse desinunt, dum sunt legitimi.
- 3 Legitimantur filij quatuor modis, Oblatione curiae, Si pater legitimos dixerit, Per rescriptum principis, Per subsequens matrimonium.
- 4 Adulterini & nefarii seu incestuosi filij, num legitimantur per subsequens matrimonium.
- 5 Legitimatō per rescriptum principis.
- 6 Filius spurius sacerdotis legitimari per rescriptum principis nequit.

Æterum interdum ita proficiunt bonis moribus & eruditione liberi nothi, vel aliis rebus, vt digni sint qui eximantur ab infami natiuitatis nota: sic enim apud Euripidem, arguit exemplo Pelus,

ἢ εἰ νόθος πείρηκε, πολλὰ δὲ τοι ἔργα καθεύων γλυκύνεισσι σπέρματι νόθοι τε πολλοὶ γνησίων ἀμείνονοι, id est, Licet nothus sit, certe saepenumero Arida satio fertile & pingue vincit solum, Multique spurij prestant legitimis.

2 Transeunt autem naturales illegitimi filij in legitimos suos, quando legitimi fiunt, dicunturque tunc legitimati. Quod fiebat quadruplici modo

primum, per oblationem curiae alicuius loci, si ipsi operas ipsi impendissent, vel illegitima naturalibus nuberet. Secundo, si illegitimum naturalem pater vocasset legitimum. Si quando hodie tamen vocaret filium bastardum, filium legitimum & naturalem, dubium esse posset, num haberetur pro legitimo: & num ille succederet exemplo legitimorum. Et actus distinctio opus esse crediderint, vt, si pater dixerit matrem fuisse sibi desponsatam, cum affirmatione filios ab ea susceptos, suos esse: tunc haberi illos pro legitimis per consequentiam matrimonij, si aliam vxorem non habuerit tunc cum genuit, aut si probatum, illam antequam etiã aliam duceret eum affidisse, vt dicitur, seu ei fidem dedisse. Nam promissio de futuro matrimonio sequente copula, facit matrimonium praesumptum, contra quod non habeat locum probatio. Quod si sola sit assertio patris, qua eum dicat suum, quemadmodum nihil illa prodest ad firmandum quod non est matrimonium, ita nec ad legitimandum filium iuuabit. Quare vt assertio patris nunc legitimum filium spurium faciat, cum his exigitur consensus viciniae, vt cum filium pro legitimo reputauerit. Solaque nominatio vel scriptura, non facit filios qui non sunt, & facit Imperator Gordianus pro hac sententia, Luculentius Valerianus & Galienus CC, Neque professio, inquit, neque asseruatio nuncupatum filios qui non sunt, veritati praedicit, &c. faciet tamen praesumptionem assertio vel negatio patris, vel matris, pro filio. Vel contra, donec contrarij probetur. Sed non praedicit veritati. Et videtur huius sententiae assertor Alex. 3. sum. pont. v. Videndus & pro hac quaestione, Guillel. Bened. addenda & consideratio matrimonij, prout monui supra. Tertio, per subsequens matrimonium cum concubina, ex qua liberi suscepti, initium: nisi aliud affinitatis vel alterius causa impedimentum subsit. Quod fit, vt incestuosi & adulterini non possint per matrimonium matris eorum cum patre contractum legitimari, quia lex huiusmodi coniugia abominatur. Quod tamen interpretes glossator Ber. intelligendum censet, si ea, cum qua adulterium committitur, sciuerit vxorem habere, non autem si ignorauerit. Cui certe ad stipulatur Innocentius tertius summ. Pontif. De nefariis autem & incestuosis spuris, ne possint villo modo legitimari sequente matrimonio procul à dubio est, eò quod, vt in impedimentis diximus, nullum possit in gradu prohibito recipi matrimonium iustum, si accusetur. Quod si liberi nati sint ex matrimonio contracto in gradu prohibito, distinctio alia, quae proximè in illegitimis distinguendis annotata est, adhibenda: neque ea ad spurios legitimandos per subsequens matrimonium pertinet, sed est alterius inspectionis. Quarto, legitimantur per rescriptum principis: princeps enim qui in manu habet legum auctoritatem, cui leges interpretari & abrogare licet, & potest gratiam praetoriam legum facere. Placuit tamen 6. Calend. Aprilis 1562, Senatui Parisiensi, nullatenus regis codicillis sacerdotis filium, iure legitimorum donari posse. Idem planè decretum regia sententia in eodem Senatu prolata 15. Calend. Octob. 1573, triduo post felicem Poloni Regis in urbem ingressum, teste Rhena- te Chopino.

k s. quod vero, quib. mod. nat. eff. sui, s. si denup. apud Iustitia. l. de nat. li. C. l. s. si vero is qui, quib. mo. nat. eff. sui, s. ad hoc vt lic. ma. & auiz in auth.

m ca. per tuas, 12. qui fil. sine legit.

n cis qui fidē, de sponsal. ca. per tuas, 6. de condi. apposi.

o ca. per tuas, & ibi gl. & Felin. stq. Pan. de probatio. p. Di. cleti. & Maxi. in l. non epistolis, 12. l. non nudis, 14. de proba. l. 4. C. tit. 9. q. Gordianus, in l. si pater, 4. de hered. insti. li. 6. C. tit. 22. r in l. neq; pro fessio, 5. de test. lib. 6. C. tit. 23. s. l. etiam matris, de prob. P. l. fin. cod. tit. v in ca. transmissa, 3. qui fil. sint legit.

x c. Raynūtius ad verba, Quae filij ex eo suscipiens, nu. 1. de testa. y c. 1. nu. 25. & seq.

z l. diui. Cōstā- tini, & l. cum qs, & Inuper, de nat. li. C. 6. fin. de incestu nup. colla. 2. in auth. ca. & ca. tanta, qui fil. sint legit.

a l. Claudius, de his quib. vt indig. in P. ca. cum habere, de eo qui duxit in matr. quam prius possue. per a. dul. apud Gregor.

b glo. in c. tanta, ad ver. alij, qui fil. sint legitimi.

c Innoc. 3. in c. ex tenore, c. 14. eod.

d s. si quis vero non habet filias, & s. si i- gitur, q. b. mo. dis nat. eff. legi. s. illud, q. b. mod. nat. eff. sui collat. 7. in auth. c. per ve- nerabile, qui filij sint legitimi.

e l. 1. & fin. de legib. C. f. Rhen. Chop. li. 1. de doman- tio Regis, tit. 11.

f Prouerb. ca. 6. Ecclesiast. c. 1. 1. 2. 12. & c. l. 4. Reg. 4. l. c. 10. m Eccles. 3. n Ad Gal. 4.

o D. Ioan. 1. Epi. c. 2. 3. 4. 5. p c. contra dō, c. 5. de cogna. spirit. li. 4. De- cret. tit. 17. c. 2. eo. in 6. lib. 4. c. 5. can. in ca- techismo, de consecra. dist. 4. cano. si quis vnus, 30. q. 4. q. Deut. c. 14. Esai. 1. Hier. 31. i. Tim. 5. s. Gen. c. 6.

De filiis legitimis tantum. Cap. 5.

- 1 Legitimi tantum filij, qui.
- 2 Legitimorum filiorum diuisio iure ciuili, in adoptatos & arrogatos.
- 3 Patres & filij, secundum legem alij, & alij secundum carnem.
- 4 Filiatio iure diuino secundum similitudinem generationis pluribus modis dicitur, creatione, operatione, confirmatione, principio, imitatione, doctrina seu eruditione, catechismo, beneuolentia, honore, potestate, nutritione.
- 5 Filij dicti Dei, regeneratione Baptismatis, & qui à nobis in regeneratione suscipiuntur filij nostri Iustitiae, & ex confirmatione, & poenitentia, spirituales filij.

Filij legitimi tantum illi dicuntur, qui à lege aliqua in numerum filiorum naturalium probatorum iure rediguntur, & pro filiis habentur, etsi non sint: quado similitudo quaedam cum naturalibus, vel aquare pluilegium omnino vel ex parte datur. Quamobrem non natura, sed similitudine & participatione illi filij sunt. Et quia multiplex potest esse similitudo, sic & multiplex ea ratione filiorum appellatio iure diuino in sacris literis, & iure pontificio. Iure autem ciuili, adoptione & arrogatione tantum recepta, quae & aliis iuribus cognata est. Sic patres alij sunt secundum legem, alij secundum carnem, vt notat D. Hieronymus.

4 Et breuiter sacra pagina à similitudine ortus, quae generationem à patre trahimus, creationem nostram tribuit filiationi, vt sit pater noster, qui nos creauit: solum enim & scriptura sancta, id filium cuiusque rei vocare, quod ab eo factum seruatur, vt Deus, pater caeli & terrae dicitur. Sic filij Dei etiam Angeli mali, oratione dicti. Et pater dicitur principium alicuius rei, vt pater habitantium in aeternis, Genesios 4. Et Tubal pater canentium citharae, eod. c. 4. Genes. Et à similitudine, quod filij vt plerunque imitantur substantiam & naturam parentum filius quoque dicitur alicuius, quod naturam illius imitatur: ita filij hominum, pro hominibus. Fortes filij Deorum & filij Belial scelesti. A similitudine quoque participatio substantiae paternae, qui erudiuntur doctrina aliqua ab aliquibus seu praceptoribus, vel gradu aliquo donantur, filij eorum dicuntur. Sic saepe Salomon quos erudit, in prouerbiis & alibi, filios vocat, saepeque illa voce, sili mei, vtitur. Sic filij prophetarum eorum discipuli dicti sunt. Et j. Samuel dicitur praceptor pater ibi. Quis est pater eorum? Et filij sapientiae iustorum. Sic D. Paulus, filioli, quos iterum parturio, donec in vobis formetur Christus. Atque hac filioli nominatione saepe vtitur D. Ioannes. Sic iura pontificia monent, per instructionem ad fidem seu catechismum contrahi filiationem, & cognationem spirituales. A paterna beneuolentia, quae summa est, & dilecti summopere quoque filij dicuntur. Sic Israelitae peculiari Dei populus, filij Dei dicti. Ab honore, & senioribus obseruandi, vt patres, & à senioribus iuniores erudiendi, vt filij. Sic in genesi, filij Dei dicuntur illi qui inuocabant Dominum, & honorem & obsequium cultus diuini offerebant. Sic amplectentibus fidē

a l. legitima, de pact. in P.

b D. Hier. in c. 1. Matth. 23.

c Matt. 23. Mat. lac. 1. & 2. Sap. 10. Esai. 62.

d Matth. 23. e Iob 1.

f Psal. 8. g Iob. 28. h Iud. 19. & 20. 3. Reg. cap. 21. 1. Reg. 2. 2. Paral. 11.

i Prouerb. ca. 6. Ecclesiast. c. 1. 1. 2. 12. & c. l. 4. Reg. 4. l. c. 10. m Eccles. 3. n Ad Gal. 4.

o D. Ioan. 1. Epi. c. 2. 3. 4. 5. p c. contra dō, c. 5. de cogna. spirit. li. 4. De- cret. tit. 17. c. 2. eo. in 6. lib. 4. c. 5. can. in ca- techismo, de consecra. dist. 4. cano. si quis vnus, 30. q. 4. q. Deut. c. 14. Esai. 1. Hier. 31. i. Tim. 5. s. Gen. c. 6.

Domini nostri Iesu Christi dedit Deus potestatem filios Dei fieri, qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Adoptioque haec filiorum Dei. Et ratione potestatis quae in liberos est, filius interdu dicitur, id quod in alterius iure & potestate est indubiè, vt, Filij mortis estis vos, id est, additi morti, vel ea digni. Ratione nutritionis, alumni filij, & quod nutrit pater vel mater: vt filij maris dicti ab Osea, vt pisces. Ratione generationis, quia Deus & Dominus noster Iesus Christus per proprium sanguinem lauit nos à peccatis nostris, & eius applicatione per sacramentum lauacri Baptismate renouamur, in nouum hominem, exuentes veterem: dicimur etiam filij Dei, fidem eius amplexi, & omnes fideles fratres in eodem patre Domino nostro Iesu Christo, renati ex aqua & spiritu sancto. Quod fit, vt illi quos ex sacro baptismate suscipimus, quibus Iustitiae sumus parentes: filij dicantur, & vulgò optimè filioli, vel Iustitiae filij: cum enim ministerij illis hac in parte praebentur salutis & regenerationis, paterni nominis etiam efficiuntur participes, & nascitur cognatio spiritualis. Similiter & per sacramentum confirmationis, siquidem à primo pabulo sacra- menti salis vsque ad confirmationem contrahitur vt dicunt summi Pontifices compaternitas. Suidas adoptionem Christianam dicit, quando ex sacris fontibus suscipitur. Pari modo filius filiae spirituales is eaque, dicitur, quem, quàmque, quis exomologesi vel sacramento poenitentiae sibi coniungit.

De adoptione & arrogatione. Cap. 6.

Lib. 1. Institutio. tit. 11. Lib. 1. P. tit. 7. Lib. 3. C. tit. 48.

- 1 Adoptio quid.
- 2 Filij sumi adoptione, non fratres, aut alij proximi.
- 3 Filij adoptati, prelati naturalibus.
- 4 Filiorum legitimorum seu adoptiuorum rationes, cur recepti. Filios cur relinquere nostra interest.
- 5 Adoptio duplex, Adoptio & Arrogatio, & quid commune habeant.
- 6 Adoptare mulieres sine gratia nequeunt.
- 7 Adoptare nequeunt, nisi qui generare possunt, & qui prohibeantur.
- 8 Adoptiuus non sunt temporarij, sed perpetui.
- 9 Sexagenarij num adoptio liceat, & quare vetita.
- 10 Arrogatio quomodo fit. Arrogatio facta auctoritate principis & rogatione populi, vnde arrogatio dicta.
- 11 Arrogandi per populum forma.
- 12 Arrogandi causas collegij pontificum dispiciebat.
- 13 Adoptio fiebat apud magistratum, penes quem esset legis actio.
- 14 Adoptio olim fiebat emancipationibus & manumissionibus precedentibus, hodie minime.
- 15 Arrogatio impuberis, curatoris eius assensum desiderat.
- 16 Adoptio quadruplici modo fiebat per principem, per legem curiatam, per praetorem seu magistratum, per testamentum.
- 17 Adoptare adoptariue qui possint.
- 18 Adoptare non potest, qui liberos proprios & naturales habet. Optioe aliter quare.
- 19 Adoptare minorē suū tutor vel curator non potest.
- 20 Adoptantur & filia apud Hebraeos.

t D. Ioan. Eu- ang. c. 1. v ad Rom. c. 8. & 9. & ad Ga- lat. 4. ad Eph. 1. 1. D. Ioannes epist. c. 1. x 1. Reg. c. 26.

y Osee c. 11.

z D. Ioan. Eu- angel. c. 3. D. Pau. ad Tit. 3. 1. D. Petri, 1. a ad Eph. 1. & 4. ad Col. 3.

b c. 1. de cogn. spirit. li. 4. lex. Decret. c. 1. & toto tit. lib. 4. Decret. 11. c. c. 1. 5. ex cō- firmatione, co in 6. c. 1. 30. q. 1. d. Suidas, in verbo BAPTISMA ad limina, 5. fi. & can. om- nes, 30. q. 1.

- 21 Arrogari nec arrogare potest femina, adoptari tamen: non autem adoptare potest iure Romano, aliter apud alios.
- 22 Adoptari unus tantum potest, & qui adoptari possunt.
- 23 Adoptati presentia exiguntur, & quando voluntas.
- 24 Arrogatio & adoptio transferunt in potestatem adoptantis adoptatum & suos.
- 25 *Ἐπιφύτων* quem dixerunt Graeci.
- 26 Adoptatis alia indebantur nomina retentis vel parumper illis immutatis.
- 27 Perdicum sagacitas in dignoscendis matribus.
- 28 Adoptandi inter Langobardos ritus.
- 29 Adoptio in Francia olim, & apud Hebraeos & Graecos usurpata.
- 30 Adoptati nunc in Gallia non succedunt ut filii. Adoptati, & alumni quomodo differant.

Actus legitimus adoptio dicitur, per quam in alienam familiam, ut ait Modestinus & Gellius, inque liberorum locum extranei sumuntur: idque, ut Theophilus testatur, in solatium eorum qui liberos non habent. Finguntur enim liberi tantum adoptione, non autem fratres, vel alterius proximitatis cognatio, testibus Diocletiano & Maximiano. Sic Ambrosius, *Aut natura filios suscipimus, aut electione: in natura, casus est, in electione, iudicium. Magisque sine consensu patris in adoptandis offendimus, quam in genitalibus filijs: quia genitales filios esse, ad naturam refertur: in adoptione dedecoris esse non nisi errori adscribimus.* Et forsitan ea ratione quod praestantes tantum in filios adoptabantur, adoptiuos praefereudos esse naturalibus Hadrianus Caesar persuasum habuit, atque Plinius Iunior. Sic Theodoricus rex Gothorum adoptans in filium regem Herulorum, inter cetera scribit, *per arma posse fieri filium, grande inter gentes constat esse praconium: quia non est dignus adoptari nisi qui fortissimus meretur agnosci: ignaui autem esse nesciunt quos iudicia pepererunt: ij enim gratiam non de natura, sed de solis meritis habent, quando animi vinculo obligantur extranei.* Horum legitimorum tantum liberorum inuitur, & quando de naturalibus & legitimis ex matrimonio iusto conceptis agitur, qui ex matrimonio sunt, dicuntur naturales, illi legitimi adoptiuus. Adoptionis ratio multiplex, & eadem, quibus habere interest liberos naturales iustos, in quorum locum ij cooptantur: nempe vt habeamus successores certos, qui ideò nos obseruent, & curam nostri habeant, ceterorumque insidias auertant, vt quae nomen familiae posteris superesset. Sic & Iocrates in fine agnetici sermonis, *dignum est, inquit, legi succurrere, quia nobis filios adoptare licet, ac de nostris consulare rebus, reputantes apud nos quod deseris nominibus, puerorum loco sit lex huiusmodi: propter hanc enim agnati, ac nullo se sanguinis gradu respicientes, magis inter se mutuo curamur.* Adoptio duplex, adoptio simpliciter, & arrogatio: adoptantur filij fami, arrogantur qui filij iuris sunt. Hoc vtriusque commune, vt in potestatem eorum, à quibus adoptantur vel arrogantur, & in familiam transeat, si autem sui: nisi hodie dentur in adoptione extraneo ex constitutione Iustiniani, & in locum liberorum, quos suscipere possent, veniant. Primum autem, nempe potestatis causa prohibet, ne mulieres adoptare possent iure communi, nisi ex gratia principis: quia in potestate liberos non haberent, nec

a Iactus legitimi, de re. iur. b Modest. l. r. de adop. lib. 1. p. tit. 7. c Aut. Gell. l. 5. c. 19. d Theophrast. lib. r. infit. de adopt.

e Dioclet. & Maxim. l. nec apud de hered. instit. lib. 6. c. tit. 24. f D. Ambr. ad Silianum.

g Dio vel Xiphili. in Adri. h Plin. in Paneg. Traian.

i lib. 4. epistol. Castrod. varia. epist. 2.

k s. u. de legi. agn. succed. l. fin. de his qui sunt sui vel alieni, iur. §. minus, de hered. que ab int. defer. l. adoptiuus. l. 5. de in ius voc. in P. l. si pater, l. 20. & l. non potest, §. de adop. in P. eum simili. l. 1. Orat. 7. m Modest. l. r. de adop. in P. §. 1. eod. ap. Iustin. n s. i. de adop. o s. fed. hodie, de adop. l. cū in adoptionibus, l. 20. eod. c. p s. femina, de adop. in P. Iustinia. l. 5. c. eo. l. nam & filij feminae, l. 21. eo in P. l. si iuspe. l. 2. §. nec abfens, de inoff. testa. q s. ceteri, de hered. qual. & dist. ap. Iustin. d. s. feminae, & l. 4. §. ad testamenta, de bon. post. cont. tab.

Alterum verò vetat, ne & viri quoque quibus impossibile per rerum naturam ducitur suscipere liberos, adoptare possint neue ad tempus fiat adoptio, ne filius sit temporalis. Naturam enim adoptio imitatur. Quamobrem minor maiorem, vel aequalem sibi aetate non adoptat: pro monstro enim, & impossibile est id natura. Pari modo qui vitio incurabili, seu morbo detinentur, vt sanari non contingat, quo inhibeat vxorem ducere & generare, nec adoptare, quoque possunt, veluti castrati: qui autem generare quidem morbo non possunt, verum contingit aliquando eo morbo liberari, & saltem potetia habiles ad generationem esse possunt, vt & steriles & spadones, iisdem & permittitur adoptio. Et qui vxores non habent, habere tamen possunt, si velint. Sic de sexagenariis placuit, quorum etas ad liberos procreandos lege Papia, vt antea diximus, inutilis habebatur. Et Aristoteles, post quinquagesimum quintum aut circiter annum derelinquere debere dixit in aperto procreandi studij, ac de cetero vel sanigatis vel alterius huiusmodi causa concubitu facere videri. Sexagenariis itaque adoptandi liberos erat facultas, qui autem intra aetatem eam essent, non vtique adoptare licebat, sed illis inbebarur potius liberorum procreationi vacare, nisi forsitan mores vel valetudo prohiberet, vt ait Vlpianus. Sic Cicero pro domo sua, *quod est, pontificis, ius adoptionis? nempe, ut is adoptet, qui neque procreare iam liberos possit, & quum patrem, si exoptet.* Arrogatio, id est, adoptio eorum qui sui iuris sunt, auctoritate tantum principali interueniente, iure ciuili fit, sicut rescripto principis, cū causa inquisitione, num honesta ea vel turpis adoptandi occasio: et si de impubere arrogando agatur, adhibita sufficienti cautione, de bonis restituendis, si impubes moreretur, iis quibus obuentura essent, si arrogatus non fuisset: vel eidem ipsi si eum emanciparet, item de non exheredando. Et factam arrogationem per populum Gellius testatur, & ideò arrogationem, quod per populi rogationem fieret, dictam, per hanc verba, *Velitis, inbeatis, uti L. Valerius, L. Titio tam iure legēque filius fiet, quam si ex eo patre, matreque familia eius natus esset: utique ei vna necesse in eum potestas fiet: uti pariendo filio est, hoc ita: ut dixi, ita vos, Quirites rogo.* Fiebat autem lege Curia in comitiis arbitris pontificibus: collegium namque pontificum causas arrogandi dispiciebat, & approbat vel reprobabat, vt ex Cornelio Tac. apparet, dum de Galba adoptare volente Pisonem agit, & ex Cicerone constat. Monebatur autem populus per trinundinum, de quibus futura essent comitia, vt inuitt Cicero, videndus Gruchius. Scribit tamen Cornelius Tacitus, quem alij dicunt primum historiae Galbam, arrogasse Pisonem Licianum, in castris apud frequentem militum cōtionem, Imperatoria breuitate more diui Augusti & exemplo militari, quo vir virum legeret, ac si diceret talem se filium deligere qui in periculis secum fortis obfisteret. Mos enim erat militum cum pericula & discrimen vitæ pugnantibus subirent, singulos sibi notos milites legere, quos antea ex praclaris facinoribus satis perspectos putarent, vt est apud Liuium lib. 9. Adoptio autem legis actio. Adoptionem praebant more antiquo emancipationes tres, & duæ manumissiones, quæ postmodum sublatae sunt, & statutu sufficere pro

r Caius, l. n. l. 1. §. de ius & leg. hered. P.

s Paul. l. si tibi filius, l. 34. de adoptio. P. r s. minores eod. l. si pater familias, l. 15. §. si. & l. adoptiuorum, l. 16. eod. P. v s. minorem, de adopt. l. arrogato patre, l. 49. §. nō tantum, eod.

x l. 2. §. illud, eod. P. l. arrogatio, §. si. eo. §. fed. & illud, eo. l. si seruus, §. si spadoni, de iur. dot. in P. y Paul. l. & qui vxores, §. 3. de adoptio. P. z in rationibus nuptia. a l. pen. C. de nupt. b Arist. l. 7. Politico. c. 16.

c Vlpian. l. si paterfamilias, l. 15. §. in arrogationibus, de adop. in P. l. nec ei, l. 17. §. tertio, eod.

d l. 2. & l. arrogationes, l. 6. eo. C. Caius l. 2. eod. P. §. adoptio, & s. cum aut impubes, eod. tit. apud Iustin.

e d. s. cum autem, l. nec ei, l. 17. §. eorum, de adop. in P. l. 2. eo. C. eod. Gellius, lib. 5. c. 19. f Marc. l. non enim, l. 8. & l. hanc aut cautio, l. 20. l. his verbis, l. 19. de adop. d. s. cum autem, eod. d. l. 2. C. eod. h Gell. lib. 5. c. 19. i Tac. lib. 7. k Cic. pro domo sua. l. Cicet. cont. Rullum. m lib. 3. de comitiis Romanorum, c. 4. n Corne. Tac. lib. 17. auna.

o l. 2. §. 4. de adop. P. l. 1. C. eod. & pro d. cita. iurib.

p Effer. c. r. q l. mulierem, C. de adop. l. nam & feminae, l. 21. eod. in P. s. feminae, eod. ap. Iustin. r Vlpian. in tit. ex corp. Iur. tit. 8. s Exod. c. r. t Arria. l. i. de expe. Alex.

v Paul. Emyl. l. i. no. hist. Frac. in Carolo. 6.

x Vlpian. l. si paterfamilias, l. 15. §. in. de adop. y l. si cū d. de rit. nupt. l. fin. de stat. homi.

pro adoptionis solemnitate adire competentem iudicem, & ex voluntate patris naturalis dantis in adoptionem, & accipientis, & adoptati, fieri: non autem agnatorum adoptati assensus exigitur. Si tamen impubes vel minor in arrogationem se det, certe curatoris auctoritate exigenti, etsi antea contrariè iure seruaretur, placuit. Ceterum & auguror, alio quoque modo apud Romanos factam fuisse adoptionem, quam per legem curiatam, per prætorem, & magistratum: nempe per testamentum, si tamen verum sit, quod scribit Suetonius in Tyberio, ca. 6. fuisse testamentum adoptatum à M. Gallio Senatore. Adoptari possunt & adoptare, quibus specialiter nō prohibetur, lege vel natura, filij, nepotes, extranei, in locum filiorum, & in locum nepotum, etiam si filios qui adoptat non habeat. Coccus Nerua Caesar M. Vlpium Traianum adoptauit extraneum à se, moxque in curia Caesarem designauit, vt ait Xiphilinus ex Dione in Coccio Nerua. Sic Adrianus adoptatus à Traiano post mortem Neruae. Et Adrianus successorem sibi delegit Antoninū: sed cum illi nulla virilis stirps fieret, Commodi filium adoptauit, adiūcto etiam M. Anno Vero, qui antè Catilius dicebatur. Memumque mortuo Vero Caesare, rursus adoptauit Adrianus Arrium Antonium, qui postea pius dictus est, eadem lege, vt idem sibi duos adoptaret Annium Verum, & M. Antonium, teste Spartiano & Capitolino. Iulius Caesar adoptauit Octauium ex Actia nepotem, cum liberos non haberet, eumque heredem imperij & fortunarum instituit, vt scribit Dio. Qui liberos habere naturales & legitimos, non potest adoptare, ne quis contemptis suis alienos, vt curruca auis, educet: cum liberorum solatium hoc iure tantum ciuili refarciatur. Etsi apud Vtopienis alia causa adoptandi sit: nam apud illos, qui aliam artem, quam paternam addiscere velit, dabatur in adoptionem illius familiae, qui artem illam appetitam exerceret, vt Thomas Morus. Veteratur tutori & curatoris adoptare suum minorem 25. annis, ne rationes interciperet. Adoptabant sibi & Hebraei filias, vt Mardocheus Hester filiam fratris sui. Sed iure prohibetur, ne arrogetur femina, nisi per gratiam principis, neue arroget: adoptari tamen potest, adoptare autem non iure Romano. Etsi apud Aegyptios longè aliter receptum fuisse constat, exemplo filiae Pharaonis, quæ adoptauit Mosen in filium: hanc filiam nonnulli tradunt dictam fuisse Thermutim. Refert tamen Arrianus, Adamam Cariae reginam adoptasse Alexandrum Magnam, neque eum filij nomine aspernatum. Vt & Neapolitani regni regina post obitum fratris Ladislai, Iacobus Borbonio Marchiae comiti nupta, dissidio cum marito orto, nec liberos habens, Tarraconensem regem Alphonsum primum adoptauit: hocque abdicato, postea Ludouicum Andegauensem tertium Secundi filium. Graeci autem in hoc Romanis similes, sic enim ait Icaeus Graecus, *Ματρός ὅ ἡδαις ἐστὶν ἐκ τῶν βίβλων ἀρὰ δὲ ὁμοίως ὑπαρξὶ τῶν ἀνθρώπων ἔσται μὴ τῶν ἐν τῷ πατρὶ ὀνομαζομένων τῶν οὐκ ἐκ τῶν βίβλων, id est, a matre nullus per adoptionem alienus esse potest, neque matrem habere potest, nisi propriam sine in gentilitate maneat sine inde migret.* Sed nec quis plures arrogare potest, nisi ex iusta causa, vt si diues valde: non libertum alienum, nō maiorem minor, vt notat Vlpianus. Suum libertum potest, & in seruutate à se genitum, ita tamen vt

libertus non ingenuus fiat, nisi natalibus restitatur, quod fieri solebat per principem. Non potest vel arrogari absens, vel dissentiens, quamuis in adoptione voluntas non admodum perpetuè exigatur, si adoptandus infans sit. Sicut Octavianus Caesar, metuens insidias, adoptauit Lucium statim natum, & Caium fratres, filios Agrippae & sororis suae, vt auctor Dio. Natura arrogationis illa, vt quando quis adoptatur, non tantum is in potestatem transeat adoptantis, sed & qui filij ei sunt, quosque in sua habet potestate, tanquam nepotes. Siquidem qui non est suae potestatis, alios in potestate sua habere non dicitur: Sic natus ex adoptiuo, adoptiuum locum obtinet. Sic apud Cornelium Tacitum, Galba apprehensa manu Pisonis in hunc modum locutus fertur, *Si te priuatus lege curiata apud pontifices, vt moris est, adoptarem, & mihi egregium erat, tum Pompei & M. Crassi sobolem in penates meos adscribere.* Graeci eum, qui omnino in alreid est, à familia sua abalienari, datum *εἰς ἰσοδοσίαν.* Nam & institutum antiquum erat, vt adoptatus ab adoptante acciperet appellationem, nomen tamen eorum quæ prius gesserat aliquid, aliter paulò formatum gessaret: vt Octauius antea adoptatus à Iulio Caesare, dictus est Caius Iulius Caesar Octauius, teste Dione Cassio. Neque enim per adoptionem dignitate quis amittit pristinam, sed augetur, non patria, non ius originis amittuntur. Atque iure codicis, in adoptionem extraneo datus, retinet iura patris naturalis, & alia coniungit: neque enim ciuilibus ratio vel fictio, quod iuris communis est, immutare potest. Quod & in brutis relucet, siquidem id verum est, quod Theodericus Gothorum rex Symmacho scribens ait, Perdicibus hunc esse morem, oua perditam per alterius matris damna refarcire, vt adoptione alienae sobolis, incommoda suae reparant orbitatis: verum nati mox vbi fiduciam habere coeperint ambulandi, in campos exeuntes cum matre, vt fuerint materna voce commoniti, ouorum suorum genitricem potius petunt, quamuis ab alia furtiuus foetibus educantur. Inter Langobardos seu Insuabres olim quoque adoptandi obtinuit mos sed paulò diuerso ritu, quam Romanis esset, nempe de ronsione capilli facta adoptati per eum, qui adoptaret: vt planum fit ex verbis Pauli Diaconi, quæ huiusmodi sunt: *Circa haec tempora Carolus Pipini filius Francorum Rex, filium suum ad Luithprandum regem Langobardorum misit, vt eius iuxta morem capillum susciperet, qui ei caesariem incidens effectus pater est, multisque regis numeribus donatum genitori remisit.* Neque enim aliquando Franci ignorarunt vsum adoptionis, sicut liquet ex eo quod Tritemmius referat, quod Clodouic anno 7. Sigibertus rex Galliarum in Auftrasia filius Dagoberti anno Domini 652. adoptauit Hildericum filium Grimaldi Maioris Domus, in filium & regni successorem. Hebraei quoque antiqui, & posteri adoptione vsi sunt, vt legitur apud Iosephum, Abrahamum adoptasse sibi in filium, natum ex fratre suo Aaramo & germanum vxoris suae Saræ. Apud Assyrios etiam adoptandi antiquissimum fuisse morem tradit Berofus, loquens de tertio rege Babyloniae Ninō. Eadem tempestate Dionysius Hammonis filius, armis sumptis Regam & Camelesum regno paterno pellens, & secum Osirim retinens, in filiumque

z l. final. de adop. in P. a Marc. l. 2. de natal. restit. l. 40. P. tit. 11. b Vlp. l. neque absens, l. 24. & l. post mortem, §. fin. de adop. C. l. in adoptionibus, l. 5. eo. c Modest. l. etiam infatim, l. 4. de adop. d Dion. Cass. lib. 54. e l. 12. de adop. P. §. 1. eodem, apud Iustinia. Vlp. in titulis, tit. 8. c. 1. f s. illud proptium, eod. l. si paterfamilias, in prin. eod. in P. & l. arrogatio, l. 40. eo. g l. si eueniet ad Iustinianum, de adulter. in P. h Iulian. l. ex adoptio, l. 17. de adop. in P. i Cor. Tac. lib. 17.

k Dio Cass. lib. 46. hist. Rom. l. 1. per adoptionem, de adop. P. m l. in adoptionem, in P. l. C. eo. n l. cū in adoptionibus, C. de adop. §. fed. hodie, eo. ap. Iustin.

o l. iura sanguinis, de reg. iur. in P. l. ius agnationis, de pac. in P. l. eas, de iur. natur. cum similibus. p Cassio. lib. 2. variat. epist.

q Pau. Diac. l. 6. de gest. Langobard. c. 15.

r Tritemmius, lib. breuia. an. Franc. in rege 52.

s Iosep. l. antiq. c. 15.

t Berof. §. de floracionis eadem ferme apud Dioc. Sicul. lib. 4. Bithieth.

adoptans, eum à patre suo Hammonem Iouem cognominauit, vti à magistro Olympo Olympicum, &que totius Aegypti regnum tradidit. Eodem anno virgo Pallas apud Tritonidem lacum infantula exposita ab eodem Dionysio Ioue Lybico etiam cognominato adoptata in filiam fuit, quae omnem militiam prima Lybicos docuit. Inter Graecos & receptam monet Plutarchus, dum ait à Pandide Aegaeum, ab Aegaeo Theaeum, vnde ei nomen adoptatum. Et lex extat Platonicis, vt qui plures liberos haberet, vno retento non habentibus alios in adoptionem daret. In Gallia tamen, inquit Masuerius, filij adoptiu non succedunt adoptantibus: quod & firmat Guillelmus Benedictus, Tiraquellus quoque,

a Plut. in vit. Thef. b Plato, libr. 9. de legib. c Masuer. in situ. de probatio. s. item si defunctus. d Guil. Bened. in repet. cap. Rayn. in verb. & vxo. nomi. decif. s. nume. 197. e Tiraq. traft. de retrac. gl. 3. s. 1.

Syntagmatis iuris vniuersi libri decimi Finis.

D E

qui & illis non competere ius retractus gentilitij tradit. Quamuis vt extranei, si instituantur, possint succedere, non enim prohibitum est extraneum haeredem facere. Caeterum hodie non vtitur iure hoc adoptionis, neque quod quis nutriet alienos liberos, erudiat, foueatque vt suos, ideo pater eorum vt illi filij dicuntur. Fuit enim & semper etiam tum. cum adoptio freques, inter adoptatum & alumnum discriminé: siquidem adoptatum vel instituere vel exhaeredare, vt filium, necesse erat, & legitimam ex lege relinquere saltem: at in alumno, quantumuis quis promiserit, vt filium habere, id ipsum non est necessarium. Neq; inhibita sunt nuptiae cum alumna, cum tamen cum adoptiua filia prohiberentur.

f L. extranei, de haered. insti. C. 5. 6. eo. ti. ap. Iustin. g l. si arrogator, de adopt. in P. h l. si quis cum filium, de ver. obl. in P. i l. si quis aliam suam, l. 2. de nup. li. s. C. tit. 4. s. eadem, qui. manum, non licet. k s. & hac adco. de nup. ap. Iudin.

DE PERSONIS SVI VEL ALIENI IVRIS, LIBER XI.

De libertate & seruitute in genere. Caput I.

- 1 Continuatio libri, & quod vnum genus hominum omnium natura. 2 Hominum diuisio in liberos, seruos, ingenios, liberos, & qui. 3 Libertas quid. 4 Seruitus duplex, corporis & animi. 5 Vis cogit. & ei resistere licet. 6 Captos occidere licet, sed humanius actum, vitam conseruando eisdem. Seruitus quomodo iuris & iuris gentium sit. eod. 7 Seruitus quomodo contra naturam, sed non contra ius naturale. 8 Ius naturale quomodo dicendum immutabile. 9 Ius ciuile, & naturale esse, & quomodo. 10 Seruitus iuris gentium, & iuris ciuilis quomodo. 11 Serui fiunt, & nascuntur. 12 Seruus impius, qui se ob pretium vendidit passus est. 13 Seruituti mors preponenda, & exempla eorum, qui morti elegerunt potius, quam seruire. 14 Libertas inestimabilis res, nihilque infelicis seruitute. 15 Ius dominandi in seruos, quibus rationibus probet Aristoteles. 16 Serui & liberi quidam natura, quidam ciuili iure: & vtile seruire aliquibus. 17 Libertatis frantum non est iure prohibitum. Libertas vera, obedire bene precipientibus, & legi. eod. 18 Dominatio & seruitus, in liberis personis potestas dicitur.



Superioribus libris personas, veluti nascentes & ex prima origine, satis distinguimus: nunc postulat ordo, vt eadem veluti natas, per accidentia, quae extrinsecus accidunt, perpendamus: ex quibus status illarum naturalis iure gentium, vel ciuili, vel imminuitur, vel impeditur. Itaque omnium hominum vna & eadem nascendi & moriendi conditio naturalis, ratione quoque status naturalis, vnum & idem erit genus, quod aliud nomen ab initio proprium non habebat. Quando autem cepit ille status subici, ceperunt distingui etiam ex accidente illo, alijs nominibus homines generaliter: nempe, vt qui statu suo pro nutu vti non possent, dicerentur serui: qui vero non fuerunt de sua dignitate deieci liberi. Sic apparuit libertas vt naturalis, quia prior & antiquior, eod quod ipsi repugnare cepit: & quia quidam dehinc ex

a Sapien. 9.

seruitute restituti sunt in libertatem, quidam autem nunquam seruerunt, facta sunt tria genera hominum, & totidem generales appellationes: alique ingenui dicti qui nunquam seruerunt, nec eorum parentes: alij serui, qui seruiunt: alij liberti, id est, liberati, relati ad patronos: vel ingenios libertini, quibus oppressa per seruitutem libertas, restituta est. Verum libertis nota & macula quaedam inter ingenios remanet, vt pote ob receptum beneficium, illis à quo acceperint, nempe patronis & eorum successoribus valde deuiuctis, vt Horatius de se dixerit ideo,

Quem rodunt omnes libertino patre natum. Cognoscimus autem ex finitione libertatis, & ex eius substantia, seruitutis & libertorum conditionem, & qualis sit. Concipitur porro illa à Florentino Iuriconsulto, & in iuris ciuili institutionibus, his verbis: Libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. Iuuenalis liberum existimare videtur etiam eum tantum, qui suo arbitrio viuunt.

Tu tibi, inquit, liber homo, & regis conuina videris. Sic Cicero libertatis proprium ait, viuere vt velis. Item Aristoteli videtur libertas esse, το ζῆν ἑπος τῆς βέλῃς. Plutarcus quoque, verae vitae liberum iudicium & liberam actionem esse dixit. Et Persius,

An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam Cui licet vt voluit?

Et Cicero, Tabella dat eam libertatem populo, vt quod velint, faciant. Verba reliqua finitionis, nisi quod vi aut iure prohibeatur, ostendunt à quo libertas illa minuitur, vel opprimatur, duplicemque seruitutem corporis & animi: vis quippe in corpore in externis, prohibitio autem iuris animum potissimum cogit. Vis est maioris rei impetus, qui repellit, vel saltem ex arbitrio, vel commodè non potest. Et Vlpiano vis, necessitas est, contraria alicuius voluntati. Quamobrem capti in bello, vi, amittunt vsum seruitutis, coguntur enim, & vt ait Virgilius,

Una salus victis, nullam sperare salutem. Qui enim nobis vim inferunt, possunt iure naturae vi repelli: qui mortem moluntur nobis, vt morte afficiantur, digni sunt. Et vt ait Ouidius,

Iudice me, fraus est concessa, resellere fraudem: Armataque in armatos sumere iura sinunt.

Quod factum est, vt captiuos occidere hostes liceret: tamè humanitate Caesarum & eorum qui ceperant, vita donati. Nam vt dicebat Pyrrhus,

Quorum virtuti belli fortuna pepercit, Et nos parcere equum est.

Ita iuris gentium dicta fuit seruitus, gentium inquam quia humanitate illa ferè omnes gentes vti soleat: at iuris, quod iustum certè & æquum est, vt ei qui potuit vitam adimere, vitæ fructus & operas debeas. Sic enim, contra naturam quidem libertas est seruitus, quia natura liberi nascimur,

b Vlp. in l. manumissiones, l. de iust. & iur. libr. 1. P. tit. 1. s. ius autem gentium, de iur. nat. ap. Iustin. libr. 1. s. 1. de lib. tit. 1. s. 1. de iur. perso. Martia. in l. & seruorum, l. de sta. hom. libr. 1. P. tit. 5. c Horat. lib. 1. ferm. Saty. 6. d Floren. l. libertas, de sta. homi. libr. 1. P. tit. 5. e s. libertas, de iur. perso. f Iuue. Saty. 5. g Cic. 1. offi. & in Partit. h Aristot. 6. Politic. ca. 2. i Plut. in vita alexand. k Cicero pro Flancio. l l. 2. de eo q. met. cau. in P. m Vlp. l. 1. eo. tit. n Virgil. 1. Aeneid. 3. o Floren. l. 3. de iust. & iur. P. s. cum actores, si quadru. paup. sec. dicit. s. qui cum aliter, ad leg. Aquil. in P. l. 1. s. vim, vi. de vi & vi arma. lib. 4. P. tit. 3. p Cains. l. 4. ad leg. Aquil. in P. l. 2. s. 1. quæ. licet, vnicui sine iudice vindic. in P. cum similib. q Ouid. 3. de arte. r s. serui autè, de iur. perso. l. libertas s. fin. de sta. homi. s. apud Cic. 1. offic. t canius gentium, 1. dist. l. manumissio nes l. 4. de iust. & iur. P. l. 6. id quod, l. 64. de codic. indeb. l. 12. P. tit. 6. s. seruitus autè est, de iur. pers. lib. 1. s. 4. s. ferui, de sta. hom. s. ius autem gentium, de iur. natu. v d. l. libertas, s. seruitus, de sta. hom. & d. s. seruitus, de iur. perso. cum similib. x s. ius autem gentium, de iur. natu. l. manumissiones, de iust. & iur. P.

sed non est contra ius naturale: nā qui abutitur sibi concessa potestate, indignus est ea. & priuari debet. Neque naturalia omnia quae sunt, incorruptibilia vel immutabilia sunt. Quiniam, sicut naturale est nasci: sic contrariis aduenientibus causis, naturale est per easdem causas corrumpi. Atque in iure naturali & illud obseruo, ius naturale esse immutabile, quādiu ius remanet, hoc est, quādiu iustum illud naturale habet rationes & aequitatem, quibus iustum dicitur: veruntamen & mutabile erit, quādo subductis columnis rationis & aequitatis, iustum dissoluitur. Quod accidit quādo rationes, quae aequum statuiebant, alij subortis causis notis, incipiunt minui, & superantur alia maiori aequitate: vt si quod antea proderat, alio adminiculo incipiat esse nocuum & perniciosum. vel si mali exempli fiat, veluti dñ Ezechias comminuit serpētem aeneum, qui antea summā venerationis fuerat, quia in idololatriam incidērat: populus. Sic ciuili ratio, iura naturalia nō corrumpit: naturalis alia opposita, si maior, & tollit, & corrumpit. Quomādo modum etiam & ciuili ratio, quae naturale habet causam, ferē semper comitem. Ratio enim vix dici potest, quae naturalis non sit, quae tamen non semper quod naturae communi congruit omnium considerat, se aliquando tantum societatis alicuius ciuili causam, vtq; commodiū alicuius vita instituat, habita ratione morum praesentis loci, & eius quod ibi saepius, quam alibi communiter inter homines contingit. Indēque ius ciuile, quod proprium cuiusque ciuitatis; hoc est, quod maximē conformatum est ritibus, & moribus receptis in ciuitate, partim cum iure naturae consentit, veluti cum fermēto aequitatis, & iustitiae & iuris, vnde tantum iustum: nec tamen per omnia ei inseruit, id est, non omnino secundum vniuersalem aequitatem naturalem statuit. Necessitas quippe societatum, interdum iubet ab ea aequitate desistere, vt propter frequentiam criminum, augeri poenas, aut propter mores sauiiores, & barbaros durius statui: interdum contraria causa minui, & aliter hinc expedit, aliter alibi leges temperare. Quae omnia tamen, etsi diuersa in locis diuersis & contraria, infra nihilominus sunt & aequa: sed diuersa ratione, & secundum quid, non secundum generalem considerationem iuris naturae in abstracto, sed secundum ius naturale in concreto, hoc est, pro cōuenientia subiecti, cui nomotheta iustum praescribit. Vt non dubitem ius naturale & in iure ciuili esse, verum in illo concreto appellationem ciuili dominari. Et tamen si sanctiones ciuiles non sint consonae rationi, ius non faciunt quantumuis ita nominentur, sed corruptelam: si autem consentiant cum ratione, cum ea naturalis sit, ius quoque ciuile, & naturale hoc modo erit, & in concreto dici poterit, & ratione contractionis ad illam vel illam ciuitatem, ius naturale & ciuile quoque. Ea ratione seruitus & iuris gentium est, & iuris ciuili, nec contrariari hanc iuri naturali, sicuti aliqui absolute perperam rati sunt, arbitror: ratio enim naturalis recipit, sui esse defensorē, vimque repellere, & aduersum nocentes, bellum, vt ad bona cogantur, iuste & rite mouere. Recipit quoque humanitatem, recipit & beneficiorum retributionem: recipit igitur ex istis natam seruitutem. Et quia is non genuisset liberos, qui captus fuit, si fuisset occisus, debere non tantum seipsum, sed & suos conseruatori, non erit valde difficile colligere. Vnde serui & nasci, & fieri di-

ciuntur: siue captiuitate, & alijs modis, de quibus eunt de seruis agemus: nascuntur, qui ex illis nati sunt. Quibus alia species iuris ciuili Ro- mani accessit seruatorum, eorum qui tantum beneficium naturae contemnentis libertatis, ad pretium participandum se venditari passi sunt, maiores viginti annis, pluris facientes pretium vile, quam seipsum. Et verē certē isti serui natura, cum seruile spontaneum habeant, & imminutum à ratione animi. Nam etsi iniquum est, liberum asseruisse eum qui seruus est, longē iniquius tamen seruum sanxisse, qui liber est, ait Aristoteles. Brutis isti insipientiores, quae seruitutem quoque abhorreant, bestiae quippe, vt ait Cicero, quas delectationis causa concludimus, cum copiosius alantur, quam si essent liberae, non facillē tamen patiuntur sese contineri. Dixeruntque, qui benē philosophati sunt, seruituti mortem praefereendam, vt Cicero. Eaque ratione Dardaniae mulieres, seruitutem credebant miseriam turpissimam, filios pueros, quos in vlnis baulantes, in gurgitem fluminis, ne in hostium potestatem venientes seruirent, proiecerunt, acclamantes, Vos certē non seruietis. Sic Xanthij se & suos potius combusserunt, quam Bruto captiui se dederent, teste Philone Iudaeo. Et mulieres Celtae ex Cennis deuictis ab Antonio, captiuae elegerunt potius mori, quam seruire. Inastimabilis res libertas habita merito, nec gratius quicquam libertate praestari potest. Sicuti, vt ait Cicero, & Seneca, nihil infelicius seruitute, vt etiam ea mortis comparatur, & serui pro nullis habentur. Pluribus Aristoteles firmat ius dominandi in seruos, & docet graue non videri oportere. si quis eius, qui vim afferre potest & potentia praecellit, seruus fiat, & subditus is qui vim patitur: quod semper id quod superat, est in excellentia alicuius boni, ex quo fit, vt vis non abique aliqua virtute esse videatur. Atque seruos quosdam esse secundum naturam, alios liberos: & quibusdam expedire, & conducere, & prodesse seruire, qui se regere nesciant. Imō naturam seruilia quaedam corpora ideō robustiora fecisse ad necessarios vsus, alia verō ad ea inutilia. Et natura quidem omnia corpora virtute praestantia, & animo nobilia facere, & ex bonis & rationalibus homines similes generare vult, sed plerumque non potest: necessariumque ideō in naturae conseruatione humanae, vt alij obediant: alij praesint, alij imperent & dominantur, alij seruiant. Sic enim mutuo membra se fouent, & qui ingenio pollent & sagacitate, imperio, & sanctione, & gubernatione, hebetes & improuidos ab errore, lapsu, damnōve praeseruant: qui verō iuuant, mutuo officia & obsequia rependunt. Quocirca qui vitij sordescunt, & illis nolunt abire, nec monita prudentum, & rationis, quae in arce animae imperat, perficiunt: etsi corpore alijs non seruiant, tamen verē serui & mancipia vitiorum sunt, ab illis superati. A quo enim quis superatus est, illius est seruus, vt ait D. Petrus. Edidit librum eius argumenti eruditum Philo Iudaeus, Quod omnis probus liber sit: ea ratione, & omnis improbus & delictis scatenus seruus, non habita ratione externae dominicae potestatis, vel libertatis. Idipsum quoque rectē probat multis Persius Satyra 5. Et veram libertatem à sapientia, quam nec praetoris erat stultis dare vindicta, nec veram libertatem, quam seruis pilea donant. Idipsum & ex Stoicorum rationibus exornat Cicero in Paradoxis.

a Cic. pen. Par. rad. b Cic. 4. ad He renn. c D. Ioannis, c. 7. d Aristot. libr. 2. Rhetor. ad Theod. c. 21. e Pers. Satyr. 5. n. d. s. serui autē, l. 1. quibus ad libe. procl. non lic. P. l. f. ministerii, & l. non ideō, de liber. cau. C. o Aristo. Proble. sect. 2. q. 11. p Cicero, de finibus. q Cic. Philo. to. & 1. Officio. r lib. quod omnis probus sit. s Xiphil. ex Dion. in Ar. rorino. Casp. ca. 1. t s. sed cum libertas qui & à quib. manu. lib. non fiat, l. libertas, de reg. iur. P. v. l. Paulus, de fidei commiss. libert. in P. x Cic. Philo. 2. 10. & 12. y Senec. epist. 12. z l. seruitutē, de regu. iur. l. cum hic status s. i. de don. int. vir. & vxo. a l. quod attingit, de reg. iur. b Aristot. libr. 1. Politic. ca. 3. & 4. h l. quaedammodum, s. magistratus, ad leg. Aquil. li. 9. P. l. iniuriarum s. i. de iniur. in P. i Plutar. libr. de discret. adulatione, & amici. k Gene. 1. Ad Roma. 8. Eccles. c. 11. m Job, ca. 11. n Iacob. 1. c 2. Petr. 2.

Paradoxis, & alibi: & qui facit peccatum, seruus est peccati. Et Aristoteles sententiam illam adfert, Nullum hominem esse liberum: nam aut fortunae, aut pecuniae seruit. Quamobrem ex finitione, libertas frantum necessarium accipit, vt non liceat quod iure prohibetur. Sic Persius, Vindicta postquam meus à pretore recessi, Cur mihi non liceat iussit quodcumque voluntas, Excepto si quid Masuri rubrica vetantis? Et quae leges fieri prohibent, ea in nostra potestate non censentur: habetque lex vim cogentem imperio, sed ad bona: vnde vis proprie non dicitur, nec improba, imò libertatis verae conseruatrici, & libertatis per vitia laesa, medicina vitiorum, & pharmacum. Immoderata quippe libertas, iam ex eo quod immoderata est, ad morbum peruenit: nimium enim omne & excessus vitium est, in medio natura rei: Vt in corpore sua crasi temperato, dissolutio illius, & defectus, & excessus morbus est. Atque ingenium animusque dum sui abutitur libertate, videtur iam obsessus, & seruus praeter naturam: siquidem seruitus est obedientia fracti animi, & abiecti arbitrio suo carentis. Ideo vt non culpatur Chirurgus, vel Medicus, dum salutis aegroti sollicitus, impatientiam doloris & curae aegrotum, & pati & sumere pharmaca medicata, nouaculamque & ferrum cogit: sic nec magistratus vim inferre dicitur, vel libertatem opprimere, qui leges exequens, ferum, & poenas, metum, & coactionem infert improbis, vt meliores reddantur, & à seruitute voluntaria respiscant, restituanturque sanae libertatis: nec iuris executio iniuriam habet. Vera, inquit Plutarchus, & amica libertas peccatis imminet, salutem ac medicam adferens molestiam non secus ac mel, quod ulcerofo mordet ac repurgat, alioquin incundum & vile. Sicut agitur omnis humana creatura, prona est ad malum ab adolescentia sua, & vanitati subiecta est, ita verē natura serui homines sunt, etsi liberos se putent. Et quo magis eo in statu proficiunt, tanto amplius à libertate vera deficiunt. Et stulta est illa libertas, seu verē perniciofa seruitus eorum, qui legum benē docentium praescripta excutiunt & dissoluiunt: nam illa est libertas ferina & indomita, vt Iob in annotat, dum ait, Vir magnus in superbiam erigitur, & quasi pullum onagri, se liberum natum putat. Contrā virtus est libertas perfecta à D. Iacobo dicta, eō quod quis sine coactione legis recta perficit, & qui metu legis recta faciunt, sub seruitute legis quidem sunt. Item qui principibus, praetoribus, Deoque, rectora monentibus parent, sub illorum potestate seruiant, sed illa seruitus ratione vitij est, & libertatem operatur. Quamobrem ista dominatio, & seruitus in personis, quae liberae sunt, potius dicitur potestas. Itaque primum de liberis istis personis, potestateque earum, & de nominum diuersitate, potestatis ratione: postea Deo fauente, & de seruatorum nomenclatura, & de personis, quae ex illis considerationem aliam ab ingenuis recipiunt.

De potestate in liberas personas. Cap. 2.

- 1 Potestatem alterius eget, qui se tueri & defendere nequit.
- 2 Personarum quaedam sui, quaedam alieni iuris.

- 3 Potestas, & potentia quid.
- 4 Potestatis nomen quid contineat.
- 5 Potestas alia publica, & alia priuata.
- 6 Publica & priuata potestatis species.
- 7 Potestatis omnis priuatae per ordinem necessitas, & historia consequentia repetita.

Prima lex naturae est, teste Plutarcho, vt qui ipse se tueri non possit, eius ad eum redeat imperium naturae, qui possit. Quamobrem & iuri naturae consentaneum est qui se regere non possint, ab alijs se regi patiantur. Hinc ex personis quaedam sui iuris esse, quaedam alieni dicuntur, id est, quaedam suae potestatis & arbitrij sunt, aliae in alterius potestate. Potestas à potentia, ea autem secundum Speusippum est id, quod per se ipsum est efficax: habitus, inquam, quo potentes efficimur, excellentia in dicendis seu agendis. Et ita potestatis verbum latē patet, eoque plura significatur, sed contrahitur ex hypothese cui accedit: in persona magistratuū, designat imperium in persona liberorum, patriam potestatem: in persona seruatorum dominium, in alijs copiam & facultatem, vt distinguit Paulus Iurisconsultus. Nos autem haec clariū alia diuisione concipiemus, vt distribuamus potestatem legitimam in personas, de alia enim nec institutus est hic sermo, in publicam & priuatam. Sic enim legitimum & ius bipartitum est. Publicum, ad statum communem pertinet principaliter, & consequenter ad vtilitatem singulorum, Priuatum, ad singulorum principaliter vtilitatem, & consequenter ad totius reipub. componendam symmetriam, & conseruandum vniuersale corpus. Ita publica potestas, quae publicam in omnes habet autoritatem: priuata, quae non in omnes, sed ad aliquos pertinet singulares. Publicum consistit in sacerdotibus, principibus, magistratibus, populo: priuatum in reliquis. De priuata prius agamus potestate, quae praeludia ad publicam docet, & ex qua composita conseruat, veluti ex membris, publica: vtraque enim est administrativa & gubernatrix, sed priuata paucorum, publica plurium. Constituemus autem potestatis priuatae in personas species octo, primam circa domesticos, secundam in vxorem, tertiam patriam, quartam tutoriam, quintam curatoriam minorum, sextam curatorum furiosorum, septimam curatorū prodigorum, octauam dominicam. De quibus omnibus ordine, Deo iuuante, pertractabimus hoc libro: antea tamen harum omnium historiam memoriae causa, hac methodo & deductione disce, filo quodam necessitatis & consequentiae paucis contextam. In principio Deus optimus Maximusque cum hominem Adamum ex limo formasset, & perfectissimum opus perfecisset infusando animam, dominum eum totius mundi constituit, & omnia potestati & pedibus eius subiecit, adiutoriumque ei simile coniunxit mulierem, sociam diuinam & humanam domus. Quocirca ex hac aequalitate nascitur potestas communis marito & vxori in domesticos, secundum cuiusque sexus munera. Sed quia mulier prima abusa est hac libera communi potestate, & perniciem molita sibi viroque, facta est in posterum subdita viro à Deo: Ideo nata est maritalis potestas. Et quia retenta est coniunctio vtriusque, & liberi nati sunt, Cain & Abel, edoctusque vel ipso scelere parricidij Abelis

a c. priuilegiū, ar q. 3. c. postea quā, s. his ita, 24. q. n. c. vbi illa, & can. ge. sta, 24. diff. In no. 2. in ca. tuatum, ca. 11. de priuilegiis, Decreta. titu. 21. l. auxilium, de minor. b l. nihil tam naturale, de re. qu. in. P. l. 1. eo. tit. ap. Greg. c. 5. sed natura lia, de iur. nat. gen. & ciu. d. Alex. in c. dilecti filij, c. 2. & ca. suggesti, c. 9. de decem. lib. 4. De cret. tit. 3. ca. quid per nouale, de verb. signif. c. 4. Reg. c. 10. f. Num. 21. g l. eas, de cap. dimiunt.

h Vlp. l. ins ciuile, l. 6. de iust. & iur. P.

i l. 3. de iust. & iur. cum similib. sup. circa. k l. ex hoc iure, eod. s. ius autē gentium, de iure nat. Vlp. l. hostes, l. 24. de capti. li. 49. P. tit. 15. l. 1. sed etsi l. s. cōstituit, de petit. hered. in P. l. Artilius, de donatio. P.

o s. i. de iis qui sunt sui vel al. iur. l. i. eo. in P. p. Speusip. li. de definit. Plato.

q Paul. l. potestatis verbo, l. 215. de verbo. sig.

r s. huius studij, de iust. & iur. & Vlp. l. r. s. huius studij, eo. in P.

s Paul. 8. t Gen. 2.

v Gen. 3.

x Gen. 4.

mariti, in illis quæ viro suo sunt necessaria. Idem in illam l. notat Andreas, in additio. Ad Bart. vbi plures alios eius sententiæ adfert. Idem Barto. eadem tradit in l. 1. §. si. per illum textum, de iniuriis. Imola, in l. rei iudicata, §. fin. solut. mari. Citat & alios affectas Boërius, in commenta. ad consuet. Biturig. ad tit. de consuetud. iuris & status persona. §. 4. glo. 1. Quibus & suffragari videtur l. filia licet. l. 2. de collatio lib. 6. C. tit. 20. glo. in §. 1. in ver. parentis, & ibi Angelus, ad Senatufc. Tertul. Ego tamen arbitror verius esse in potestatem mariti iure Romanorum vxorem transiisse, si mater facta fuisset, & in manum viri cõuenisset, quod probauimus satis superque, quado de ritibus ageremus matrimonij substantialibus. Videtur enim pater cessisse ius suum marito. eam ei tradendo nuptui, sicut ex verbis Catulli apparet.

Virginitas non tota tua est, ex parte parentum est, Tertia sola tua est: noli pugnare duobus.
Quis genero sua iura simul cum dote dederunt.

Et iure Romano succedebat materfa. vt filia marito, ex alle ab intestato: etsi liberi essent, vnâ cum illis b. Et expressè Gellius e trãfite per cõemptio nem & ritum legitima vxoris in manum mancipiumque mariti tradit vel in eius potestatem, sub cuius potestate fuisset maritus. Iura reuerentiam etiam eas maritis debere, quæ non possit vllis pactis vel obliquè lardi, tradunt d. Quod & firmat Aristoteles e, & Plutarchus f. Et Venuleius Iurific. §. imò, inquit, magis de vxore deducenda, & pater etiam qui filiam in potestate habebat à marito reuolte conuenitur. Cui consentiunt Cæsares h. In quo potestas marito decernitur supra patriam, cuius ratione exhiberi sibi filium quis tantum postulat i, ad instar cuius remediũ hoc marito pro vxore cõpetit k. Ne bene concordantia matrimonialia iure patriæ potestatis turbetur, vt ait Vlpia. l. Neq; ad rem facit l. si vxorem, de cõditio. infer. C. nam ibi non probatur vxorẽ remanere in potestate patris, vel nõ esse in potestate mariti. Neque etiam §. si. l. r. de iniur. in P. vbi quidẽ verũ est dici, filiafa iniuriam pertinere ad patrẽ & maritũ, sed tantum abest, vt ibi marito potestas denegeret, quin potius cõfirmatur. Dum & marito pro vxore, sicuti & patri pro filia datur actio iniuriarũ, & cuique fiat reparatio iniuriæ m. Iura enim sanguinis patris per nuptias non dirimuntur, quia in dissolubilia sunt n: verũ & iure paterno remanente, non eundem inficias & ius in personã vxoris marito esse. Et latius id probatum videbimus, dum effectus istius potestatis enuero. Atq; si concedamus sub potestate patris nuptã esse posse, tamẽ liquidò constat maritalem potestatem potiorẽ: quando iura naturalia, paterna potissimum, sacra tecta remanent. Sunt autem effectus valde notabiles ex iure ciuili pendentes & probati Romanorum, quos sine causa, id est, potestate esse posse nemo, vt opinor, iustè dixerit. Primũ, quod ratio nem eius vxor tenetur marito obsequia & operas potius, quàm aliis coniuuctissimis personis prestare o: & querit quod ex sua opera lucratur marito p, quia ex rebus & occasione mariti præsumitur acquisisse q. Sustinet onera & curam eius maritus, vt secũdũ naturam sic ad eundem & peruenire commoda r. Et nota certè plenã potestatis illa, qua filius non sibi, sed patri omnino quærebat, vt inferius Deo iuuante in patria potestate: mulier autem hinc non patris, sed mariti quærit iure. Nisi mulier habeat parafanalia, ex quibus lucrata & negotiata sit, vel videatur: ea enim ad lu-

crum mariti nõ pertinent s, vt diximus antea. Vel 12 nisi societatem bonorum omnium inierint cõiuges, tunc enim quæ sita communia vtriusque sunt, & diuiduntur inter eos iuxta consuetudinem Parisensem s, quæ etiam potest vtroque iure comprobari pontificio v & Cæsareo x. Mulierque tunc tanquam negotiatrix & obligatur, & obligat v sibi etiam maritum z: quamuis pro ea obligatione conueniatur tantum, in quantum facere potest, id est, deducto ære alieno, & ne egeat a. Secundum istius potestatis effectus, quod vxor 13 à viro potius, quàm à patre corrigi & iudicari debeat b: possitque detineri compedibus ab eodem c. Ex lege Romuli vxor si aliquid peccasset, pœnam luebat ex mariti læsi arbitrio: atque de huiusmodi criminibus cognati cum ipso cognoscebant, in quibus violata esset pudicitia, etsi deprehensa fuisset vinum bibisse, vt ait Dionys. Halicæ. d. Vinum quippe bibisse illis tunc Romanis erat capitale, ne matrona in aliquod dedecus prolaberentur: quia proximus à Libero patre: intemperantiæ gradus, ad inconcessam Venere m esse consuevit e. Quo casu si patria potior potestas, ea ad patrem pertineret emendatio, vt videbimus suo loco, Deo iuuante. Cæterum hæc castigatio vxoris moderata esse debet f, vt paterna, causaque præcedere: nam temere vel leuiter, quàm par sit vxorem verberare, non conuenit coniugi, & verbera ab ingenuis mulieribus aliena sunt: vt olim Iustiniana g. constitutione, ob id tertia parte donationis propter nuptias multaretur maritus. Et Suidas h tradit olim proditam fuisse actionem κακώσεως, malæ tractationis, quæ daretur pupillis dotatis contra maritos, & filiis contra parentes, & defensoribus pupillorum contra tutores. Tertius effectus, vt ratione istius potestatis vxores à viris, non viri ab vxoribus defendi debeant i. 4. Vt mulier tanquam subdita 18 teneatur sequi maritum ab eo iussa k. Et in summa l vnaqueque vxor, tam in vita, quàm in morte virum suũ sequitur, id est, & in sepultura, si locum nominatim non elegerit. Atque Valerius Messallinus aduersatus Seueri Cecinnæ sententia est, quæ non probabat vxores conuocari debere magistratus in designatas sibi euntes prouincias, nullum honestius leuamentum laboris & angustiarũ ratus societate ipsa vxoris: & quod hic sexus sit natura inualidus, & vix præsentem custodia conferuari possit periculosisque committi suæ custodiæ, si tandiu sepentur per absentia in modum dissidij fœdera, vt narrat Cornelius Tacitus m. Et Cæsares probant in militia vxores sequi viros, eaque militaribus donat priuilegiis n. Tantus enim est huius vinculi conjugalis nexus, vt nullo modo, aut vix ferre possit separationẽ o. Notat & Barto. p vxorem sequi virum debere etiam peregrinantem & errantem, si eius conditionis tunc esset, dum ei nuptiã, vel si modicæ & honestæ contingant, non assuero proficisci peregrinationes: quod certè ex responso Scæuolæ q Iurific. rectè in simili specie colligitur. Cæterum si vagari per orbem postmodũ & præter solum anteã morem velit, non esse iniungendam necessitatem vxori eum sequi vbicumque, sicuti de liberto respondit Paulus r. Porro num exilio damnatum sequi teneatur, lex certè nulla mentem subit quæ iubeat: plura tamen exempla optimarum matronarũ suadent, atque ratio, quod coniu-gũ sicut honores & bona dextræ fortunæ cõmunia sunt s, ita & fortis infelicitatè æquum esse ad mulierem

1. et si de pecunia tua, de don. int. vir. & vxor. C.
 1. confu. Paris.
 v. c. 2. de don. int. vir. & vxor. Scæuol. l. imò. ra. §. fin. de ali. & cib. leg. P. y Paul. l. ex diuerso, sol. mari. in P.
 2. non tantum, de re iudica. al. sunt q in id q facere possunt. eo. in P. b. c. c. iur. al. r. r. ius. 4. q. 1. c. cap. plac. 33. q. 2. d. Dio. Halic. lib. 2.
 1. 4.

e Val. Max. lib. 2. c. 1.
 f can. duo ista. 14. q. 3.
 g l. consensu, iuncta athen. fed. nou. iure, C. de repud. h Suidas, dum de uantia agit.
 i l. 2. de iniur. P. §. patitur. eod. tit. ap. Iustina. k c. si quis necessitate. 34. q. 2. c. 1. de coniu. leprosi.
 l. ca. vnaquaque, 13. q. 2. vi. de decil. cap. Tholof. 86. & ibi Aufser.

m Cor. Tac. li. 3. Annal. facit l. obseruare, de offic. proconf. l. P. n. l. r. & 2. de vxor. mili. lib. 2. C. tit. 32.
 o l. pierique, de adil. edic. p Bart. in l. Meua, §. r. de an. no. leg. in P. gl. in c. r. de coniu. leprosi. q Scæuo. in d. l. Meua, §. r.

r Paul. in l. q. nisi l. 20. de op. libert. lib. 38. Tit. 1.
 s l. f. c. de nup.

s l. f. c. de nup.

mulierem quoque peruenire: voluntariè tamẽ, & vt afflicti coniugis miseria eo solatio vtuncque releuetur. *Quid enim,* inquit, Vlpia: a. *tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem esse?* Sulpitia cum à matre Iulia diligentissimè custodiretur, ne Lentulum Crustulionem virum suum à Triumuiris præscriptum, in Siciliam prosequeretur, nihilominus familiari veste sumpta, cum duabus ancillis, totidemque seruis, ad eum clandestina fuga peruenit: nec recusauit seipsam proscibere, vt ei fides sua in coniuge proscripto constaret b. Erythea vxor Phalaridis tyranni in exilium missi, repudiatis Pythonis nuptiis magis virum sequi maluit: quod reiciens Pytho, veneno ei mortem propinavit c. Hippocratea Mithridatis d regis vxor, victum à Cn. Pompeio maritum per efferatas gentes fugientem, animo pariter & corpore infatigabili sequuta est, vt eo solatio, cum domo & penatibus vagari se crediderit, vxore simul exulante. Scio tamen Atheniensium ciuiles leges aliquando prohibuisse, ne exulantes viros vxores sequerentur, quas tamen pleræque bonis moribus instructæ contempserunt: sicut vtrumque inuenit Æschines, ad senatum populũque Atheniensem scribens, his verbis, *Mater me exulante vnâ mecum nauigauit, vnâ quoque cum vxore que mecum profecta fuit, quamuis pater eam prohibuisset, ac leges fortè cogere manere, dum mores potius quàm ciuitatis leges edocta esset.* Notatur & vxorem sequi debere maritum in carcerem e. Quintus effectus, vt in quibus locis recepta est lex, vt sit sub potestate mariti vxor, ea non possit esse in iudicio sine auctoritate mariti, vt ex consuetudine Biturigum constat, & in eam notat latè Boërius f exemplo filijfa, qui in iudicio sine auctoritate eius, sub cuius potestate est, esse non potest s. Et ea ratione cogitur pater ei auctoritatem præbere inuitus. Et Imbertus h tradit id ipsum, sed degentes in prouincia, quæ iure scripto regitur in Gallia, non esse istius necessitatis, & sine auctoritate mariti, posse eadẽ iudicio legitimè per se interesse, deciso arresto senatus Parisiensis anno 1527. o. Marr. quem inferuit in thapsodia sua Papus, vbi tamen alia arresta, quæ auctoritatem mariti exigunt sine illa distinctioe, adfert i. Quod tamen intelligendum, si maritus sit absens, nam tunc non esset expectandus ob euidentem vtilitatem, sicut de filiofa dictum k. Quod expressè in hac hypothesi Baldus notat l. Item quando sine auctoritate mariti iudicium contra vxorem latum: diuersum autem si in illius fauorem, nam tunc valet exemplo minoris m. Excipiuntur etiam causæ criminales, pro quibus sine auctoritate mariti in iudicio esse & damnari potest, vt notant interpretes n. Sextus effectus, vt huiusmodi nisi cum auctoritate mariti contrahere nõ possit, vt notat Petrus Ancharanus o, & alij p. Vt conueniatur tempore matrimonij ex eo tradit Tiraquellus sub finem libri de legibus conubialibus, vbi tamen illud singulare obseruandum, mulierem ita sine auctoritate mariti contrahentem soluto matrimonio posse ex eodem contractu conueniri. Intelligenda autem hæc cum temperamento sunt, primũ in contractibus in quibus incommodum versatur vxoribus, non his quæ vtilia ei sunt. Sic enim sine auctoritate contrahit mariti, & adit hæreditatem, vt tradunt interpretes q: si tamen opulenta & lucrosa per se videatur sine dubio hæreditas, non aliter, vt sanior

interpretum opinio tradit r exemplo minoris s. Verũ & illud notabile, absente marito mulierẽ rectè contrahere vrgente necessitate t. Quamquã Baldus v tutius existimet facturam, si mariti loco auctoritas publica iudicis adhibeatur. Præsentiam 25 autẽ mariti solam, auctoritatis vicem in actu habere placuit Angelo x. Foran, quia in quibus mulier de propriis contrahit, reuerentiã & honor maritalis inspiciatur, & auctoritatem præsentare dicatur qui se probare dicit id quod agit, etiam si nõ interrogetur, intelligat tamen quæ agantur y. Et qui tacet, non vtique fatetur, sed tamen verum est eum non negare z. *Et quid expectas,* inquit Ciceron in Catilinam, *loquentium auctoritatem, quorum voluntatem tacitorum perspicis?* Quinimo & Boërius a scribit, cõmunem esse opinionem, eamque sequendam interpretum, qua cõtractus ab vxore sine mariti auctoritate factus, per lapsum decem annorũ firmari possit, vt præsumatur solemnitas interuenisse requisita à lege vel à consuetudine. Cui accedo sententiæ, sed non ea solum ratione, quia omnia præsumantur solemniter acta ex lapsu tẽporis, vt ait Vlpia, b nam ea præsumantur nõ excluderet probationem cõtrariam c. Vix enim est, vt recipiã quod ab initio nõ valuisset, tẽporis solo cursu cõualescere d, quado persuaum habeã solũ tempus non esse modũ inducendæ obligationis e. Sed existimo recipi, quia cõtractus gestus sine mariti auctoritate, nõ sit quidem inutilis proflus: sed tantũ ea ex parte, vt nõ possit agi ex eo cõtra mulierẽ pendente matrimonio, postea tamẽ possit, vt supra docui. Quare lapsus temporis facit nõ ratũ cõtractũ & validũ, sed efficacẽ ad agendũ, cum per maritum, cõsensum in eo quũ tacuit, videatur. Neq; nouũ in iure est, pactum valere, etsi agi ex eo nõ possit tunc, cum sit, sed in futurum: vt filiofa, pacisci potest f, ne de dote agat, cũ sui iuris esse cõperit: & filiofa, de eo quod ei sub cõditione legatum est. Et confirmatur sæpe cõtractus, qui potuit infirmari submoto impedimento & nõ proposito: veluti apud Martialẽ iurisconsultum, fundum dotalem maritus vèdens & tradens, decedente muliere in matrimonio, & dote cedente euelli potest g. Quamquam si in eum casum nõ incidisset dotale prædiũ, non potuisset legitimè defendi emptio, vtpote prohibente alienationem & obligationem lege h. Excipitur etiam in hac quæstione prohibitionis cõtractuũ, casus in quo liberẽ & cum effectu cũ nupta contrahitur sine auctoritate mariti, si ea sit mercatrix publica. Cõtractus quippe de ea negociatione, quam exercet sine marito rati sunt i. Sic enim eo casu, cum filiofa, etiam licet cõtrahere sine consensu patris k. Soluitur hæc potestas maritalis morte mariti, per 28 quam vxor fit libera à lege viri l.

De patria potestate. Cap. 5.

Lib. 1. Instit. tit. 9. Lib. 8. C. tit. 47.

- 1 Filij sui dicuntur qui in potestate parentum.
- 2 Filij ex iustis nuptiis procreati in potestate parentum sunt, maritum non feminarum.
- 3 In filios potestatem Romani propria sibi faciunt, verum iurigenium esse docetur.
- 4 Filij iure Gallico in potestate parentum cum vita & necis auctoritate.
- 5 Eadem in liberos potestas necis Persis, Mosconi-

r Barto. in d. l. more, de acq. hæred. l. in l. Barbar. col. 1. de offi. prætor. Alex. in l. opud Fulianum, §. si pupillus, de acq. hæred. s l. contra iuris ciuili regulas de pact. in P. §. de auctor. tuor. t. l. si legius, §. 1. de iud. l. cum filius, de reb. cred. in P. v Bal. in l. rãf. ad iur. C. de transf. x Angel. cons. 183. col. 1. y Vlpian. l. 1. §. si. l. a. & P. 6. in l. 3. de auct. tuor. lib. 26. P. tit. 8. z Paul. qui tacet, l. 1. 2. de reg. iur. a Boer. in §. 4. titu. de stat. & iur. person. in cons. Bit. vbi interpretes adducit pugnantibus. b Vlpian. l. scis dum, l. 30. de verb. obli. lib. 45. Tit. 1. c glof. in d. l. sciendũ, per l. iurigeniũ, §. quod ferẽ, de pact. in P. d l. quod ab iniur. de reg. iur. e l. obligatio nem ferẽ, de ecclio. in P. f Paul. l. & hæred. l. 22. §. filiofa, de pact. lib. 1. Tit. 4. g Martial. l. fundum dotalem, l. 17. de fund. dora. l. 23. l. titu. §. P. cum vir, de vscap. h l. 4. de fund. dot. in P. l. §. cum lex tu l. 3. de rei vsc. act. C. §. qui vxores alien. lic. vel non. i §. 4. de stat. perso. in consuet. Bitur. & ibi Boer. k Bald. in l. Ma cedoniani. in vlt. q. ad Macedon. Franc. Areii. consil. 73. col. 3. l. c. pen. & fin. de fec. nupt. ad Cor. 7.

a Cat. in car. mi. nuptia.

b Dio. Halic. in 2. l. 2. vnd. vir. & vxor. C. c Gell. lib. 8. c. 6.

d Lalia causa, l. 15. §. eleganter, sol. mari. in P. e Aristot. 2. econo. c. 1. f Plut. in prec. conub. g Venul. l. 2. de lib. exhib. lib. 43. P. tit. 29. h Dio. & Max. in l. si inuita, l. 1. r. C. de nup. lib. 5. tit. 4. i Anto. l. 1. C. de lib. exhib. lib. 8. tit. 8. k l. si ad instar, §. tit. 8. l. si ad instar, C. eo. l Vlp. l. 1. §. fin. eod. in P. l. diffidentis, C. de repud. l. fin. de fut. cum fm. milib. ibi not. m Paul. l. cum qui nocetem, l. 13. de iniur. lib. 47. P. tit. 10. n l. cum in ad optiuis, C. de adopt. l. iura sanguinis, de regul. iur. l. ius agnationis, de pact.

o sicut, de op. pe. libe. in P. p Fan. in ca. xiteris, de re. si. spol. l. sed si vir ex lana sua, de donat. int. vir. & vxor. q Pompo. in l. si quæ. l. Quinzus Mutius, de don. int. vir. & vxor. lib. 22. P. tit. 1. l. etiam, C. eo. r l. fecundam naturã de reg. iur. l. fin. §. fed. cum in eã par. tẽ, de furt. C.

4 Vlpian. l. si cum dote, l. 21. §. si marit. sol. mari. lib. 24. Tit. 3.

b Valer. Max. lib. 6. ca. 7.

c Phalar. epist. 45. ad Ertheoni cum scribens. d Val. Max. lib. 4. c. 6.

e gl. in c. vnaquaque, 13. q. 2. f Boe. ad cons. Biturig. in §. 4. de consue. iur. & sta. perso. in verbo, Mari. g c. si de iudic. in §. l. n. s. necessitate, de bon. que libe. C. l. 1. §. fin. de auctor. tutor. h Imber. in manuali iuris scripti. i Ioh. Pap. lib. 7. Rhapso. are. fo. lib. 2. ar. 15. & seq. k l. si longius §. r. de iudic. in P. l Bald. cons. 444. in 1. vol. m non eõ mius, l. 14. de p. cau. l. 2. C. tit. 3. n Interp. in auct. sed hodie de offi. iudic. & in auct. sed no uo iure, de cõf. reor. o Anch. cons. 384. p Bol. in cõ. si 20. lib. 4. cõ. fil. Signor. de Homod. conf. 166. Bald. lib. 3. conf. cõf. 444. Pan. cons. 40. vol. 2. Boer. ad cons. Bitur. ad §. 4. tit. de cõ. iu. & sta. perso. lo. Fab. in l. si h, c. de pact. q Barthol. & Alex. in adit. ad l. apud Iulianũ, §. si pupillus ex quib. cau. in postica. Imol. Pau. Bal. Ang. in l. no. re, §. 2. de equi. hæred. Ang. in l. 2. per glof. ibi. de accepti.

eruant potestate, magis propriis obsequiis mancipato...

a Deut. 21. b Sibyl. libr. 2. Oracul.

...δοσι δὲ γογγύει ἐν τῇ καρδίᾳ...

Et damnabuntur scilicet, omnes qui in senectute patres relinquunt...

c Xenoph. lib. 2. de gest. & dict. Socra.

4 gentes. Xenophon e quid apud Græcos hac de re fuerit sancitum...

Ingratitudinem & rebellionem vel contumaciam filij Grannij Clotharij primus Clodouei filius...

d Gag. li. 1. c. 5. & lib. 2. c. 1. e Paul. Emil. in Clotha. f Annonius li. 1. de gest. Fr. g Lucia. in abdicatu. h Eurip. in Supplicatu.

...τοῖς τεύχεσι γὰρ ἀδύνατος ὄντων...

---Parentibus enim Infelix, quisquis non muniam officij reponit gratiam...

Pulcherrimo quippe munere dato vicissim A liberis suis iisdem remunerabitur, que parentibus dederit.

Multò magis & indigni sunt beneficio accepto ij, qui non solum non rependunt beneficia...

i Guil. Bened. in annota. 2. ad ver. in eodem testamento relictus, nu. 4. e Rayn. par. 3. de test. k l. 1. de liber. & eor. liber.

exuebatur, hac formula, super sedeo, inquit, te habere...

l Val. Maxi. li. 2. c. 1. dum de Areopag. agit. m Idem eo. n cap. fin. de postul.

De iure matris in filios. Cap. 7.

- 1 Iura naturalia patri debita, & matri debentur. 2 Matri ac patri honor a filiis debetur. 3 A matribus apud Lycios & Locros genus repetitum, non a patribus. 4 Mater num magis contribuatur generationi filiorum, quam pater. 5 Matribus alimenta filij debent, & alia ut patris.

o l. pen. de lib. agnos. lib. 25. P. tit. 4. p reg. iur. secundum naturam c. qui sentit, cod. lib. 5. sed cum in secundam, de furt. C. q Exod. c. 20. r Ecclesiastici c. 1. s Eccle. 3. t Exod. 1. c. 21. non satis, s. ceterum, 86. dist. v Herod. in r. x Cic. pro Sex. Roscio. y Aristot. 1. de nat. animal. z Censor. de die nata. a Nemes. de nar. homi. ca. 1. 4. b Plutar. de plac. philof. c Aucten. lib. 3. de natu. homi. c. 2. 4. p Cæl. Rhodig. li. 3. lectio. antiq. ca. 42. e l. quia femper, l. 5. de in ius voc. P. l. Lucius, de condit. & demon. str. in P. f l. si quis à liberis, de libe. agnos. l. 1. 2. de alen. lib. C. l. filia, & l. nec filium, de par. po. vide quæ diximus in 9. onere matrimoniij sup. lib. 9. c. 19. g Pli. li. 8. c. 33. h Idem lib. 10. c. 23. i Idem lib. 10. c. 33. k Phala. Pauroloæ fil. epist. 19. l tit. de senat. Offici. & Tertull. ad Senat. Tertul. & Officia in P. C. & Insti. iur. ciuili. m vt in l. pen. de fideicom. lib. 4. 4. 0 l. 1. s. 1. de rei vend. P. o l. 4. s. parentes, de in ius vocan. l. 2. P. tit. 4.

Hæc quæ dicta sunt, & quæ mox dicentur in effectibus patriæ potestatis, etsi omnino in matre locum non habeant...

Iura

Iura vel effectus patriæ potestatis. Cap. 8.

- 1 Inestimabilis patriæ potestas. 2 Pater non potest cogi liberare a sua potestate filium, nisi in 4. casibus. 3 In filios necis vitæ potestas cur data patribus. 4 Minorem triennio prolem non licebat necare parentibus. 5 Pœna acerbitas coninet magis improbos. 6 Filius & pater pro eadem persona. 7 Necis ius in filios sublaturum desuetudine. 8 Adulteram quando patri filiam, & marito uxorem, & ubi occidere liceat. 9 Filios castigat iure proprio pater, & castigandos ex arbitrio dat iudicibus. 10 Filij contra parentum senectutem prospectum quare. 11 Filios tempore fumis licuit vendere patri. 12 Filios ter vendere, ter manumittere, quando & quomodo licuit. 13 Filiorum trina venditio permessa apud Mosconias. 14 Emancipatio terna, & manumissio duplex in adoptionibus quid erant. 15 Filias & sorores vendere prohibuit Solon, nisi inuentæ illæ fuissent cœuentes virgines. 16 Emancipati non reducebantur iterum in potestatem sine causa tempore Modestini, vt antea lege Romalea. 17 Filiusfa. olim patri omnia querebat aduentitia, hodie quod perinet ad vsum fructum. 18 Castrensia & quasi nullo iure quesita patri à filiofa. nec in vsum fructu. 19 Filiusfa. testari non potest de aduentitijs etiam volente patre, quare. 20 Filiusfa. ad pias causas cum consensu patris de aduentitijs testatur. 21 Filiusfa. in Gallia nihil etiam in aduentitijs acquiri patri preter commoditatem & administrationem. 22 Filiusfa. querit profectitia omnia patri etiam in Gallia, vt iure antiquo. 23 Casus alij, in quibus pater non habet vsum fructum in bonis filijfa. 24 Filijfa. laici non possunt esse in iudicio sine auctoritate patris, exceptis causis spiritualibus. 25 Filiusfa. in quibus sine patre in iudicio esse potest. 26 Filiusfa. accedere patrem quare aduersario vitale sit. 27 Filiusfa. quando sine patre agit & experitur. 28 Filiusfa. in criminalibus publicis sine patre agere & conueniri potest. 29 In filiumfa. 25. anno iudicium iure Delphina. valet sine auctoritate patris in Gallia. 30 Filiusfa. in Gallia habetur pro emancipato, idè agit sine patre, & contrahit, &c. 31 Filiusfa. non potest sine consensu patris uxorem ducere. 32 Pater præfertur omnibus tutoribus & curatoribus filij. 33 Læ nulla inter patrem & filiumfa. esse potest, & quando. 34 Filius emancipatus patrem in iudicio vocans, vel alium matrem, debet impetrare veniam à

Indice.

- 35 Læ inter patrem & filium in Gallia hodie. 36 Pater filiumfa. inuitum apud alium existentem repetere potest. 34 Filiusfa. pater tantum s. bstituit pupillariter.



Nestimabilis existimata est patriæ potestas, vt nullo pretio inuitus pater adigi possit filium emancipare...

a Iulianus fam. lib. 1. de eod. vulgarem, de leg. 1. in P. nec a. un. de emancip. lib. C. b Marcell. in l. non potest, l. 3. de adop. lib. 1. P. tit. 7. c. anth. filio. nes, d. episco. aud. C. d l. fin. si a par. quis fuerit, manum. in P. e l. si cui, de cod. & demon. str. in P. f l. nonnulla, l. 2. de adop. g l. fin. de pat. pot. C. Dio. y. Hall. in 2. & 8.

h Idem Halic. lib. 2.

i Geil. lib. 20. c. 7. k Claudia. In. rise. in l. aut fa. 2. l. 2. s. si. de pec. lib. 4. P. tit. 19. l. 1. ad leg. l. l. i. ep. C. l. quicunque C. de heredi. l. Arifor. 5. E. th. c. 6. & lib. 1. M. ign. Miora. c. 34. m l. fin. C. de impub. n s. e. i. v. de inu. l. stipula. o l. v. i. m. de iust. & iur. Cic. no. sic. p l. Dicus A. grianus, ad leg. P. in pe. de par. tit. 1. q. Papi. l. nec in ea leg. 2. 2. l. 1. de a. d. u. l. 4. P. tit. 5. r C. de ar. l. si de par. pot. h. C. tit. 2.

Potestas necis fit expressè adempta. Id enim fuit necessarium in seruis prohibere, quòd domini eos amore quo filios non prosequuntur. In filiis non fuit necesse expressè prohibere, satis prohibente natura: qua quis partus suos & diligit & conseruat. Quinimò tantum abest, vt expressè prohibita illis sit iure potestas necis, vt potius expressè permissam inueniam in responsis Iuriscōsultorum, quibus ratione patriæ potestatis tantum patri licet si velit occidere filiam in adulterio deprehensam in sua domo, vel generi. Quod marito omninò impunè non licet, quia marito calor & impetus facillè saeuientis fuit refræmandus, inquit Papinianus: exceptis quibusdam personis quas adulterantes cum vxore repertas marito licuit occidere, veluti lenonem, mimum, publico iudicio infamatum, & alias quas enumerat Martianus Iuriscōsultus. Iuxta cuius sententiam intelligendæ reliquæ leges, quæ marito quoque dant necis ius in adulteros: nempe si ex earum personarum numero sint, vel si alias impunè omnino non ferant, quamuis mitius puniantur. Ergo multò liberius ius est in nece filia patri eo casu, quam marito iure ciuili. Nam iure nunc recepto Gallico & diuino, nec patri idipsum permissum est: quia dictum, *Non occides*, vt suo loco, si Deus voluerit, explicabimus. Remanetque ex legibus in eodem casu intacta antiqua patris potestas, in alijs autem ex ea datur libera sine nece castigatio. Et pater potest filium castigandum iudici offerre, dicturo ex eius præscripto sententiam. Vnde & propinquis emendatio concessa propinquorum moderata, paterna dicitur: imario autem ex iudicis autoritate pendet. Sicuti & Lucianus scribit, liberam non esse parentum in filijs vindictam circa iudicium. *Ut enim lex*, inquit, *concessit patribus veris de causis infra filijs: ita prospexit & liberis, ne immerentibus acciderent. Itaque iudices vocat, arbitratores constituit, qui neque per iracundiam, neque per calumniam, quod iustum sit iudicent. Nouerat enim occidere multis, vt ob causas iniqtas ad iram commouerentur: hic quidem alicui fratre alicuius credens, ille famulo fidem habens, aut uxori cupiam inimica. Quem casum vltimum & Iuriscōsulti obseruauerunt. Et certè rectè statutum hac in parte est apud Græcos, de necis potestate tollenda: recordari enim debent parentes filios liberos dici, neque vt seruos esse tractandos vel inferendos, & vt dicebat Mitrion in Andria apud Terentium.*

Pudore & liberalitate contineri liberos satius est quam metu.
 Et meritis potius liberi sunt ad obsequia paterna prouocandi, vt monet Papinianus & Iustinianus. Docet & Plutarchus, verbera aliena esse ab honestorum ingeniorumque filiorum educatione, qui & exprobratione & laudibus moueri & impelli debeant. Secundus effectus, vt liceret patri etiam iure Codicis, tempore necessitatis famis, filium vendere: ea tamen conditione, vt idèd perpetuè non esset seruituti obnoxius. Alioquin enim etiam quos licebat occidere, non licebat libertate priuare, nò pignori obicere. Franciscus Balduinus, & Pandolphus Prateus, referunt per legem 12. tab. fuisse permissum, ter parentibus vendere liberos: quid autem & quomodo illud fieret, neuter explicat. Ego tamèn & antiquiorem hanc legibus 12. tab. puto, nempe à Romulo sancitam, vt authorem habeo Dionysium Halicarnassenum, qui & ternam manumif-

tionem sic explicat. *Nec contentus hanc potestatem, scilicet vitæ & necis, dedisse legislator Romulus, id est, Romulus, permisit etiam vendere filios, nihil deterritus crudelitate specie, quod res granior videri posset, quam pro affectu domestico. Quodque maxime quis meretur in hac dissoluta disciplina Græcorum educatus, quasi durum & Tyrannicum, hoc quoque patri concessit, licere illi ternam filij venditione pecuniam querere, maiorem largitus potestatem patri in filium, quam hero in mancipium. Seruus enim semel venditus, deinde libertatem adeptus, in posterum sui iuris est: filius vero à patre venditus, si liber fieret, rursus sub potestate patris redigebatur, post tertiam demum venditionem eximebatur à patris potestate. hæc ibi. Et paulò post, hanc legem inter cæteras 12. tab. decemuiris trecentesimo post anno, vt obseruatum antè, non ausos expungere tradit. Scribit & Sigismundus Liber 13 Baro, apud Moscovitas quoque seu Ruthenos id seruatum, in hac verba, *Si pater filium, vt mos est, vendit, & is quocunque modo liber factus aut manumissus fuerit, pater hunc rursus atque iterum iure patriæ potestatis vendere potest: post quartam autem venditionem, nihil iuris amplius in filium habet. Quod valdè est notabile, & dat lumen legi Iustiniani finali, titulo de adoptio: in qua ita scriptum est, *Veteres circuitus in adoptionibus quoque per tres emancipationes, & duas manumissiones in filijs, aut per unam emancipationem in cæteris liberis fieri solebant, corrigentes, &c.* Vbi innuit antiquos, qui tutum ius adoptionis volebant habere, ita permisisse ternam venditionem, vt ob id patri naturali ius omnè reuocandi filium in potestatem adimeretur: cum post trinam venditionem non posset in potestate reuocare, antè posset. Quæ solemnitas sublata fuit, postquam & placuit, vt diximus, patrem ingenuum filium vendere non posse. Et alia etiam constitutione, idem iustinianus sustulit vanam obseruationem antiquæ emancipationis, per venditiones liberorum figuratas, & circumductiones inextricabiles, & iniuriosa rhapsimata, quorum illi nullus videbatur rationalis exitus. Et Vlpia. eius meminit in fragmentis, *filij*, inquit, *ter emancipatus, ter manumissus sui iuris fit: id enim lex 12. tab. in his verbis, si pater filium ter vendidit, filius à patre liber esto.* Solon lege sustulit ius vendendi filias & foreores, ni qui cum viro coeuntem virginem deprehendisset authore Plutarcho. Videtur & Modestinus Iuriscōsultus indicare, suo tempore abiisse quoque in desuetudinem, vt filius emancipatus semel, posset iterum reduci in potestatem eo inuito, sine causa tamen ingratiitudinis à patre, dum respondet inuitos filios naturales vel emancipatos non reduci in patriam potestatem. Tertius effectus huius patriæ potestatis, seu vtilitas patris est, vt quaesita à filio in potestate constituto, patri quaerantur, sed cum distinctione iurisprudentiæ veteris & Codicis: nam illo pleno iure, vt nec momento modicum quidpiam penes filium remaneret, quaerebatur. Isto autem, quòd pertinet tantum ad vsumfructum quaeratur patri à filio, in aduentitijs remanente intacta filio proprietate. In castrensibus namque, vel quasi castrensibus, vtroque iure receperunt, nec patri vsumfructum, neque proprietatem quaeri: quia in illis pro patre filius habeatur, præcipuaque sibi facit, & de illis sine consensu parentis potest disponere viuens, & testamentum. De quo & plura tradimus de re militari in priuilegijs rerum militis. At de aduen-**

aduentitijs non potest, nec liberè alienare viuens, quia melius est ita coercere iuueniles calores, ne cupidini dediti tristem sentiant exitum, qui eos post dispersum patrimonium expectat: nec moriturus testari ei licet, etiam volente patre. Quod pendere non debent voluntates vltimæ ex alterius, quam disponentis arbitrio. Et iuris publici testamentorum formula cum sit, non potest remitti à priuato patre. Quamobrem si filius velit sub mortem ex suis aduentijs relinquere, id facit per donationem causa mortis, adhibito patris consensu. Possit tamen eundem ad pias causas testari cum consensu patris, iura videntur definire, & interpretare. Admoneo tantum in Gallia ex generali recepta consuetudine, omnia filiosfamilias sibi, non patri, & omnino acquirere: siue ea sint aduentitia, vel castrensis, vel quasi, & in proprietate & in vsumfructu, vt notat Nicolaus Boerius, Chaffaneus, & Alexander. Et si habeat pater communitatem, vt Boerij verbis utar, vsumfructus bonorum filij, & dum intra 25. an. filius degit, administrationem eorumdem, si voluerit: eo autem recusatone, curatore bonis dando ex iuris præscriptione. Non autem filio, quia sub tutela patris est. Nisi filius ex pecunia patris acquisiuerit, vel ex rebus eius: tunc enim istud censetur perfectiù, & omne omnino acquiritur patri, in cuius est potestate. Sic enim & in perfectiis antiquum ius acquirendi intactum est patri, si ex eius mandato filius negotiatus fuerit: alioquin si sine mandato, industria filij consideratur, ac arbitris negotium committitur, quantum præcipuum ex eo lucro supra alios fratres debeat reportare, vt ex variorum interpretum sententijs colligit Chaffaneus. Iure ciuili pater non habet vsumfructum in bonis filijfam. si sit pater furiosus, secundum Bartol. Bald. & alios. Nec mentis compos, in donatis filio per principem. Nec si pater Iudæus, in bonis filiorum qui Christiani facti sunt: quia nò sunt in eius potestate. Sed num in fundo filijfamilias habeat vsumfructum pater, videndi Baldus, & Chaffaneus disputantes. Similiter vsumfructum non habet pater, in bonis relictis filio cum prohibitione testatoris, ne pater habeat. Si pater etiam habeat confortium proprietatis cum filio. Vel si lex deserat bona liberis, præsumitur parentibus soluere sine causa eorum matrimonia. Sunt & alij casus in quibus nec hodie pater habet vsumfructum in aduentitijs filij, quos videto in gl. in §. igitur liberi, in verbo, vsumfructum, per quas perso. nob. acquirit & in auth. idem est, de bon. quæ liber. C. & apud Angelum Aretinum in dictum §. igitur. Quartus effectus, vt filius in potestate constitutus, suo nomine non possit esse in iudicio sine licentiâ & autoritate patris. Quod intelligitur in personis filiorum laicis, non in sacerdotibus, qui non egent eo consensu: neque in rebus spiritualibus laici. Porro quia hæc materia habet inuolutam tractationem, recurrendum censeo ad distinctionem Guidonis Papæ, qui breuiter sic distinguit. Pro negotio, de quo agatur in iudicio, si agatur de peculio castrensi, vel quasi filij, vt tunc agere & conueniri filiusfam. possit sine autoritate patris.

Si agatur autem de aduentitijs, aut pater habet in illis vsumfructum, & tunc solus pater agit & conuenitur: aut non quaeritur vsumfructus patri, & tunc pater agentis & fugienti filio adesse in iudicio compellitur. Quod si quaeratur de profectiis, quia ea patris censentur, patris omninò requiritur autoritas. Bartolus aperit mihi hæc quaestionem concludere videtur, cum distinctione: num in iudicio agatur de rebus seu actionibus, quæ patri pleno iure per filium quaeruntur, vt tunc filius non possit agere sine consensu patris, quia non habet actionem, possit tamen agere tanquam persona coniuncta patris. Aut vero actiones remanent apud filium, verumtamè exercitium earum competit patri: quo casu, vel præsentis pater est, & tunc consensus eius exigendus est: vel absens, periculumque circa dilationem agendi versatur, vel ratione interitus actionis, vel ratione incommodi personæ, & tunc agit filius non expectato consensu patris, officio iudicis, & extraordinario iudicio iuuatus. Aut actiones remanent apud filium pleno iure, & tunc filiofam. requiritur patris consensus. Existimat autem & Bartolus, consensum patris in agendo controuertit, si filius velit agere ex iure antiquo, at in defendendo filiumfam. scilicet maiorem posse indistinctè sine consensu conueniri patris, & defendere. Et ita leges intelligit in l. 3. §. sed vtrum, de minoribus viginti quinque annis lib. 4. P. tit. 4. & l. tam ex contractibus, l. 57. de iudic. lib. 5. P. tit. 1. Quia ex omnibus causis filiusfamilias tanquam paterfamilias obligatur, dempto mutuo, & voto, propter legis prohibitionem expressam. Accedere autem patrem in causa mouenda à filio in iudicio placuit secundum Paulum Castrensem, non tantum ad autoritatem præstandam filio in potestate existentis, sed etiam vt iudex norit, num ipse velit per se agere: puta, nù illi actio competat, ne iudicio transacto cum filio, eoque condænato vel absoluto pater dicat nullum, vtpote cum nò domino factum. Distinguit autè idè Castrensis ferè simili modo, quo Bartol. & alij. Aut agamus de iure antiquo, aut nouo: si de antiquo quidem, ex contractu vel quasi filijfam. vel ex delicto vel quasi in filij personâ commisso, quaerebatur aliqua actio patri, quoad exercitium: idque regulare erat, & tunc solus pater habebat suo nomine actiones, quia dominus earum filius eius nomine tantum. Quòd si filius sibi quoque actiones quaerebat, & quoque exercebat, pater tamen absente vel vili existente, in quinque actionibus iniuriarum, vi aut clam, depositi, commodati, in factum. Interdum ex contractu patris actio acquirebatur filiofamil. veluti ex dote, & tamen exercitium erat patris: contra si sibi filius actiones omninò quaerebat, tunc quoque exercitium quoque & præsentè & absente patre illis utebatur, vt in castrensibus aut quasi, vt dictum, quia in illis pro patre habebatur. Vt iure nouo, in rebus profectiis peculij actio ad patrem pertinet, nec suo nomine, sed paterno tamen potest mouere iudicium filiusfam. Quòd si de aduentitijs quaeratur, distinguit, vt si pater in eis habeat vsumfructum, exercitium actionum ad eum pertinet, nò filio, nisi absente patre, vel eo vili, sicut dicebamus in quinque alijs ex iure antiquo: sin autem non habeat pater in his vsumfructum, subdistingue, aut non habet, quia prohibetur, vt in casibus annotatis ab interpretibus, & in illis potest suo nomine filiusfam. maior 25. anno agere sine consensu patris: si minor, dato curatore bonis. Aut

a. s. r. de his q sunt sui vel a. li. in l. 2. cod. tit. in P.
 b. Pompo. in l. patri datur, l. 20. Vlp. in l. sic eueniet, l. 23. Papin. in l. nec in ea lege, l. 22. Vlpian. quod ait, l. 23. ad l. Iulii de adult. lib. 48. P. tit. 5. c. Tati. d. nec in ea lege, l. 22. §. fin. de adult. d. Martia. in l. marito, l. 24. eo. ad l. Iulii de adult. in P. e. v. l. Græch. eo. C. l. si quis in grandi. §. si maritus, ad se natuf. Syllani. f. gl. in d. nec in ea lege, in verb. omnem, ad l. Iulii de adult. in P. g. Exod. c. 20. h. l. 3. de pat. pot. C. Deute. c. 21. i. l. de emenda. propinq.
 k. Lucia. in ora Abdicatus.
 l. l. de inoff. test. in P.
 m. Iustinia. l. si quando, l. 35. §. illud, eo. C. l. 3. tit. 28.
 n. Plut. libr. de libe. educan. o. Constant. in l. 2. de patri. g. fil. dist. 1. lib. 4. C. tit. 45.
 p. l. fin. C. de pat. pot. l. de patrib. qui fil. dist. Iulia. l. m. nor. 25. an. l. 39.
 q. pater, de em. l. 1. §. 1. tit. 2. l. 1. de lib. cau. lib. 7. C. tit. 16.
 r. l. qui filios, quæ res pign. obli. post. C. l. si. eo. in P.
 s. Baldu. in 18. leg. 12. tab. s. Prateus, lib. 5. c. in p. p. in leg. 12. tab. c.
 t. Dio. Halic. in s. Antiqu. Rom.

e. l. §. vbi ten. d. b. que libe. C. f. l. in s. a. v. necessitate eod. m. g. cum epote, ter, eo. §. 1. §. 1. quas peri. nob. acqui. h. Bart. in d. si. s. necessitate, de nec. & c.
 i. l. si pupilli, §. videmus, de neg. gest. in P. k. l. sed & hæ, de procurato. in P.
 l. vt in l. si longius, de iudic. in P. & in l. cum filiusfam. de rebus cred. m. miles, §. 1. de castren. pecul. in P.
 n. Caius. l. filiusfamilias, l. 38. de actio. lib. 44. P. tit. 7. o. l. ad Macedo. in P. p. l. 2. de pollic. lib. 50. P. tit. 12.
 q. Pau. Castren. §. necessitate, l. si. de bon. que lib. nu. 1. & 2. r. Castren. vbi sup. num. 3.
 s. Paul. l. filiusfamilias, l. 8. & Vlp. in l. in factum, l. 12. de actio. in P.
 t. l. 2. §. si in patris, sol. matr.
 v. l. 2. ad Macedo. in P. l. 3. §. 1. autè solus, eo.
 x. gl. & interpr. in auth. idem est, C. de bon. que liber. y. l. si. necessitate, eo. z. l. si. fin. autem, in secund. do. eo.

pater non habet usufructum, quia non vult, scilicet quia reicit & repudiat, & eo casu, si constat de repudiatione, idem dicendum ac in precedenti casu: si minus, tunc cogitur pater venire in iudicium vel requirente filio, si is agat, vel requirente aduersario, si filius conueniatur. Et ita intelligitur §. necessitate. l. final. de bon. qua. liber. C. De criminalibus autem iudicijs, si publicum sit, agere vel conueniri potest filiusfamilias sine consensu patris. Et si conueniatur in priuato delicto, se defendit inconsulto patre: verum pro priuato, veluti pro iniuria & contumelia, non agit patre praesente: nisi absente patre, vel praesente & non vindicante, existente simul patre vili, filio autem in dignitate posito, vt ait Vlpianus. Annotat autem Guido Papaeus, in curia suprema Delphinali non haberi rationem autoritatis non adhibere patris in negotijs filijfamilias minoris 25. ann. neque ob illam omissionem nullum dici vel reddi iudicium, & ita fuisse iudicatum: at in negotijs minorum, in quibus res non pertinet ad patrem, veluti in personali actione, & similibus non tantum requiri auctoritatem patris, sed & curatorem filio adiungendum iuxta Bartoli sententiam. Notat & Nicolaus Boerius, quod ex consuetudine generali regni Franciae, filiusfamilias maioris 25. annorum potest esse in iudicio sine auctoritate patris, & testari, codicillari, & contrahere, cum reputetur emancipatus secundum Baldum, & Alexandrum, & Isasonem: quia in his quae iuris publici sunt non consideratur patria potestas, habeturque pro patre filiusfamilias, & in illa arte quis praesumitur sapiens, videturque factus aequalis patri filius, & ita extra eius potestatem, vt ait Aristoteles. Quintus effectus, vt filiusfamilias non possit sine patris consensu vxorem ducere, vt late explicauimus in nuptiarum institutione. Sextus, vt patria potestas praeponeatur omnibus tutoribus & curatoribus, nisi pater prodigus, vel vitiorum mancipium sit. Septimus, vt nulla lis inter filiumfamilias & patrem esse possit, nisi de castrensibus agatur bonis vel quasi in quibus pro emancipato habetur. Primum autem emancipati namque possunt petita venia a praetore aduersum patrem experiri, sicuti & aduersum matrem cum eadem licentia. Quare enim litigabit pater aduersum filium sibi subditum, cum possit aduersum eum statueri, vt ait Vlpianus. Demum tamen quidam casus, in quibus glossa notat, iudicium inter eas personas admitti iure. Verumtamen & in Gallia hodie, & nulla petita venia filium posse in ius vocare patrem, ex omni causa receptum esse video: quia, vt opinor, satis venia petita est, dum iudex permittit in ius vocare, nam sine iudicis praepcepto nemo vocandus, & iuris executio non habet iniuriam. In ius autem vocare nihil aliud est, quam iuris experiendi causa vocare, apud Paulum. Octauus, quod pater filium suae potestatis possit etiam renuentem ab aliquo retentum, repetere, vindicare, & ad se compellere venire, & vt aduersus detentores praedictis, interdicitis, & cognitione praetoria, ad exhibendum & deducendum. Nonus esse potest, vt liceat tantum patribus in potestate constitutis filijs non alijs, substituere pupillariter, & tutores testamentum dare.

De vtilitatibus, quas filius ex patriae potestate capit. Cap. 9.

- 1 Filijfamilias non possunt inuiti emancipari a patre.
- 2 Filijfamilias non obligantur ex mutuo.
- 3 Filium pater non potest abdicare, id est, dicere non filium.
- 4 Abdicatio quid, & quomodo fiebat apud Graecos.
- 5 Filijfamilias quasi dominus bonorum patris eo vivente.

Sicuti parentes non coguntur inuiti filios a potestate soluere, sic inuiti non emancipantur filij, ob iura & vtilitates quas inde percipiunt. Quarum illa, vt ea pendente ex mutuo contracto iure communi non obligentur ex senatusconsulto Macedoniano, cuius fuit suusor Vespasianus, vt ait Suetonius: demptis vndecim casibus, in quibus obseruauerunt interpretes, ex iuris decisionibus eius decretum cessare. Altera, quod non liceat patri filium negare, senatusconsultis de partu agnoscendo repugnantibus. Sic sublata inter Romanos abdicatio, quae Graecis ἀποκρύψις. Lex est, inquit Quintilianus, vt minus audientem dicto filium liceat abdicare. Atque Plato id explicat, dum permittit patri filium abnegare & abdicare: verum statuit abdicacionem faciendam non a patre solo, sed & a genere vniuerso depellendum filio, id est, adhibito consilio & suffragijs proximorum, apud quos accuset filium, ostendatque dignum qui depellatur, data licentia defensionis filio. Et si plura suffragia quam dimidia partis sint, tum masculorum, tum foeminarum, nisi atas impedimento sit, tunc liceat abdicare: quo casu esset necessarium filium abdicatum alio abire. Sicut contra permittit filio patrem accusare, morbo, senio, aut morum acerbitate in dementia incidentem, & res dissipantem. Cuius accusationem, admittentibus legum custodibus patrem tanquam filiumfamilias, domi se continere iubebat. Hefychius ἀποκρύψις dici vult eum, qui propter delicta, paterna domo eiectus fuit ob poenam. Abdicatum & negatum filium publicè quasi per praconem, poena facit differre ab abdicato per emancipationem & adoptionem, quae transfert in familiam alterius. Sic Suidas ἐπιτοσίον, differre a superiori tradit, quod ἀποκρύψις eiiciatur ἐπὶ κοράσει, at verò ἐπιτοσίον ἐπὶ τῷ ὄσει πατρὸς εἰς ἄλλον οἶκον ἀδελφῶν ἀποδίδεται. Tertia vtilitas, quod videatur filiusfamilias quasi dominus bonorum patris vivente patre, & ideo in eum post mortem eiusdem sine aditione per immisionem videatur continuari dominium: vnde & filijfamilias sicut & paterfamilias dicti sola nota adiecta, per quam distinguitur genitor ab eo qui genitus sit, vt ait Paulus. Obseruandum tamen hic, notam adici improprietatis quasi, eod quod verè dominus non sit, sed tantum spe. Quintimo lege 12. tab. Alexander ab Alexandro notat caprum, Neque filijs quicquam in bonis, videntibus patribus esto. Cum enim propria sibi habere non possent, neque ea quae parentum erant possidere verè dicuntur. Sunt & alia iura & vtilitates, quae ex paterno vinculo oriuntur: verumtamen illae sunt communes emancipatis & suis, vt alium locum tractationis sibi exposcant, nempe successio-

c. fin. quib. mo. ius pa. pot. sol. l. nec auus, C. de emancip. libero. l. non potest, de ad. d. §. generaliter quib. mod. nat. dic. su. coll. 7. tit. 1. l. nec auus, in fi. l. habemus, in fine de emancip. lib. C. l. 1. & tot. tit. ad Maced. in P. & in C. l. iust. in Vespas. c. 1. g. in §. illud proprie, in ver. senatus, p. cum eo qui in alie. potest. ne go. §. §. c. l. i. Instit. tit. 7. h. Dio. & Max. l. nec filium, l. 9. cum similib. ibi nota. de pat. pot. C. l. l. abdicatio, l. 6. de pat. potest. C. l. Quintil. lib. 7. Instit. Orato. c. 1. Plato, lib. 11. de legib.

m Paul. in l. in suis, l. 1. de liber. & posthum. lib. 28. P. tit. 2. l. 2. §. filium pro here. in P. in suis, de suis & legit. i. ared. n. Alex. ab Alex. l. 6. Genidier. c. 10.

nis, alimentorum, obsequiorum, & id genus similitum. De alimentis autem quaedam dicta in 9. onere matrimonij: de alijs proprijs etiam locis Deo fauente agetur.

De solutione patriae potestatis. Caput 10.

- 1 Filios exponens, indignus patriae potestate, & 3.
- 2 De filijs non exponendis leges.
- 3 Expositi filij an sint serui eorum, qui eos educantur.
- 4 Filij nutriendi dari non debent pastoribus, i. latronibus: possunt tamen dari rusticis. Filios lactandos non lactare matres, expositio est, eo.
- 5 Patriatus dignitas, & flaminis dialis, & vestalis liberabant a patriae potestate, & 6. 7. 8.
- 6 Patriatus dignitas quae.
- 7 Flamen dialis quis.
- 8 Vestia priuilegia.
- 9 Emancipatione tollitur patria potestas, & quomodo fiat.
- 10 Patria potestas soluebatur permittente patre filio vxorem riuo perfecto ducere.
- 11 Emancipatus censetur filius tacite, si pater illum seorsum res suas agere permittat diu.
- 12 Emancipatus in quibus censetur in Gallia maior viginti quinque annis, & 11.
- 13 Patria potestas morte ciuili & naturali tollitur.

Patris modis patria potestas soluitur, & amittitur, inter quos primus si quis passus fuerit propriam sobolem exponi, quam nec postea suam dicere poterit: vt potè indignus prole, qui crudeli, non paterno animo morti obiecit, poenis etiam extraordinarijs coërcendus ex constitutione Gratiani & Valentis. Neque enim, vt diximus, ex sententia Diocletiani & Maximiani, liberum est alicui filium negare, senatusconsulto denunciata poena de partu agnoscendo. Legem de exponendis liberis aliquam Romulus quondam tulit, Primum enim, inquit Dionysius Halicarnassensis, necessitatem colonis imposuit educandi quicquid esset masculum, & si filius primogenitus: nullam autem prolem necari permisit minore triennio, nisi si quid mutilum, aut aliqui prodigiosum in ipso partu editum fuisset. Tales enim foetus exponi a parentibus non vetuit, sed indicatos prius quinque viris vicinis proximis, si illis quoque exponendos visum fuerit: contra hanc legem committentium, praeter alias multas, etiam dimidium bonorum addidit erario. Abijt tamen in desuetudinem exponendi illa facultas, sicuti & necandi potestas: vicina namque sunt occidere, & subsidia vitae denegare. Erat apud Thebanos teste A. liano, lex rectissima, humanissimè posita: Ne cui Thebano liceat infan-tem exponere, vel in solitudinem abijcere, capitis poena apposta. Iubens duoque parentes in extrema necessitate positos, filios potius ad magistratus cum fascijs deferre, qui eos curarent ali publico sumptu ab alio. Qui postea eos eduxerit seruorum seruaturumque loco haberet, alimentis cum seruitute compensata. Similis huius postremæ parti lex Costantini & alia Theodosij & Honorij, quibus voluntariè expositi, suscipientis fiunt serui: & ita desinunt esse in potestate parentum, vt non possent huiusmodi a seruitute eximi. Idque vt arbitror, vt esset seruus contumelia conflagrans, & poena liberis, quod

a Val. & Grat. l. 2. de infant. exposit. lib. 8. C. tit. 52. b Diocle. & Maxim. in l. nec filium, l. 9. de pat. pot. lib. 8. C. tit. 47. c Poena in l. 1. §. Julianus, & §. poena, de li. agnosce. d Dion. Halic. in 2.

e l. fin. de pat. pot. C. l. l. necare, de liber. agnosce. in P. g. A. lian. lib. 2. de va. hist. c. 7.

h Constant. in l. 1. Honor. & Theod. l. 2. de exposit. lib. 5. C. eo. Theod. tit. 7. i Constant. in l. 1. de his qui signuol. emp. vel nutriend. acceper. eo. li. C. Theod. c. 5.

impie ob as modicum permisissent filium & proximum mancipari seruituti, cautioreque essent hoc probo in posterum idipsum non permittere: ignominia enim liberi generis est, habere seruum in eo. Quamquam benigniorem viam Iustinianus secutus, & ne infans qui non peccauit, aliorum impicitate macula seruitutis plecteretur contra iuris praepcepta, sustulerit expositis ab alijs nutritis seruitutis iugum: & statuerit licere, parentibus repensis alimentis alumnio patri a libera seruitute redimere. Meminit Quintilianus legis huius de expositis, Pater, inquit, qui expositum agnouerit filium, solutus argumentis recipiat. Et rursum, qui expositum recepit, imperat ei lex nuptias locupleis propinqui. Quare & Diocletianus & Maximianus, aliquando statuerunt, dum agunt de consensu paterno nuptijs filia in potestate constituta adhibendo, saluum & integrum potestatis ius esse patri in filia exposita, si modò restituat pretium alimentorum in eam expositam factorum. Verumtamen recentiores Caesares Valentinus, Valens, & Gratianus, melius & sanctius decreuerunt, omnino eos, qui exposerunt, priuari patria potestate, & si expositus liber sit vt indigno obsequio, qui contempserunt & vitam & mores filiorum. Patres enim natura fecerunt, non vt Venerem & voluptatem explerent, sed vt administrari naturæ & reipub. essent, alendo, & probis moribus instituendo. Vt optime etiam Honorius & Theodosius inhiuerint olim, ne quis pastoribus filios nutriendos daret, alioquin illis poena, vt socijs latronum imminente: quamuis rusticianis, vt fieri inquitur solet, dari non veremus. Phalaris hoc non longè ab abdicacione & expositione abscedere arbitratur. Quod est enim, inquit, hoc contra naturam imperfectum ac dimidium matris genus, peperisse ac statim ab se abiicisse? aluisse in vtero sanguine suo nescio quid, quod non videret: non alere autem nunc suo lacte quod videat iam viuentem, iam hominem, iam matris officia implorantem? Et postea, Praeter haec autem, quis illud etiam negligere assermarique possit, quod quae partus suos deserunt ablegantque a sese, & alijs nutriendos dederunt, vinculum illud coagulatumque animi atque amoris, quo parentes cum filijs natura associant, interficiunt, aut certe quidem diluant, deteruntque? & c. quae sequuntur apud Gellium. Secundò soluitur patria potestas, ob dignitatem aliquam filij maiorem, vt si filiusfamilias ad patritiatum pertenerit dignitatem: aliae autem dignitates inferiores non soluunt, nec ea quoque vel alia quaelibet ex legibus Romuli. Theodericus rex Gothorum, cum Cassiodorum patritiatu dignitate donauit in epistola qua illud insinuat Senatui Romano, ait, eam esse supremi gradus. Cassiodorus autem in forma patritiatu, scribit hanc dignitatem perpetuam, aequalem ferè sacerdotio, quia patritiorum prima familia numini dedicata Et liberari eum, qui huius singulo cinctus fuisset patria potestate, nisi contra a principe caueatur: vt qui amplissimum genium libertatis accepit, viliissimam conditionem cum subditis non habeat, Eumque praecedere praefectorios viros dignitate. Ex quibus locis patritiatu longè alius est, maiorque magistratus illo, qui patritijs, id est, non plebeis dabatur. De quibus frequens in comitiis & antiquitatis inquisitione mentio, & explicat Nicolaus Gruchius. Patritij namque antiquis nobiles, qui propagati ex stirpe eorum, quos in patres seu senatores delegit sibi Romu-

k l. de liber. causan. P.

l l. crimen patrem, de pen. in P. l. facinus, C. eo. m l. de infan. exposit. C. n. Quintil. lib. 7. c. 1.

o Dioc. & Maxim. in l. 1. de de nup. lib. 5. C. tit. 4.

p Valent. Val. Gratian. in l. 2. de infant. exposit. C.

q Honor. & Theod. in l. 1. tit. ne pastor. filij dent. n. tit. lib. 9. C. Theod. tit. 31. r Aul. Gell. li. 12. c. 1.

s vbi sup.

t l. fin. de consuet. lib. 12. C. & in consuet. cōstitutio que de dignit. & c. in auth. coll. 6. §. filiusfamilias, quib. mod. ius pat. pot. sol. l. fi. de decurio. lib. 10. C. v. Dionys. Halicarn. in 2. x Cassiod. lib. 1. Varia. episto. c. 1. y Idem, lib. 6. Var. c. 1.

z Gruchius. li. 2. de comit. Rom. c. v.

a Dio. Malic. in 2. b Budæ. in an. notat. prio. ad P. in l. hna. de fenaro. c Vl. in lib. fragm. seu. tit. 10. in fin.

d Aul. Gell. li. 10. c. 35. e Pluc. li. pro. ble. probl. 42. & 43. f Varro. in 5. de ling. Latin. g Dio. Halic. in 2. h Lilius. in 1. i Halic. in 2. k Gelli. lib. 1. c. 12.

l pen. & fi. de emanc. liber. C. 9. praterea, quib. mo. ius pat. pot. fol. m Vlpia. in tit. ex corpore iuris. tit. 10. n Dio. Halica. in 2. o in consuet. Bitur. tit. de iu. & h. perf. 5. 2. p Bart. l. si ma. ritus. §. legis iulie. ad l. iul. de adit. q Constum. de Seny. tit. de Bal. tit. 148. r Constum. de Blois. tit. de l'etat. des per. son. art. 1. s Bourgogn. tit. des enfans de plufi. litz. 5. 3. t Anton. l. 1. de emanci. libe. 20. li. 8. tit. 47. v Paul. in l. si cum fideicom. missa. l. 16. §. Aristo. qui & a quib. manum. li. non fit. lib. 40. P. tit. 9.

lus a. Maior tamen hæc dignitas partitatus, qua faciebat patrem totius Reipub. vt notat Suidas & Budæus b. Vlpianus quoque c in potestate paren- tum esse desinere tradit eos, qui in flamines Dia- les inauguratur, & quæ in virgines Vestæ capiuntur. Flamen Dialis vnus Ioui erat consecratus, quem Numa insigni veste, curulique sella ad- ornauit. Solus, vt Varro ait, albo galero vsus, eo quodd flaminum esset maximus, dignitas, iuræssa & priuilegia propemodum regia illi concessa, quæ refert Gellius d, Plutarchus e, Varro f, Dio. g Halicarnassæus h, Lilius i. De Vestali quoque lex antiqua, vt virgo Vestalis simulatque capta atque in atrium Vestæ deducta, & pontificibus tradita esset: eo statim tempore sine emancipatione, ac sine capitis minutione, è patris potestate exiret, & ius testamenti faciendi adipisceretur, vt authores Dionysius Halicarnassæus i, Gellius k, & alij. 9 Tertio soluitur emancipatione potestas, dum pater coram magistratu legitimo profitetur, sublati- tis antiquorum circuitibus de quibus supra dixi- mus, se eum è potestate manuum sua mittere l. Trina autem emancipatio ad hoc, vt plenè iuris sui esset filius, olim requirebatur lege 12. tab. in filijs primi gradus, Cæteri autem liberi, præter fi- lium, tam masculi, quàm feminæ, vna emancipa- tione & manumissione sui iuris fiebant, vt ait Vl- pianus m. Quarto, lex est Numæ n, Si pater per- miserit filio uxorem ducere, futuram bonorum & sa- crorum iuxta leges participem, patri posthac nullum ius esse vendendi filium. Vnde ex eo imminuta, & si non sublata censeatur potestas. Et nunc in Gal- lia ex consuetudine quorundam locorum, filius ducens uxorem habetur pro emancipato, & vt sui iuris in omnibus acquisitionibus, vt apud Bituri- ges o. Et hanc consuetudinem & statutum si fiat hac de re valere ait Bartolus p. Receptumque cõ- suetudine Senensis q, Blerensi r, Burgundie s. 11 Quinto, tacitè præsumitur emancipatus filius, si pater eum diu passus sit res eius, vt patremfa- gere diu verbum decennium interpretatur, ad præscri- bendam libertatem sufficiens tempus, quando manumissio à non habente potestatem facta fuit. Sine autem manumissione Diocletia. & Maxi-

mianus bonæ fidei possessionem pro libertate 20. annorum præscribunt *. Et ita hodie seruari tra- dunt Andr. Barbatia y, Baldus z, filiusfa. qui per 20. annos seorsum à patre habitauerit negotiando vt emancipatus, pro emancipato haberi. Meminit & Constant. Harmenopolus a nouellæ constitu- tionis Cæsaris Leonis. qua filius habetur pro raci- tère emancipato, qui non contradicente patre, sibi certum & stabile viuendi genus delegit, si res suas prudenter & studiosè gerenti minimè aduersatus est, per se viuere eum permittens quamuis nec- dum ad eam peruenerit ætatem, qua matrimo- nium contrahere possit. Quia ex diurnitate temporis omnia præsumuntur solemniter acta, omniatque necessaria solemnitati suppleuntur, vt in alijs b. Et ideo non officit rescriptum Dioclet. & Maximiani c, quo deciditur. non nudo consen- su patria potestate liberos, sed solemnè actu libe- rari: nam hoc silentio paterno, neque nudus con- sensus, sed solemnè præsumitur. Sed & hinc tem- pore breuiori ex consuetudinibus singulorum lo- corum liberari potestate obseruabis, veluti si per annum Burdegale seorsum filius habitauerit à pa- tre d. In Burgundia quoque seorsum à patre ha- bitans, pro emancipato habetur e. Sexto tradunt 12 Interpretes f ex generali consuetudine Gallia- rum maiorem 25. annis posse esse in iudicio, vt su- præ diximus in effectibus huius potestatis; sine auctoritate patris, posse testari, codicillari, & con- trahere. eò quodd habeatur pro emancipato. talisq; reputetur. Postremò soluitur patria potestas mor- te naturali filij, aut patris, dummodò postea nepos incidat in aui potestatem g: quæ & in morte ciuili contingere locum habent h. Suspenditur autem potestas capto patre ab hostibus i, nã & eo post- liminij iure reuerso, eandem recipit: sicuti & de- portatus restitutus k. Si patri, inquit Vlpianus l, vel filio aqua & igni interdictum est, patria potestas tollitur, quia peregrinus sit his, cui aqua & igni inter- dictum est. Neque autem, peregrinus cinem Roma- num, neque cinis Romanus peregrinum in potestate habere potest.

tur, de capti. P. §. si ab hostibus, d. tit. quib. mod. ius. Vlpian. in tit. tit. 10. k l. in. §. minores, de sent. pass. res. lib. 9. C. l Vlp. in fragmen. seu. tit. tit. 10.


x Dio. & Max. in l. de long. temp. præter. que pro liber- tate, non con- tra libertatem opponitur, li. 7. C. tit. 22. y Andr. Barb. in l. sciend. dum, colli. 26. in fine vers. & addu- co de ver. obli. z Bal. in l. post mortem, de a- dopt. a Harmenop. lib. 1. prompr. iur. tit. 18. b l. qui in alie- na §. sed si nò, de acq. hæred. in P. l. cum de in re versio, de vsur. l. hoc ius, §. ductus a- que, de acq. quo tid. & q. l. 1. §. deniq; de acq. plu. arc. l. sci- dum, de verb. oblig. c Dio. & Max. l. non nudo, l. 3. de emanci- bero, lib. 8. C. tit. 49. d §. 2. de stat. perso. in cõ. lu. Burdega. & ibi Ferronus. e in consuetu. Burg. tit. des enfans de plufi. litz. §. 3. f Bal. in c. 1. §. 1. de duob. fra- tri. Alex. in l. si. qui testa. fac. pos. & alij sup. citati. g §. 1. quib. mo. ius pat. pot. fol. l. nepotes, de iis qui sunt sui vel alien. iur. in P. h §. cum autè, quib. mod. ius pat. pot. fol. l. si qua pœna. de iis qui sunt sui vel alien. iur. i l. in bello, §. si quis capia-



DE TUTORIBVS ET TUTELA, LIBER XII.

De Tutoria potestate, & Tutelis in genere. Cap. I.

- Lib. 1. Inst. tit. 13. Lib. 5. C. tit. 28. Lib. 26. P. tit. 1. 1 Continuatio libri. 2 Personarum alia diuisio, in eas que in suam tute- lam venerunt, Et que non venerunt, & que tutelam aliorum habent. 3 In tutela sua qui sunt. 4 Pupillus, & impubes quis dicatur. 5 Orphanus quis. 6 Tutores qui, & quare, & tutela. 7 Tutela personarum cur introducta rationes, pri- maq; à naturali hominū omniū coniunctione. 8 Tutela seu curatio diuina & humana. Humana alia inuitis, alia volentibus imperat. 9 Tutela & cura minorum & subditorum in vtili- tatem eorum inducitur. 10 Tutorij & curatorij fides maximè cur desiderata. 11 Pupilli alendi, ubi sine suspitione ali possunt. 12 Pupilli pupillæ & tutoribus debent instrui, & mo- ribus bonis erudiri. 13 Tutela prospicit & rebus minorum. 14 Q. Fabij Maximi filio ob prodigalitatem bonis interdictum. 15 Tutor Senatorij prodigo, vt pupillo, datus à Ti- berio. 16 Tutores etiam filiabus puberibus dati.



UBLATA è me- dio vel è viuus pa- tria potestate, di- ximus filios sui iu- ris effici: hoc ta- men aliã recipit interpretatione. Vt interdù nò ple- nè sui iuris efficiã- tur, aliquãdo ple- nè. Atq; ideo alia distinctio personarū consideranda est, ratione æta- tis filiorū potestate liberatorū: vt personæ aliq; di- cantur in suã tutelã peruenisse, aliæ sub tutela al- terius esse, aliæ curã & tutelã aliorum habere. In suam tutelã peruenisse dicuntur, habita ratione & status eius, de quo sermo habetur, & mentis eius qui loquitur, minores & impubes quidè pube- res facti. At pubes tutelã suã adeptus dicitur, qui ad legitimã 12. annorū ætatè peruenit: in furioso, prodigo, & eo cui ob causam prætor curatorè de- dit, quando cura & tutela liberatur. Interdù & in filiofam. is in tutelã suã peruenisse dicitur, qui etiã in suã potestatè venit. id est, quando à patris libe- ratus est potestate, & pubes sit, vt omnia profe- quitur & explicat Vlpianus a. Propriè tamen & simpliciter in suã tutelam peruenit, qui eius ætatis

est, quæ amplius tutor non indiget, si masculus sit 14. annorū & femina viripotens 12. b Ea enim ætatè finitur, vt docebimus Deo fauente postea tutela. Porro qui intra eã ætatè est, pupillus est, seu impubes dictus, siue sit in potestate patris c, siue extra potestatè: si quidè vox cõmunis est à pup- po, id est, puero & minore declinata. Verumtamè cum alio nomine dicatur qui in potestate patris sit cõmuniter, qui caret & est priuatus intra illã æta- tem cura & officio patris, pupillus dicitur. Et ita cum Pomponio Iurisc. d pupillus est, qui cum im- pubes est, desit in patris potestate esse, aut morte, aut mancipatione. Orphanum vocat Græci, quod tamen nomè D. Hieronymus ei adscribit qui pa- tre & matre quoque caret. At qui in locum parè- tum intra eam ætatè substituitur, vt curam ha- beant personarum pupillorum, & bonorum eo- rum, tutores dicuntur, quasi tutores e: & munus ipsū, quod gerūt & officium, tutela. Quanquam & ad aliam ætatè, sed tamen minus propriè tranf- feratur appellatio tutoris & tutelæ: nam ratione generalis significationis nominis tuitionis, quicū- que etiã alios, quàm impubes defendit & tuen- tur, dici possunt tutores, vt & ali- quãdo eo nomi- ne curatores significatur cuiuscunque generis. & tutelæ pari modo appellatio generalis esse potest, ad omnè defensionem, quã idoneus patertam fa- ceret f. Sic tutelam corporis dixit Florentinus g. Et Cicero h mulieres ait fuisse olim in perpetua tutela, propter infirmitatè consilij. Nam, vt ait Li- uius i, maiores nostri voluerunt, eã nihil neq; pri- uati negotij sine tutore agere. Nunc porro nò de illa generali defensione, sed impuberum, instituta est nobis tractatio. Cur autè placuerit tutelã hanc personarū introducere, audiamus rationes. Prior itaque ex naturali hominū mutua coniunctione pendet: cum enim natura cognatione quandã in- ter omnes homines cõstituerit k. interest etiã ho- minis alium ope egentem affici beneficio l, & à sapientioribus imprudètes regi. sicuti enim à su- perioribus pendent inferiora, prouidentia & tute- la diuina, sic inter inferiora qui sibi prospicere ne- queunt, ab alijs regantur, alijsve subiiciantur ad eorū, & quæ illorū sunt conseruatione, expedit. Sic Plato m curatorem diuinū, & humanū consti- tuit curatorem: & rursum, curationem humanam, in eam quæ inuitis: & eam quæ volentibus pro- spicit & imperat, diuidit. Imperat inuitis etiam publicè rex & tyrannus sed rex vt plerunque vo- lentibus, iste autem semper reuoluentibus vi. In 9 priuata curatione dominus & tutor prospicit, sed ille ferè ex arbitrio, hic ex legis præscripto, & vt pater filiis & rex bonus subditis. Si recuset au- tem pupilli, & inuiti subiiciuntur: & proinde Diuus Paulus dixit n. Quando tempore heres par- tulus est, nihil differt à seruo, cum sit tamen domi- nus omnium bonorum, sed sub tutoribus, quod & cu- ratoribus est usque ad tempus profuitem à patre.

b Paul. l. si fi- liaz familias, l. 49. cod. c l. in §. si pu- pillus, de ver. oblig. in P. l. si infanti, §. pen- de iur. delibe. lib. 6. C. d Pompo. l. pu- pillus est, l. 2. §. de verbo. sign. lib. 50. P. tit. 6. e s. tutores, de tutel. sp. Insti- tuta. P. l. 1. de leg. 1. l. tutoris præcepti offi- cii, de admini. tutor. lib. 26. P. tit. 7. l. in. cod. tit. C. f l. generali- ter, l. 1. de ad- minis. tuto. li. 26. P. tit. 7. g Florent. In- stit. in l. 1. de iust. iur. h Cic. pro Mu- rena & Cæci- l. Lilius, li. 34. k l. 3. de iust. & iur. P. l. l. feruus ea lege, de feruis ex port. in P. & 2. officio. Ci- cer. explicat. m Plato, li. de regno, vel in ciuili.

a Vlp. in l. cum filiofa. l. 48. de legat. 3. lib. 32. P. tit. 1.

n D. Paul. ad Galat. c. 4.

Syntagma iuris vniuersi libri undecimi Finis.

tutellam, & ad quid teneatur relicta tutrix, & administratrix sine redditione rationum, vide latè Boerium^a, Papum^b. Quod si relicta nō sit tutrix mater in testamento mariti, vel patris, & alij occupentur tutelam, si velit tutelam rectè & facilè à principe & æquitatis officina, id est, cancellaria, consequetur. Secundò, tutores esse nequeunt c furiosus, mutus, cæcus, furdus, & si qui vno oculo tantum orbatus est^d. Tertio, perpetua valetudine afflictus, arcetur à tutela: vel aliqua temporalis, quæ tamen tunc cum dandus est, eum tutorem vgeret^e. Quarto, creditores minorum olim, sicut nec debitores, tutores eis dari poterant^f: hodie nequaquam. Quintimo si subierint vel acceptauerint tutelam, priusquam iudici verè expoluerint debitum quale sit, vel ius quod habent in bonis pupillorum, amittunt debitum si datui tutores sint, non etiam testamentarij, vt placuisse feruati Gratianopolitano^g. Februarij 1461. notat Philibertus Bugnonius^h. Quinto loco ad vtilitatem minorum pertinet, ne illi qui in legatione sunt, dentur tutores vel curatores à magistratibus: quia per id tempus quo in legatione funguntur, periculum ad eos non pertinetⁱ. Sexto, qui se ingerunt, peruntque tutelas, & eadem pretio accipiuntur, creandi non sunt tutores^k, sed penæ potius subiigendi, vt suspecti se vltro offerentes^l, nisi alioquin idonei certò apparerent^m. Septimo militiæ armatæ muneribus occupatus, nec tutor, vel curator etiam volens, dari potestⁿ. Octauo, non seruus^o. Nonò, nō debet, nec possunt etiam ecclesiastica personæ tutelas subire. Atque concilio episcoporum statutum scribit D. Cyprianus^p, ne quis de clericis, vel ministris tutorem vel curatorem testamento suo scribar, quod ij non nisi altari, & diuino ministerio debeant vacare, & orationibus: & nemo militans Deo, secularibus negotiis se immiscere debeat^q. Atque pro eo defuncto in altari orandum non esse, qui tutorem clericum dederit: imò sacerdotem ab altari dimouendum, nec pro eius dormitione offerendum. Quæ transulit inter pontificia decreta Gratianus^r. Vnde ecclesiasticis immunitas à tutelis data est, ecclesiastici muneris fauore, vt nō cogatur tutelam suscipere, vel curas^s. Possunt tamen hodie si velint legitimas suscipere, demptis episcopo & anachoretis^t. Teneatur tamen ad miserabilem hominum tutelam omnes & ad defensionem eorum etiam cuiuscunque sint ecclesiasticæ gradus personæ^v. Et decimo loco in summa cū reliquis, oportet magistratum & mores creandorum inuestigare: neque facultates enim, aut dignitas ita sufficiens est ad fidem, vt bona electio, vel voluntas, vel benigni mores^x. Vnde decimo, non caret controuersia, num Iudæus Christiani tutor esse possit^y. Placet autem mihi non posse, quia cultus diuinus, & mores inde corrumperentur pupilli, quamuis Modestinus dissentire prima fronte videatur, dum Iudæos non Iudæorum esse permittit. Verum si consideremus eorum in contumpeudis moribus Christianorum infidum morem, ipse eodem responso aperrè repellit^z. Contemnant enim alios, qui suæ religionis non sunt. Et vt ait Iuuenalis^{aa}:

a Boer. decif. 124.
 b Pap. arefio. libr. 15. tit. 5. a. resto 2.
 c l. q. morb. de excusa. tut. post suscipiend. de excu. tuto. in P. l. 3. qui da re tur. vel cura. possunt. li. 5. C. tit. 24.
 d l. fraterruns. l. 19. C. de excu. tut. lib. 5. tit. 62.
 e s. ite propter aduerfam valetudinem, de excusa. tut. l. non solum. s. fin. & l. idem. Vlp. eod. in P. l. 1. creditor. l. 8. qui dar. tuto. poss. C. l. ne que. l. 7. de excu. tut. lib. 5. C. tit. 62. s. item propter, eod. ap. Iustin.
 f s. i. vt ij qui oblig. perhib. se hab. res mi nor. in au then. minoris, qui dar. tuto. poss. C. l. Bugnon. lib. leg. abrog. i. licite oportet. l. 2. s. eos qui in legatio ne, de tuto. & cur. dar. ab his qui p. dan. & c. lib. 26. P. tit. 5. l. in omne. eod. k d. l. seire o portet. s. l. 1. s. tutor qui ad alimenta, de suscip. tutor. l. 1. que omnia. s. i. de procu. in P. l. si quis. & c. de episc. & cler. C. l. p. g. tor. s. neq. de off. pra. in P. m. Paul. l. vxor. i. leg. 38. ad l. Cor. de fals. li. 48. P. tit. 10.
 l. 4. qui dar. tuto. poss. C. s. idem & in mi lite, de excu. tut. ap. Iusti. l. ab administra tione. l. 7. de le gar. lib. 6. C. ti. tul. 37.
 o l. in seruili. l. 7. qui dar. tut. poss. C.
 p D. Cypria. li. 1. epist. 9.
 q 2. ad Tim. 2. cap. 1. 2. 3. 4. 88. dist. tit. ne cle. vel mona. & c. r. c. 88. dist. s. l. generaliter de episc. & cle ric. c. genera lites. 16. q. 1. r. s. amabiles, de sancti. episc. colla. s. auth. presbyteros, de episcop. & clerici. C. v. c. peruenit, 86. dist. ca. de excu. 88. dist. c. licet. 87. dist. c. generaliter. 16. q. 1. s. licite oportet. l. 21. s. penult. de tuto. dar. ab his, & c. in P. l. in confirmando, de tes tamen. tut. y Agitat h. c. quæ sit. In son in l. de iust. & iur. Barr. & alij, in l. padonem, s. tam au tem. de excu. tut. z Modest. in l. padonem, l. 17. de excu. tut. in P. a Saty. 14.

Quidam sortini metuentem sabbata patrem, Nil præter nubes, & colli nymen adorant, Nec dictar putant humana carne suillam, Quæ pater abstulit: mox & præputia ponunt. Romanus autem soliti contemere leges, Iudæicum ediscunt, & seruant, ac metuntur ius. Tradidit arcano quodocunque volumine Moses, Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti, Quæstum ad fontem solos deducere verpos. Sed pater in caussa, cui septima queque fuit lux Ignaua, & partem vitæ non attingit vllam. Sponte tamen iuuenes imitantur cetera: folam Inuiti quoque auaritiâ exercere iubentur.

Nec est quod referam quanto odio in Christianos flagrent, quoties ad necem vsque insidiati fuerint: prostant enim palamque sunt exempla, vbicunque illis permilla fuit habitatio. Et Constantinus^b illorum in Christianos odium lætale constitutione duxit coërcendum, Si quis, inquit, Iudæorum post hanc legem, aliqueum qui eorum feralem fugerit sectam, & ad Dei cultum respexerit, saxis aut alio furoris genere, quod nunc fieri cognouimus, ausus fuerit attentare, mox flammis dandus est, & cum omnibus suis participibus concremandus. Et Theodosius^c & Valentinianus, & Gregorius^x ademerunt Iudæis omnes administrationes & honores, & potestatem inter Christianos, ne insultent fidei nostræ. Quamobrem cum docuerimus maxime personæ dari tutores & moribus, vitæ autem nostra religione, vt ait Plinius^e, constet, certè pro religione statuendum erit^f, & si quædam contrarium suadere videantur aliquibus. Pretiosior enim cunctis rebus anima est^g, cuius vitæ magis consulendum: & ideò sicuti suspicio insidiarum in vitam minoris, prohibet, ne pupillus inter suspectas huiusmodi personas educetur^h, multò magis vbi suspicio est periculi animæ. Prohibuit & Constantinusⁱ Iudæis hæreticisque habere seruos Christianos. Idipsum & pontificia iura cauent^k. Vt nō immeritò in sua potestate prohibeantur habere liberos. Quin & concilio Lateranensi statutum^l, non licere Iudæis vel Agarenis, prætextu alendorum puerorum suorum, nec pro seruitio, vel alia qualibet causa, mæcipia Christiana in domibus suis habere, non liberas nutrices, non mercenarios Christianos^m. Quoniam vt ibi scribitur, Iudæorum mores & nostri, in nullo concordant: & facilè ob continuam conuersationem & assiduam familiaritatem, ad suam superstitionem & perfidiam, simplicium animos pertraherent. Et ob id etiam, in concilio generali placuitⁿ, vt habitu & vestitu essent distincti Iudæi inter Christianos commorantes, ne latètes Christianæ insidientur fidei. Duodecimò, hæc eadem^o quæ diximus de Iudæis, in hæreticis obseruanda sunt, vt iisdem quibus Iudæi rationibus repellantur à tutela orthodoxorū, & Christianorum: serpit enim doctrina eorum, vt cancer, sicut voluit D. Paulus^o, prohibenturque eorum non tantum confortia, sed etiam salutatio, vt nec eis dicendum esse, aue, D. Ioannes admonet P. Decimotertio, II non gerit tutelam turpis persona, cui nec tutela cum satisfactione committi debet^q. Decimoquar tò, testamento tutores ij dari possunt, cum quibus testamenti factio sit^r, videlicet passua, hoc est, qui capere ex testamento possint: alioquin si de actiua agatur, qui testamentum facere non possunt, & ipsi tutores dari possunt, vt filij familias^s. Verumtamè & de hac re Vlpianus sic ait^t, Testamento dari possunt ij, cū quibus testamenti factio diuisa est, præter

b l. 2. de Iuda. l. i. r. tit. 12.
 c l. ff. eod. d. c. exspectati, ca. 8. de Iuda. ap. Grego.
 e Plinius. perso. fl. un. perso. n. de reliq. & sumpti. funer. in P. g. I. sanctimus, de sacros. eccl. c. l. C.
 h l. i. & s. vbi pupill. edu. de. be. in fil. fi. C. eod.
 i l. i. ne Christi. man. i. leg. ret. vel Iuda. habe. lib. i. C. tit. 13.
 k cap. 2. de Iudæis. lib. 5. De. cret. tit. 6.
 l c. Iudæi sub c. 5. eo.
 m ead. hæc. c. 8. eo. c. & si Iudæos. c. 13. eod.
 n in c. non. l. 15. de Iud.

o Ad Timoz. p. 2. D. Ioan. pist. c. 1.
 q l. testamto datus, l. 17. de testa. tut. lib. 26. P. tit. 2.
 r l. testamen to tutores, l. 21. eod.
 s s. i. qui dar. tut. poss. apud Iusti. Vlpia. l. si quis, l. 18. s. de excu. tut. in P. t. Vp. in titulis iuris, tit. 12.

est, præter Latium Iunianum: nam Latinus habet quidem testamenti factionem, sed tamen tutor dari non potest, id enim lex Iunia prohibet. Et lex Iunia tutorem fieri iubet Latino impuberi eum, qui ante manumissionem ex iure Quiritium fuit. Decimoquinto mariti etiam tutores vel curatores vxoris, dici nō possunt datij^a: quia iure ipso Romano mulieres sunt in tutela & cura maritorum, vt diximus in potestate in vxores. Decimosextò, nurui suæ nemo curator dari potest^b. Decimosseptimò, quando ex inquisitione magistratuum vel præsidum dantur tutores, solet inquiri secundū Theophilum^c, si tunc qui est datus locuples, frugi, probus vir, an vitæ pignora, hoc est, liberos habeat: item an eam quæ se progenit patriam amet, secundum Constantinum Harmenopolium^d. Decimo octauò aliquando in controuersiam venit, nū deficientibus testamentariis & legitimis, dari possent tutores vicini pupillorum, nulla affinitate vel cognatione illis coniuncti, sed tandem placuit posse, si se alia iusta ratione excusent, sicut con. Paris. 21. Maij 1534^e: quia etiam protinus extraneus, & ignotus tutor dari potest.

a l. 2. quid ar. tuto. poss. lib. 5. C. tit. 34. s. pen. de excusa. tut. ap. Iustin.
 b l. licet orationis l. 17. de excusa. tut. C. Theophil. in s. eod. & in s. sed ex his, de Attil. tut. in Iustit.
 c Harmen. lib. 7. promp. iur. tit. 12.
 d Pap. lib. 15. a. restor. tit. 5. a. resto. 1.

De suspectis tutoribus. Cap. 5.

Lih. 26. P. tit. 10. Lib. 5. C. tit. 43. Lib. 1. Inst. tit. 26.

- 1 Tutoris ex quibus causis vt suspecti remoueri possunt: Ex iisdem ne dentur impediri possunt.
- 2 Tutor suspectus quis dicatur.
- 3 Tutor suspectus ex quibus causis fieri potest.
- 4 Tutor pauper bonæ fidei vt suspectus remoueri non potest.
- 5 Tutor vt suspectus quomodo remoueat a iudice.
- 6 Tutores vt suspectos qui accusare possunt.
- 7 Tutori vt suspecto accusato interdicitur administratio.
- 8 Tutor de suspecto pendente administratione non finita tutela accusatur.
- 9 Tutor coram quo iudice de suspecto accusatur.
- 10 Tutoris ob dolum remoti infamia pena. *ερωβελια multa quid, eod.*

Non idoneus dicitur quoque tutor, qui suspectus in fide vel opera videtur, atque ex iis causis quibus suspectus remoueri potest datus, ex iisdem prohiberi posse ne detur arbitror. Suspectus intelligitur, qui ex mala fide tutelam administrat^f, quæ his moribus præditus est, vt in suspicionem veniat^g. Suspectio perfidiæ vel incommodi pupilli, ex persona tutoris certum non habet malitiæ tutoris indicium aliquò, sed num talis sit, qualis malus præsumitur, argumentum & opionè vnde in dubio, ne quod veremur contingat, vel ne quod detectum est malum serpat, leges præsidium & cautionem dant, & delictis obuiam eunt. Atque ex decemuirali lege suspecti crimè descēdit^h, quod proponi potest cōtra quoslibet tutoresⁱ. Suspectus itaque multis ex causis quis fit, veluti primū si tutor rationes cum collega non communicet^k. Si fortè grassatus in tutela, aut sordidè egerit, aut perniciosè pupillo: si rerū eius aliquid interceperit, expulauerit ante vel post tutelam^l: si tutor inimicus fuerit pupillo parentibus eius, nec reconciliatus illis sit^m: si res vitas sine decreto vēdidit cum fraudeⁿ: si ad alimentapræstando pupillo copiam sui nō faciat^o: qui non facit inuentarium, nec pecuniam ad præ-

diorum comparationem conferre vel deponere perucaciter perstat, quoad emptionis occasio inueniatur^p: si fegnitè, si fraudulenter se gerat^q: si cōtumaciter administrationem recuset^r: si copiam sui vōcarus in ius pertinaciter nō faciat^s: si cum ignauia, negligentia, vel dolo gerat^t: si cum simplicitate, sufficitate, ineptia^u. Generaliter aliis quoque iustis de causis remoueri quis poterit, si prætorum mouerint, cur existimet aliquem non debere in tutela versari^v. Placuit tamen, tutore, quamuis pauperem, fidelem tamen ac diligentē, non esse remouendū à tutela ideò vt suspectus^x: optimūque factum visum est potius curatorem adiungi, quàm eundem cum nota fidei & existimationis remoueri, vt ait Modestinus^y. Ex his itaque causis à tutela remouetur tutor, vel officio iudicis, si apertis argumentis liqueat illi eum esse suspectum, vel si accusatio ea de re instituta corā eo fuerit^z. Accusant autem & probat suspectos, omnes parentes, proximi, cognati pupilli, & quibus pietatis affectio officij hoc promouet^{aa}: item contutor^b, et si ille sit iam remotus vt suspectus liberti pupillorum^c. Et hac pendente accusatione interdici administrationi tutori postularo de falso placuit, alio intereā pro administratione subordinadō^d. Siquidè dignū obseruatione est, agi in tutores vt suspectos pendente tempore tutelæ, nam finita tutela ab eadē quibus quis suspectus ea pendente postulari potest, aditur nō de suspecto, sed actione tutelæ^e. Porro suspecti accusatio pro tribunali tantum examinari potest, inquit Marcellus^f, & nullus alius de huiusmodi questione pronuntiare potest, quàm prætor Romæ: in prouinciis autem præfides, & legati proconsulis^g, & is cui à prætore iurisdictio mandata est. Interdum atrocitas in pupillos committentes remoti ad præfectum vrbis pro eius arbitrio puniendi grauitè remittitur^h. Qui autem vt suspecti remoti sunt, si ob dolum, famosi sunt: si ob culpam, nō arquetⁱ. Et fraudatores tutelarum turpi iudicio coërcendos dixit Cicero^j, ex lege 12. tab. Et estimationis summæ pœna id est infamia^k. Vt actione tutelæ damnatos Vlpian. infamia notari ait^l. Idem & apud Gracos ex Demosthene colligitur^m. Ideò qui hac actione agebat, nisi rem perageret, sexta parte litis astimata: multabatur, quæ in reū absolutum veniret. Multa *ερωβελια* ideò dicta, quod in quam ibet drachmam calumniæ reus obolo multaretur, cum seni essent oboli in drachmaⁿ.

De excusationibus legitimis tutorum. Cap. 6.

Lib. 27. P. tit. 1. Lib. 5. C. tit. 62. Lib. 1. Inst. tit. 25.

- 1 Tutelam gerere habet periculum animæ.
- 2 Excusatio tutelæ quid.
- 3 Excusationum cause in genere.
- 4 Tutela quando paupertas excusat.
- 5 Tutela se excusat, qui alterius est prouincia, quàm bona pupilli.
- 6 Tutela tres aut duæ curæ, quando ab alia tutela non excusant.
- 7 Tutelis excusant negotia alia necessario gerenda.
- 8 Liberi qui, & quot à tutela dant excusationem.
- 9 Excusationes à tutela vel cura ex parte personarum quot, vt si quis fuerit tutor, si inimicus si valetudinaris, si licem habeat, si minor.

p d. l. s. tutores, & l. i. s. fi. arbi. tut. C. q. lin. post. d. 1. s. de sup. tur. C. l. 4. eod. r. l. 3. C. eo. s. vbi impuberis, l. 7. s. fi. eod. in P. l. i. hæ enim, l. 4. s. fi. eo. in P. l. 3. s. fi. eo. in P. l. 2. s. fi. eo. in P. l. 3. s. fi. eo. in P. x l. suspectus, l. 8. eod. in P. s. fi. eo. ap. Iustit. y Mod. l. i. tutor. l. 9. eod. l. pietatis, l. 6. C. eod. tit. s. fi. eo. ap. Iustin.
 z l. 3. s. præterea, de susp. tutor. in P. a l. pietatis, l. 6. s. fi. eo. C. l. 1. s. conseq. s. con. r. P. s. con. seq. est, eo. ap. Iustin.
 b l. 1. de suspe. tuto. in P. c. d. l. s. i. d. l. eum que, l. 7. eo. C. s. q. s. autem, eo. ap. Iustin. Vlpia. l. quod d. si forte, l. 14. s. de fo. luto. lib. 46. P. tit. 3.
 e l. i. C. de sus. tuto. l. pen. eo. in P. l. i. s. l. i. s. tutor, in fi. & l. i. s. de tutel. l. 1. s. de tutel. in P. s. sed si suspecti, de sus. tutor.
 f Marc. l. 1. s. suspecti, ad Senat. Turp. lib. 48. P. tit. 10.
 g s. i. de sus. tur. ap. Iustin. l. 1. s. damus, eo. in P. h l. 1. s. fi. & l. a. eod. in P. i s. suspectus, & s. off. iud. eod. ap. Iustin. l. 3. s. fi. eod. tit. in P. l. i. C. eo. k Cicer. pro Au. Cæcin. l. idè pro Roscio
 m l. i. de his q. non infam. n Orat. i. con. Aphobum, cir. ca finem. o Budens de affe.

- 10 *Septuagenarius quare à tutela & cura excusatur.*
- 11 *Item alienigena, & de aliis causis excusationis.*
- 12 *Excusationes à tutore vel curatore ante administrationem sunt & intra 50. dies proponenda, postea perperam proponuntur.*
- 13 *Excusatione non vitur qui promissu defuncto patri subire tutelam, vel qui subscripsit dationi, vel legatum ob id acceptauerit.*
- 14 *Vilitas legitima excusationis.*

Quemadmodum proximè petraclatæ personæ idoneæ nō sunt administrationi tutelæ, quia reiciantur inuiti: sic nec qui se excusant ab hoc munere, & nolunt illud subire, accommodi non sunt, cum cogi nequeant. Sunt enim aliqui, qui Dei memoriam habentes, inquit Iustinianus, ad tutelam & curam suscipiendam difficulter accedant: non solum vt labores reculent, sed ne pupillorum gratia in animæ periculum incidant. Quidam tamen illegitimè, quidam legitimè tutelæ onus deprecantur: proinde de legitima excusatione agendum est. Excusatio hæc est, muneris ritè delatæ tutelæ ex iustis causis legitimè propositis, exceptio. Munus genus est, quia alia plura genera tutelæ: reliqua differentias constituunt. Exigimus in hac excusatione ritè delatam fuisse tutelam, hoc est, vt idoneus is sit tutor, si vellet, cui defertur: etenim illi qui idonei iure communi non sunt, excusatione non egent, pro reiciendo munere vel onere. Veluti si ij qui dari non possunt, dari sunt: vel qui dari possunt quidem, ab iis tamen qui dare non possunt, datur: aut quibus nō oportet, aut nō eo quo oportet modo. Priuatio enim præsupponit præcedentem habitum. Dari autem non possunt illi, de quibus proximè antè diximus. Excusantur autè primum ratione rerum, dehinc ex qualitate personarum, & subinde ex aliis negotiis, quæ cum pupillo vel aliis sunt, vel futura sunt. Ratione rerum se excusant ob inopiam pauperes, si se impares oneri iniuncto possint probare. Videlicet si eius generis sint, qui repositas non habeant facultates, in victumque necessitatis, nisi manibus operentur, & conquirat: talisve sint pupilli facultates, quæ non permittat tutorem ab administratione abscedere. Quamobrem qui in collegio pistorum operatur in pistri- no per semetipsum, excusatur non aliter: & ita mediocritas quoque, & rusticitas excusationem aliquando dant. Et idè cessante paupertate, & facultatibus additis, non competit excusatio. Recusant rectè etiam onus tutores dati testamè- to, si res administrandæ sint in alia quàm sua prouincia. Et illi quoque qui petraclatandis alio- rum rebus occupati necessitati sunt, excusatione donantur: vt qui tres iam verè tutelæ vel curas habet & administrat, quia aliis & istis non posset commodè superesse. Nisi eas affectauerit, quia affectatæ non adscribunt numero, nec hono- rariæ. Idè etiam quibus tributorum exactio com- missa à principe, vel aliarum rerum administra- tio, ea durante excusantur: quales qui prædita- rum geresbant Asiae, Bithyniæ, Cappadociæ, & alia- rum prouinciarum: patrimonialis colonus, & ex- cepto conductore. Item excusantur ob dignita- tem administratorum silentiarum principis, ma- gistratus ciuitatum, excepto Aedili: & qui oc- cupati sunt aliis rebus publicis, quales grammati- ci, sophistæ, oratores, philosophi, qui publicè

iuuenibus profunt, & medici, doctores legum, non quidem qui in aliquo præfulari docerent, sed si Romæ, vel in alia regia academia profiteantur publicè. Administratio quoque liberorum pro- priorum viuorum legitimorum, quæ plena curis est, & sollicitudinibus, vt æquum non sit patrem ab illa naturali distrahatur, vt extraneis, suis relictis, opem impèdat: si modò tot sint, qui totum cum desiderant. Vnde numerus definitus est libero- rum ad excusationem sufficiens, in quorum reci- piuntur seriem nepotes, neptisve ex filiis mascu- lis. Et qui in bello cecidere pro republ. Romæ sufficiens tribus, in Italia quatuor, in aliis prouinciis quinque. Item qui patroni senatoris ne- gotia gerit, à tutela decreto patrum excusatur. Ex capite quoque personarum, reici possunt tu- telæ vel curæ: veluti ne is qui tutor fuit, curam eiusdem cogatur subire. Si humilis sit persona, & analphabus simul: nam vtrūque requiritur, nec alterum sufficeret. Inimicitiarum etiã præ- cedentium capitalium sine reconciliatione cum patre pupilli allegatio excusationem habet. Vt si obiciatur valetudo aduersa administrationi postulatæ. Si lis futura sit cum pupillo, vel exis- tat de vniuersitate bonorum, putà quia se hæren- dem arbitratur, vel alio modo dominum herentem de re singulari vel parte bonorum, lis non esset legitima excusatio. Et proinde communitio re- rum, vel de ea controuersia, cum per curatorem pupillo ad communia tutelæ dati expediri pos- sit, nō est iusta excusatio. Etas, quoque, quæ ad negotia tractanda pupillorum idonea non est, excu- sat à tutelæ munere, veluti minor 25. annorum: qui enim se tueri nō possunt, aliorum tutelam subire non debent, & ita iure repelluntur à tute- læ. Maior etiam 70. annorum à tutela & cura se- ptuaginta anni: si autem in potentatibus, octoginta anni, amplius eorum labor & dolor. Solon homanæ vitæ terminum etiam septuaginta annos esse ait. Qui neque ciuili, neque incola eius loci est, in quo tutor datur, rectè detrectat administrationem. Item quis nō cogitur susci- pere tutelam vel patrocinium contra fratres vel filios. Et nauicularij excusantur à tutela extraneorum, non eorum qui sunt de corpore eodem seu de collegio. Et qui ingredi ciuitatem ne- queunt, vt ignominia missi, ab vrbicis excusan- tur tutelæ. Quæ interueniunt quoque in excu- satione proponenda, & prosequenda, considera: primum vt ea ante administrationem vel confir- mationem tutoriam edatur, nam si postea propo- nantur, serò fit, nec proficit. Sed & tempus iure definitum est, intra quod qui sciuit se tutore daturum, excusationem debet obicere, nempe quin- quaginta dierum, si in ciuitate, vel intra centesi- mum à ciuitate lapidem sit. Qui autem supra centum miliaria à ciuitate abest, viginti miliaria habebit vltra numerata in vnamquamque diem, à qua cognouerit: oportet enim manifestari ei à præsidibus, vel in faciem, vel in domum: & extra hos, alios triginta dies habebit ad excusationem. Peragi autem debet negotium à die nominatio- nis intra quatuor menses. Subinde animaduert- tendum, num is qui tutelam recusat, patri pupil- lorum viuenti promiserit tutelam se subiturum:

v. I. si e oportet, s. qui non iustè, cum similib. ibi per glo. nota, de excus. tut. in P. l. i. nemo, s. fin. de testa. tut. in P.
x. d. l. scire oportet, s. multa.
y. d. l. scire, s. qui autem, & s. seq. & s. consequens.
z. l. quinquaginta dierum, co. tit. in P. l. quinquaginta, co. C.

x. l. si duas, l. 6. s. Gramatici, & seq. s. & l. sed & reproba- ri. l. in princ. s. eod.
y. d. l. sed & re- probari, s. si. z. s. hæc autè, in proæ. Pand. iuris.
a. arg. l. præfes prouinciar, de feruit. C. l. si de curat. furio. C. b. l. a. s. remit- tit, & seq. de excu. tu. s. 2. & seq. eo. ap. Iu- stin.
c. d. s. eod. l. bello amissi, l. 2. eo. in P.
d. l. vnic. de iis qui n. lib. se. excuf. lib. s. C. tit. 66.
e. l. libertus, l. 17. s. liberti, ad municip. lib. s. 50. P. tit. 2.
f. s. qui tutelæ, de excuf. tut. l. curat. C. eo. g. l. athlete, s. pen. & si. eod. P. s. similiter eos, eo. ap. Iu- stin.
h. d. l. athlete, s. dat remissio- nem, s. item si propter, eod. ap. Iustin.
i. s. itè propter aduersam, eo. l. item vpi. & l. nō iō. i. s. si. l. seq. eo. k. l. si pupilli, & l. propter si rem, eo. in P. s. itè propter li- tem, eo. ap. Iu- stin. l. si vt al- legas, C. eo. l. g. res C. eo. m. s. minores, de excuf. tu. ap. Iustin. l. fin. de leg. hered. C. l. nō sō. i. m. s. si liber- tus, eo. in P. fa- cit pro ratio- ne c. Indico- rum, de atar. & qualit.
n. s. item ma- ior, de excuf. tut. ap. Iustin. l. 2. eo. in P. l. vni. qui etia. se. excuf. l. i. s. C. tit. 68. l. 3. de iur. iur. in P. o. P. l. 89.
p. Diog. Laert. in Solone. q. l. idem vlp. l. 14. s. si de excuf. tut. in P. Callist. in l. nō tantum, l. 17. s. Hienfibus, co. tit. vlp. in l. il- lud vilitatiffi- mū, l. 2. l. pro- pter litè, l. 24. s. licet datus, l. s. s. eo. tit. l. 2. & 11. C. eo. l. humanita- tis, l. 2. C. de excuf. tut. s. l. pen. C. eod. tit.
t. l. sed & mil- tes, l. 10. s. scri- bit autem, eo. in P.

a. l. spadonem s. qui patri, de excu. tut. in P. s. item si pro- pter, eo. apud Iustin.
b. Papi. in l. ex- sentia, l. 29. de testa. tut. l. 26. P. tit. 2. l. v- xori, s. qui se- nio, ad l. Cor. de fall.
c. l. post lega- tum, s. amitte- re, de iis quib. vt indign. in P. d. l. qui tutelæ, l. 20. de testa. tut. l. Nezen- nius, de excuf. tut. cum diffin- itionibus ibi adit. etis.
e. l. i. tutor, C. eod. tit.

tuc enim reiecta excusatione cogitur subire eam. Idipsumque statuendum, si dationi testamentariæ se subscripserit, vel legatum relictum accipien- da tutelæ causa cognouerit: quod nō potest iure consequi, nisi post accepta tutelam. Porro vtilitas legitimæ, & iustæ accusationis erit vt excu- satus à periculo tutelæ se eximat.

De diuisione tutelæ, formulisque tutorum in vniuersum. Cap. 7.

- 1 *Continuatio & epitome dicendorum.*
 - 2 *Tutela in datiuam, & permissam diuisa. Permissa testamentaria, datiuam legitimam, & à ma- gistratibus data.*
- Mixta à testatore & magistratu confirmata: Vnde & tutores aliquando honorarij & notitiam causa dati.

Quia tutela in generali tutelarum & substantia, cum partibus eius, re- rum, & personarum, diuisionem ex- plico, in qua quemadmodum, & à quibus, & typum, secundum quem tutores dari & confirmari possunt, exhibebimus, & quibus dari possint: vnde & quæ affinia curæ, & diffidentia sunt, & conuenientia annotare licebit. Igitur tu- tela vel permissa, vel datiuam dicitur, vt ex finiti- nis verbis tutelæ: *ibi, iure ciuili data, vel permissa*, liquet. Permissa, testamentaria alio modo dicitur quia iure ciuili permissum est patribus, tutores filijs suis dare. Datiuam iuris ciuili duplex, vel que defertur à lege immediate, nullo alterius personæ adhibito ministerio, & legis solius au- thoritate, idè legitima: alia datiuam, delata per leges ministerio magistratuum. Mixta inde, quæ à tutore, vel à iudice dari potest, dicitur. Ex his honoraria alia, à qua tutores quoque testamen- tarij, legitimi datitij, vel datiuam, & honorarij dicun- tur: quibus & addi possunt, qui propter rerū no- titiam dantur.

De testamèntaria tutela, & eius confir- matione: & de tutoribus te- stamentariis & confirma- tis. Cap. 8.

De test. tut. lib. 26. P. tit. 2.
Lib. 5. C. tit. 28. Institut. tit. 13. 24.
De confirmando tuto. lib. 26. P. tit. 3.
Lib. 5. C. tit. 29.

- 1 *Poteslas dandi testamento tutores à patria potesta- te.*
 - 2 *Tutor dari non potest certa rei, nec testamento, vel codicillis inualidis.*
 - 3 *Curator testamento dari non potest, tutor potest. Tutor testamento non datur ab alio, quàm à patre: verum datus à iudice confirmatur.*
 - 4 *Qui testamento tutores dari possunt.*
 - 5 *Tutores dari possunt quomodo testamento.*
 - 6 *Tutores testamentarij quando confirmantur.*
 - 7 *Curator à patre testamento datus confirmatur.*
 - 8 *Officium iudicis quale in confirmando tutore.*
 - 9 *Tutores & curatores à patre dati in confirmatione non satisfiunt, alij satisfiunt.*
- Idem 11. & quid si à matre dentur.

10 Tutor filio matre viuente, ea iniuncta dari non debet.

Quia Romanam patriam potestatem, vt propriam, sibi arrogat, eodem iure ciuili potestatem tutores dandi fili- liis post mortem concessam habent, ex capite legis 12. tab. vt, *Vti quisque legasset super familia tutelæ suæ, ita ius esset*. Neque datio tes- tamentaria valet, nisi secundum ius datur tuto- res. Itaque iura in hac sequi oportet, quæ pro re, considerandum docerent, ne certæ rei, vel causæ tu- tor detur, quia personæ potius datur tutor. Itè testamèntum vel codicillos in quibus fit datio, vt consistant & valeant. Et in hoc differt etiam, à curatore tutor, quia curator testamento dari non potest. Demum personæ quæ dant, esse debent quæ habeant liberos, quibus dant, in potestate. Quo fit, matres non posse testamènto filijs tutores dare, non patronos, nec extraneos: sed tamen dati ab istis, ex causa confirmantur à iudice, vt etiam detur exheredato. Quemlibet autem posse tu- torem dari, lex 12. tab. voluit: dummodò is alio- quin sit idoneus, & habeat factionem testamen- ti passiuam, sitque certus, & non numeretur inter illos qui nequeunt tutores esse, de quibus supra diximus. Potest & tutor testamento dari à certo tempore & vsque ad certum tempus, sub conditione & vsque ad conditionem, & post mortem hæredis. Obseruamus tamen regulam, neminem posse cuiquam tutore dare, nisi ei quæ in suis hæredibus habuerit, vel habiturus esset, si vixisset. Quod si talibus dederit, non inspicie- mus an nati sint, vel posthumi, filij vel nepotes, masculi vel femina. Quando autem testamen- to dati tutores, non possunt autoritate eius sub- sistere, ad confirmationem refugimus, si æquum videatur & vtile pupillis illos tutores retinere, veluti, si dati in testamento rupto: si ij, qui non poterant dare, dederit, testamento permanen- te: si dubitetur de viribus testamenti: si natu- ralibus liberis derit. Confirmatur & à patre cu- rator testamento datus. Officium iudicis in cõ- firmandis datis tutoribus testamento, in inquisi- tione consistit, qua discitur num idoneus sit is, qui datus est tutor, moribus, facultatibus, persona, num sit constrictus ære alieno, vel cum hæcõ dā- nosum contractum gesserit, aliter ipse teneretur magistratus. Sequiturque prætor vtilitatē pu- pillorum, non scripturam testamenti, vel codicil- lorum. Verum si pater inutiliter dedit tutorem, fit cõfirmatio sine inquisitione. Quod & in cu- ratore responsum est, testamento inutiliter dato, sed confirmato, cui & satisfactio remissa, quam- uis exheredato det, dummodò legitimus & natu- ralis is sit, suusque filius: aliud enim in naturali filio, cui nihil relictum est. Et dummodò etiam causa propter quæ tutor à patre datus videbatur, non sit mutata: vt ne inimicus, neque pauperior sit factus. Non ita in tutore à matre filio dato legi- timo, quem & instituire debet, antequam det, & rursum in cõfirmatione eius inquisitio est neces- saria. Confirmari tamen æquū est: cum nec ea viuente cõtra eius voluntatem tutor dari debeat. Hoc cõmune testamentariis paternis & confir- matis tutoribus, vt satisfactio ab illis non exigat- ur, quod est valde notabile, id quæ ea ratio, quia iam electi ab illis qui satis fidem illorum explo-

s. fin. qui per. tut. lib. 26. P. tit. 6.
q. l. i. tut. contra matr. volunt. datus sit C.

i. s. r. de patr. potest.
k. l. s. tutor incertus de te- sta. tut. l. ver- bis, l. 1. 1. 10. de verb. sign.
l. 12. de testa. tut. in P.
m. s. ad certū, qui testa. tut. dar. poss. lib. 1. Instit. tit. 14. l. certarum. l. 12. cum l. seq. de testa. tut.
n. d. l. 3. eod. in P. l. 3. de confir- mat. tut. l. 26. in P. tit. 3. l. 1. C. eo. l. i. tit. 29. o. l. pen. C. de testa. tut.
p. l. 3. eod. in P. l. 1. de confir- mat. tut. in P. q. l. 2. & 4. eo. in P. l. 1. C. eod. l. qui tutelam, s. s. si. de test. tut.
r. d. l. eo. in P. s. l. u. or. i. p. r. e. r. u. s. l. 1. o. s. fin. eo. in P.
t. l. vt gradatim de mune. & honor.
v. l. testamen- to tutores, l. 1. de testam. tut.
x. Africa. in l. tutoria rectè, l. 2. de test. tut. & l. si quis tu- tor, l. 2. eo. y. vlp. l. tutor datus, l. 1. s. 1. de test. tut. in P. l. tutoribus, l. 12. eod. s. ad certū tempus, qui test. tutor. dar. poss.
z. l. tutores, l. 7. de test. tut. in P.
a. l. quo tutela, s. l. de test. iur. b. l. si quis filius, s. s. seq. de testa. tut. c. l. si potest, 31. de testa. tut. in P.
d. l. 2. & seq. de confir. tut.
e. l. iure no- stro, l. 26. s. fi. & l. seq. de testa. tut.
f. l. fin. C. de confir. tut. in P.
h. l. tutores à patrono, l. 5. l. in confirmando tutore, & l. si q. de confir. tut.
i. Teypho. l. v- lilitatē, 10. de confir. tut. in P. k. l. 1. s. si qui dem, & l. i. fi- lio, l. 6. eo. d. l. i. fin. eod. tit. in P.
m. l. 4. de testa. tut. in P.
n. l. naturali, l. 7. de confir. tut. in P.
o. l. par. l. 4. s. 1. de te. sta. tut. in P. l. mater, C. de testa. tut. l. i. fin.

ratum habuisse presumuntur: ab aliis tamen datur, cauent in confirmatione, rem pupilli saluam fore.

De legitima tutela, & de illa qua agnatorum est. Cap. 9.

Lib. 26. P. tit. 4. Lib. 3. C. tit. 30. Lib. 1. Inst. tit. 15.

- 1 Quando ad legitimam tutelam peruenimus.
2 Tutela legitima subsidiaria in locum testamentaria, qua prior est.
3 Legitimi tuores qui dicantur.
4 Legitima tutela quatuor speciebus agnatorum, parentum, fiduciaria, patronorum.
5 Legitima agnatorum tutela proximis, demptis feminis, defertur.
6 Agnati & cognati qui dicantur.
7 Legitima tutela transiit mortuis parentibus tutoribus in filios sola.
8 Legitima agnato proximioris minore, vel absente, si possit idoneus esse, vel redire ante aetatem legitimam pupilli, non datur legitimus tutor remotior, sed datus interim.
9 Legitima tutela cur potius defertur agnatis proximis, quam aliis a lege.
10 Agnati adhibebantur ex lege in consilium iudicij uxoris a marito vindicante.
11 Agnati qui successuri erant pupillo, tuores lege Solonis ei dari non poterant: & quare.
12 Tuores legitimi satisfiant rem pupilli saluam fore.

Quando defunctus intestatus mortuus est pater, vel alius testatus, qui tuores testamento nec dedit, nec dare poterat: & pupilli sunt qui defensione, vel tutela egeant, ad legitimam, & lege 12. tabul. decretam, refugimus, & ad extensionem seu prorogationem mentis eius, verbis deficientibus. Haeque subsidiaria. Nam quando potest esse locus testamentariae, ad legitimam non itur: si tamen conditione suspensa sit testamentaria, vel mortuus tutor testamentarius, vel remotus sit, ad legitimam redeundum est. Legitimi tuores generaliter sunt, qui ex lege aliqua descendunt. Verum per eminentiam, inquit Vlpianus, legitimi dicuntur, qui ex lege 12. tabul. introducuntur, seu propterea, quales sunt agnati: seu per consequentiam, quales sunt patroni. Legitima tutela species hodie quatuor sunt, quia totidem modis defertur tutelam, & facit tuores lex: inde legitima agnatorum tutela, parentum, fiduciaria, & patronorum. Agnatorum est, qua ex verbis & sententia legis 12. tab. defertur proximis agnatis, ad quos defertur potest pupilli haereditas immediate, si modo femina non sint, qua proximiores ad successionem esse possunt, & apud aliam haereditas, & apud aliam tutela esse potest. Et si aequales in gradu sunt, aequa & ad tutelam vocantur: nisi alia causa pura minor aetas, vel alia excusatio prohibeat. Quod & in successione & tutela patroni & patronae in bonis liberi distinguitur. Agnati sunt, qui per virilis sexus personas cognatione coniuncti sunt, quasi a patre cognati. Cognati per feminini sexus personas coniuncti. Quod explicat cum Theopilo dilucide & paucis. Cognatio nomen est generale, diuisa in parentes, liberos, & propinquos ex latere parentes sunt, qui nos genuerunt,

pater, mater, auus, auia, & alij, superiores: liberi, qui ex nobis nascuntur, filius, filia, nepos, neptis, & qui ex illis: ex latere veniunt, qui neque nos genuerunt neque a nobis gignuntur, sed eandem stirpem & radicem communem nobiscum habent, veluti frater, soror: patruus, auunculus: amita, matertera: consobrinus, consobrina, & qui ex iis nascuntur. Porro cognatio haec quae ex latere venit, in duas species est diuisa, in agnatos & in cognatos: & agnati quidem sunt, qui per virilem sexum nobis coniunguntur, veluti frater eodem patre genitus, & liberi eius, item soror eodem patre genita, tum patruus & liberi eius, deinde & amita. Cognati vero sunt, qui per feminam nos contingunt, ut soror eadem matre tantum genita, ac liberi eius: item matertera, & liberi eius, & amita liberi. Agnati autem & legitimi dicuntur a lege, quasi dicas cognatus. Cognati etiam dicuntur, quasi dicas naturales. Quoniam quos ius civile nouit, nouit & natura. Cognati vero tantum habent cognationem naturalem, quos enim natura nouit, hos non protinus nouit & ius civile. Quae diuisio olim iure 12. tab. erat obseruata, & in successione, & consequenter in tutela, quae sequuntur successiones. Et quia distinctiones nouo iure agnatorum & cognatorum sublatae sunt, & propinquiores, siue illi agnati, siue cognati tantum sunt, ad successionem vocantur pari modo. Et sublata legis 12. tabul. distinctione, nulla separatione sexus adhibita, vel cognationis & agnationis, cognati quoque propinquiores gradus, ex illis apud iudicem communiter conuenientibus, eligendus est vnus vel plures, ut magis idoneo vel idoneis tutela committatur, propter commodiorem administrationem. Transit autem haec tutela legitima non alia, non quidem haereditario iure ad alium, sed iure proximitatis ad liberos virilis sexus, si perfectae sint aetatis. Singulare & illud quod notat Ioannes Faber, ut si proximior in gradu propter minorem aetatem a tutela repellitur, sequens in gradu legitimus non potest esse, si minor possit esse legitimus aetatis, antequam ille pupillus, de quo agitur, pubes sit, sed interim donec proximior adipiscatur aetatem iustam, pupillo datiuum tutorem constitutendum, qui desinet tutor esse adulto facto proximior. At diuersum, si proximior qui vocatur ad tutelam non possit capax esse tutelae ante pupillum, nam tunc ex proximior gradu legitimus, non datiuus erit tutor. Id ipsum si absens sit proximior, vel apud hostes, nam interim datiuus a praetore fit: non autem legitimus remotior vocatur, nisi in iure cedant vel se excusent. Porro hoc modo ad proximiores primum defertur tutela a lege, quod bona tutius administrari, nec melius conseruari posse lex crediderit, quam ab eo qui eadem ad se suosque peruentura aliquando speret. Et dehinc, quia aequum est ut is qui lucrum sperat, onera quoque suscipiat. Ut Iustinianus notauit in tutela libertorum deferenda patronis. Accedit & his omnibus arctior inter proximiores amicitia & affectio, quae id suadet. Addatur consideratio reuerentiae in maiores, qui ius quoddam in minores propinquos natura ipsa obtinent: & vnde & naturalis lex videtur proximiores ad tuitionem & emendationem minorum prouocare. Quemadmodum etiam Romulea praefata lege, maritus qui ius animaduertendi in uxorem habebat, cognatos eius rei gratia in consilium

l. quo tutela reddit de regul. iur. s. c. est agnatus, de leg. patro. tute. l. maximum virum, C. de liber. praeter. l. lege duodecim tabularum, de legit. hae. C. s. l. r. & auct. sicut hereditas, C. de legit. tut. s. ex his, de haered. ab intest. venien. coll. 9. t. d. auct. sicut haereditas, s. l. & legitimos, s. in legitimis, de legit. tut. in P. l. 3. de adm. in P. l. 1. de tutel. ple. r. que, l. 16. de tutel. l. 26. P. tit. 1. x. Ioan. Fab. in §. fin. de adu. cia. tute. y. l. idem fiet, de testam. tur. in P. z. l. non solum, s. si libertus, de excusat. tutor. l. si tutor, s. de tutel. & ratio, distrah. a. l. pen. de legit. tuto. b. l. r. s. apud hostes, eod. P. c. l. s. quae potest, eo. Vlpian. in titulis, tit. 11. d. l. de legit. tuto. in P. e. l. secundum naturam, de reg. iur. l. 1. s. pro fe. cundo, de cad. tollen. lib. 6. C. tit. 50. c. charitatem, l. 2. q. 2. l. 2. s. sed cum in secundam, C. de furt. f. l. quia plerumque, de legit. patron. tute. g. l. de legit. dat. propinq.

a. l. 3. de confir. tuto. in P. s. r. de fatit. tuto. s. fin. de tutel. l. de creationibus, de episc. aud. b. l. tutores a paruo, l. 5. de confir. tuto. c. l. intestato, l. 6. de legit. tutor. in P. d. l. 1. & s. l. legitimos, l. 5. eod. in P. s. r. de legit. tut. e. s. 1. de leg. patro. tut. lib. 7. Inst. tit. 15. f. l. si quis sub conditione, l. 11. de testam. tute. P. g. d. l. si quis, §. quod autem lex, eo. l. intestato, l. 6. s. fin. de legi. tuto. in P. h. Vlp. in tit. 11. l. legitima, de pact. in P. i. Vlp. tit. 11. k. l. quo tutela, de reg. iur. l. sicut haereditas, C. de legit. tute. l. de leg. tuto. in P. l. Paul. l. si reliquero, l. 1. s. Caius, l. si plures, eod. P. m. l. si. C. de legit. tute. d. l. si reliquero. n. l. r. s. de legit. tuto. in P. o. Caius, l. si autem agnati, l. 7. de legi. tutor. s. 1. & 2. de legit. agnator. tute. l. 5. de leg. agnat. succed. l. iurisconsultus, §. inter agnatos, de gradi. & af. fin. in P. p. Theoph. in §. & quia sunt agnati, de legit. agn. tute. & l. 3. Inst. tit. 15.

a Diony. Halli. li. 1. antiq. Roman. b Iulius Caesar, lib. 6. comment. bell. Gall. c Dio. Laert. in 1. in Solone. d Alex. ab Alex. lib. 6. c. 10. genial. dier. e l. legitimos, l. 5. de legit. tutor. P.

lium adhibebat. Sic enim ait Dionysius Halicarnassaeus, uxor si aliquid peccasset, poenas dabat ex mariti lesi arbitrio: de huiusmodi criminibus cognati cum ipso cognoscebant. Eademque lex per omnia similis Gallorum refertur apud Iulium Caesarem. Legi 12. tabul. tamen lex Solonis aduersatur, qua ita iubetur, tan deparan kληρονομήσαν πατρονομος μη έρω, id est, suurus haeres pupillis nescit tutor. Nam praesumebat ipse proximum agnatum cui de succedendo spes infidisset, infidiaturum vitae eius. Et sic securitati pupillorum prospexit Solonem optimo iure tradit Alexandri ab Alexandro. Verum & huic malo occurrunt leges, dum legitimos tuores cogunt satisfare rem saluam pupilli fore, imò & patronum patronaue liberos adhibita ratione patrimonij & personarum causa cognita.

De legitima parentum tutela. Cap. 10.

Lib. 1. Inst. tit. 18. Lib. 3. in prin. de leg. tut. P. Vlpian. in fragm. tit. 11.

- 1 Legitima parentum & agnatorum tutela iuris ferè eiusdem hodie, non olim.
2 Fiduciam quomodo emancipatione pater contraheret.
3 Emancipandi imaginariae fisiones sublatae.
4 Filiorum tutela patri est naturalis, & tolli non potest, & imbi rationes.
5 Tutela legitima filiorum etiam matri debita.
6 Mater luxuriose viuens priuatur tutela filiorum.
7 Mater lege Claudia tutrix etiam fiebat, & praefertur omnibus tutoribus legitimis, & datiuus non testamentarius, aut patri.
8 Auus & auia, & auia cum patre simul admittuntur in tutela nepotis.

f in §. 1. de legit. paren. tut. l. 1. Inst. tit. 18. g. Vlp. l. 3. de legit. tuto. in P. h. §. 1. 2. 3. de her. ab intest. ve. nien. coll. 9. tit. 1. cum similib. nota. i §. 1. de Senatus. Tertul. §. 1. de legit. agnat. succed. k. l. in prin. de s. patrem, si a par. quis fuer. manum. in P. Vlpian. in tit. 11. Caius, l. 1. Inst. tit. 6. l. liberos, §. 1. de cap. dim. in P. l. 1. si ad patrē, l. 10. de suis & legit. haered. in P. l. 3. s. obicitur, ad Senatus. Tertull. m §. 1. de legit. paren. tute. l. 3. Inst. tit. 18. n. d. l. si ad patrem, & d. l. r. s. patrem, si a par. quis fuer. manum. o. l. 3. ad Senatus. Tertul. & d. l. 3. s. obicitur, eo. in P. p. Vlpian. in l. 3. §. 1. de legit. tutor. in P.

Templo patronorum, ut ait Iustinianus post Vlpianum, & excepta est alia tutela, quae & ipsa legitima vocatur. Nam si quis filium aut filiam, nepotem aut nepem ex filio, & deinceps impubes emancipauerit, legitimus eorum tutor erit. Parentum legitima tutela eadem ferè rationes admittit, quae agnatorum & cognatorum, hodie videlicet: quaedam sublata est, quod pertinet ad effectus patrie potestatis & emancipationis, omnis differentia, ut suo loco in successione ab intestato dicemus Deo fauente. At non ita olim, lege 12. tab. delata tantum agnatis non cognatis successione, i patre emancipato filio agnato non existente, donec inuentae sunt fisiones a iurisconsultis venditionum, quae adhibebantur imaginariè in emancipationibus, cum pater contracta fiducia cum emptore filium vendidisset, emissetque, atque ita tertia emptione, veluti seruum suum factum manumitteret. Quo casu pro patrono habebatur, & legitimam eius successione, & tutelam qualem patronus in seruo manumisso habet, sibi reseruasse censebatur ex interpretatione legis 12. tabul. per leges facta: alioquin naturalis pater, non nisi ex iure praetorio, ad successionem filij emancipati admittebatur. Quod ius civile prius suscebat in filio impubere emancipato patris suscebat in filio impubere emancipato patris. Sed haec omnia antiquata sunt, & fisiones

illa, imaginariaeque venditiones ab emancipationibus explosae sunt: rectaque via licitum est parentibus filios emancipare sine ambagibus coram magistratibus. Et eadem iura nihilominus praestantur parentibus in bonis filij, cademque tutela ex manumissione impuberes nascitur illis, quae solent dari patronis in bonis libertorum. Et proinde hodie parentum legitima dicitur tutela in filios emancipatos impuberes, extensione facta legis duodecim tabularum, id est, exemplo patronorum. Sed & tutela haec naturalis patri est filiorum, quae nec emancipatione civili potest dirimi. Nec ita efficax est civilis ratio, ut vincat iura sanguinis: aut ius cognationis naturale vilo pacto minuiere possit, &c.

Naturam expellas furca licet, usque recurret. Quae enim fieri potest, ut pater desinat esse pater etiam illo volente? quae enim facta ipso sunt, pro infectis haberi non possunt. Et natura patris est, diligere filios, & supra omnem affectionem aliorum, eos beneuolentia & defensione prosequi, etiam plus quam propriam personam, neque praesumendum est, tam se quum esse patrem, ut hac naturam piam, actu solemnem, & veluti professione impietatis, exuisse videri velit. Finis potissimum emancipationis est, fauor filij, ut sibi post hac non patri quareat, ut dum in potestate erat. Et ideo beneficium illi pater dicitur conferre. Absurdum autem esset, ut quod fauore alicuius introductum est in eius odium & perniciem contorqueatur. Sic dicimus priuilegium militare in condendo testamento concessum minori militi, non tollere legem fauore eius latam ob imbecillitatem consilij. Ex consuetudine diuersarum patriarum, decedente patre vel matre nobili relictis liberis, superstes coniunx dicitur habere custodiam nobilem filiorum minorum masculorum vsque ad 14. annum foeminarum vsque ad 12. quae custodia quam dicitur garde noble, quasi tutela est, ideo hos tuores custodes & obseruatores, ad quos & tutelae onus pertinet, dixit Vlpianus. Est & haec tutela consuetudinaria instar legitimae, ut ait Baldus. Et in hac praefertur pater matri, & auus paternus auia tam paternae quam maternae. Sicut consuetudines quae tradat iuxta iuris communis dispositionem, huiusmodi tuores seu custodes guardia nobilis non facere fructus suos bonorum minorum quos habent in custodia, pendente minoritate, ut apud Caluimontenses, & Blesenses. Alibi, ut apud Barroduces, titulo de statu & iure personarum, in eorum consuetudinibus: pater, mater, auus auiaue, qui custodiam nobilem suscipiunt minorum, faciunt sua mobilia, & fructus suos haereditatis minorum, pendente tempore guardia, quae durat vsque ad 14. annum masculorum, & 12. foeminarum, cum onere tamen, ut teneantur minores alere & ornare iuxta conditionem domus, & soluere debita tam realia quam personalia & immobilia ei iure patrisfamilias tueri & colere & in statu decenti conseruare. Et dummodo qui habent hanc gardiam, non transigent ad secunda vota: quo casu faciunt quidem perceptos fructus suos sed de mobilibus reddunt minoribus ratione. Habet hoc ipsum ius guardia nobilis, Rex Galliae in Normania, si quod minoribus filiis relictis decedat aliquis nobilis, fructusque lucratur, & cedit eos cui vult vsque ad tempus pubertatis: cui onere ut iuxta conditionem & qualitate familiae minoribus de omnibus prospiciatur, & rebus eorum. Subinde, si patroni ser-

q. l. de emac. libor. C. s. praetera, cum 2. ver. si q. quib. mod. ius pat. pore. fol. lib. 1. Inst. tit. 12. §. sed quia stipulationes, de fidei. haered. r. d. s. praeterca, ver. & tunc, & s. praeterca, quib. modis ius pat. pot. fol. ubi exceptiones similitudinis adfert glo. s. tit. de legit. par. tur. & s. 1. de fiducia. tut. r. l. iura sanguinis, de reg. iur. in P. l. cum in adoptio, C. de adoptio, l. eas, de e. dimi. v. l. ius autem agnationis, de pact. in P. x. l. in bello, §. facta, de captiuis, in P. y. l. si quid, §. met. cau. P. l. fin. de curat. furio. C. z. l. placet, de acq. haered. P. §. igitur, per quas perlo. vob. acqu. §. 1. per quas perf. nob. oblig. acquit. l. cum oportet, de bo. que liber. cum similib. a. l. de ingra. liberi. C. l. de offic. prae. l. 1. P. tit. 43. b. l. quod fauo. re, de leg. C. c. l. si Rufinus, l. 4. de testa. m. l. l. 6. C. tit. 21. d. Vlpian. l. 3. §. nec quisquam putet, de adm. nist. tur. P. facit & lex Constantini, §. minorum, de sent. pass. & restit. e. Bald. consil. 145. in ep. praemissis verbis, lib. 2. f. Barrol. in l. si quis sub conditione, nu. 9. de testam. tur. Angel. Aret. in §. vnico, in §. de legit. agnat. succed. g. tit. art. 6. h. tit. des gardes & ballistres art. 4.

uorum manumissione, curā eorum si impuberes sint abieciſſe non videntur, & ſubire illorum tutelam debent: multo magis & parentes liberorum minorum emancipatorum, ſaltem æquali ratione, quod patroni & parentes, & liberti & liberi emancipati ferè eodem iure reguntur. Alioquin illis interdicenda eſt emancipatio, vt immanitatis exercenda instrumentum: præfertim quia vt ait Diocletianus & Maximianus abdicatio, quæ Græco more ad alienandos liberos vsurpabatur, & ἀποκλιεῖς dicebatur, Romanis legibus nõ cõprobat. Et quemadmodum ἀπαρτορες, dici nõ poſſunt filij ſic neque ab ea paterna ſolicitudine poſſunt eximi. In matre certè ſublata præci iuris prohibitione, quæ illam à tutela arcebat, adhuc firmatur paterna emancipantis tutela: nam mulieres filios non habent in poteſtate. Et tamen iſte, ſi velint, tutrices filiorum eſſe poſſunt: & auia quoque. Atque vnum illis ſufficit, videlicet vt à ſecundis nuptiis abſtineant, quibus interuenientibus ſinitur tutela. Et remiſſum ſacramentum illis, quod antè præſtabant, renunciantes nuptiis & Velleiano. Er dummodò etiam mater honeſtè vixerit. Nam in luxuriose viuente ſtatutæ ſunt eadem pœnæ, quæ in tranſeuntes ad ſecundas nuptias: & idè priuatur tutela. Lex etiam Claudia forminarum legitimas tutelâs ſuſtinet, vt ait Vlpianus. Et hodie præfertur mater & auia ſi velint, & petant tutelam filiorum, legitimis alijs tutoribus omnibus & datiuus: non autem teſtamentariis: neque patri, ſi ſuperſit pupillo. Admittuntur tamen ſimul auus & auia, & auia cum patre in tutela nepotis, vt notat Accuſius.

De patronorum legitima tutela.

Cap. II.

Inſtit. lib. I. tit. 17. l. 1. de legit. tut. P.

- 1 Patronum tutela libertorum ex lege 12. tabul. per extensionem.
- 2 Libertis Orcini quos habeant tutores.

LX lege 12. tabul. libertorum & libertarum tutela ad patronos, liberòſque eorum pertinet: videlicet non ex verbis legis ſed ex mente, per interpretationem verborum, quæ ad agnatos deferrebāt ab inteſtato ſucceſſionem agnatorum, & conſequenter curam eorum: vt idem intelligatur in patronis, ad quos ab inteſtato ſucceſſio libertorum poteſt peruenire. Proinde qui ex ſenatusconſulto Rubriano peruenit ad libertatem, non habebit tutorem eum qui rogatus eſt: ſed Orcinus libertus effectus pertinebit ad familiam teſtatoris. In qua ſpecie incipit tutela ad liberos patroni primos pertinere quæ ad patronos non pertinet: quod quidem in omnibus liberis Orcinis locum habet. teſtamento manumiffis, vt iſdem verbis ſcribit Vlpianus P.

a §. 1. de legit. patro. tut. b tit. in P. & C. de obſeq. à li. & libert. par. & patron. præſtand. c l. abdicat. o. l. 6. de patr. pot. l. 8. C. tit. 47. Dio. Hali. in 2. antiquit. d l. 1. quando mul. tut. off. ſi gi pot. lib. 5. C. ti. 35. liure noſtro, de teſta. tut. in P. l. fin. de tut. in P. e §. foemine. de adop. l. nulla, de ſuis & legi. hæred. f l. ſi. quæ. mul. tut. off. & c. g. auri. ſacramentum, & auri. matris & auia. C. quæd. mul. tu. of. & c. §. ex his, de he. red. ab int. vè. coll. 9. qui cor. rigitur in ſacramento per s. properea, ſit. vt ſine pro. hib. matr. de. bito. & cred. & c. coll. 7. cõ. ſit. 4. in auri. h. Ber. B. l. Ang. & Salic. in l. his fois. C. de reuoc. do. na. Ang. A. re. in tit. de legit. patro. tutel. in ſine ſci. l. fin. C. quan. mul. off. & c. ibi. pu. dicitiam ſuam intaſtam con. ſeruet, & c. i Vlp. in tit. iur. tit. 11. k in auri. ma. tri & auia, d. tit. quan. mul. & c. l. 1. 2. ibi. ma. tres que amiff. ſis viris, eod. m. Accuſ. in d. auri. matris, in ver. matris, & in ver. teſta. mentariis, in ſine.

n in §. 1. de legiti. patro. tu. tel. l. 3. de legit. tutor. in P.

o §. 1. de ſucceſſio. liberto.

p Vlpia. in l. 3. de legit. tuto. in P. Quod ſi Orcinus liber tus iam dixi mus in tit. de liberis.

De fiduciaria tutela. Cap. 12.

Lib. I. Inſtit. tit. 19.

- 1 Continuatio cap. Fiduciarij tutores qui, eod. & 3.
- 2 Fiduciaria tutela & patronorum differentia.
- 3 4. Fiduciaria tutela quare dicatur.
- 5 Frater lege duodecim tab. non erat legitimus tutor fratri emancipato, quare hodie contra.

Accedit tractatio de fiduciaria tutela, velut appendix ad ſuperiorem partem proximè explicatam, dum in locum partis tutoris, qui emancipauit nepotes vel filios minores, & mortuus eſt ante ætatem legitimam eorum, filij eius alij, ſi vitilis ſexus ſuperſint, fiduciarij tutores filiorum ſuorum, neporum videlicet à patre emancipatorum, vel fratris vel ſororis, vel cæterorum efficiuntur: ſi modò perfectæ ſint ætatis & illi. Quod non poteſt dici de tutela libertorum minorum, mortuo patrono, quæ pertinet ad filios patroni, vt ad legitimus, non vt ad fiduciarios. Et ratio diuerſitatis eſt, ex eo quod libertus ſi ſeruus maniffet, eodem iure vtique remaniffet apud liberos domini poſt mortem eius, id eſt eiufdem ſtatus poſt mortem ac in vita domini fuiſſet. At contrarium in filio, qui ſi in vita patris non fuiſſet emancipatus, tempore vitæ in eius poteſtate quidè fuiſſet, at poſt mortè nequaquam, nec in fratrum poteſtatem recideret, neque idè in tutelam. Neque ius, quod ex emancipatione filij habet parens, ad alios filios, vel ſucceſſores transfert: in manuſſione autem ſerui diuerſum eſt, quia transferitur ius in liberos. Vlpianus, Qui liberum caput, inquit, emancipatum ſibi, vel à parente, vel à coemptiore manuſſi, per ſimilitudinem patroni tutor eſt, qui fiduciarius tutor appellatur. Fiduciarij porrò hîc tutores dicuntur, habitæ ratione fiduciæ ſeu fidei contractæ in emancipatione, ſeu pacto, quo diximus contractam fuiſſe fiduciã in parentum tutela. Alij referunt ad fidem, quam pater & lex habent fratri propter propinquitatè ſanguinis, eum fratris minoris tutelam non repudiaturum. Vtraque ſententia probabilis eſt: cum fiducia, & fiduciarius à fide habitæ dicantur. Frater quidem iure antiquo erat tutor fratri legitimus, ſi ante mortem pater non emancipafſet, quia agnatus proximus fratri minori: at dum emancipabatur, non poterat talis eſſe, quia emancipatione capite minutus perdebat ius agnationis: nec ad emancipati inteſtati ſucceſſionem ſui vocabatur iure ciuili, vel lege 12. tab. ſed per prætorum per bonorum poſſeſſionem vnde cognati. Non autem erat capitis minutio, cum morte patris quis ſui iuris fiebat: & idè tunc non definebat eſſe agnatus. Cæterum hodie cū agnationis & agnationis, vt antè dixi in legitima tutela, differentia expunctæ ſint, & fratres quoque emancipati ſuis ſucceſſant, & contra, emancipatis ſui ex lege poſteã introducta: fratres dicimus quoque minorum fratrum emancipatorum viuente patre poſt mortem eius legitimus tutores, hoc eſt autoritate legum vocatos, retenta quoque ratione legis 12. tab. vt quia ad ipſos ſucceſſio deferenda eſt, & tutela quoque perueniat.

q §. 1. & ſin. de fiduci. tut. exp. licet optime Theophili. co. tit. l. i. Inſtitu. iur. tit. 19.

r §. atqui, cum 2. ſeq. de fiduci. tut. e. l. 1. §. liberos, ſi à par. quis fuer. manu. l. 17. P. tit. 12. r l. filij, l. 9. de iur. patro. eod. lib. tit. 4. l. ſi emancipatum, l. 9. de operi. lib. l. 18. P. tit. 11. vni. §. ſin. cau. de iur. liberto. toll. v Vlpian. diu. tit. 11.

x Tabule in l. Seius Sarruni, l. 46. ad Senar. Trebell. y l. tutor, ad Senatufc. Velleia. l. fin. C. de legit. tut. z l. i. de clas. de cap. diminui.

a §. ſi. de legit. agnat. ſucceſſ. cum ſimilib. b l. ſi. filius, §. ſi ad Senatufc. Macedon.

c l. memini. mus, C. de legi. hæred.

d l. quot. tutela. de reg. iur.

De

De datiuâ tutela, & de Attilianis, alijsque tutoribus.

Cap. 13.

- 1 Quando datiuus conſtituitur tutor.
- 2 Datiuus non datur tutores, quando teſtamentarij, vel legitimi ſunt, & ſi datur illis non excuſatis, periculum non ad datos, ſed ad teſtamentarios vel legitimos tutela pertinet.
- 3 Tutela datiuâ non datur habenti aliunde tutorem.
- 4 Tutor non datur tutorem habenti, nec curatorem habenti curatorem.
- 5 Datiuâ tutela decernitur, vel petitione præcedente, vel officio iudicis, quomodo.
- 6 Mater reuocatur filijs etiam naturalibus tutores petere, alioquin eis non ſuccedit.
- 7 Tutores filijs patronorum libertus cogitur petere.
- 8 Tutores qui poſſunt, ſed non coguntur, pupillis petere.
- 9 Tutores clariffimarum perſonarum à quibus eligi & dari poſſunt.
- 10 Tutores interdum petiti dari & curatores creditorum.
- 11 Tutores non habentibus & nemine petente dantur interdum à magiſtratus.
- 12 Tutores à quibus magiſtratus dari poſſunt.
- 13 Lex Attilia à quo lata, & inde tutores.
- 14 Lex Iulia & Titia de tutoribus in prouincijs dandis, qualis.
- 15 Iure ciuili nouo à quibus dantur tutores.
- 16 Tutoris datio neque imperij, neque iuriſdictionis eſt, nec delegari poteſt.
- 17 Magiſtratus qui poſſunt dare tutores enumerati.
- 18 Epicoopi an tutores hodie dare poſſunt, & quando.
- 19 Cuius territorij magiſtratus eſſe debeat, qui tutores dat, an pupilli, an tutoris, an cuiusque vel alterius.
- 20 Forma datiois tutoris, ne erretur, inquiratur de moribus & facultatibus eius, nunciatur abſenti dato.
- 21 Qui tutores dari, & quibus diebus poſſunt.

a §. 1. de Attil. tuto. b §. ſed eſti, eo. l. ſi nemo, l. 9. & ſi hære ditas, l. 10. de teſta. tut. in P. c l. ſæpe ad l. 11, l. 13. de car. zar. tutio. lib. 27. P. tit. 10. d l. ſi quis ſub conditione, l. n. de teſta. tut. d §. ſed eſti, de Attil. tuto. e §. ſi. de fiducia. tut. l. 1. de legit. tut. in P. f d §. ſed eſti, & l. 1. §. ſi apud hoſtes, de legit. tut. g l. 1. C. qui pe. ta. tuto. l. licet, l. 4. in quib. ca. ſibus tut. hab. & c. lib. 5. C. tit. 36. h §. ſed eſti teſtamento, de Attil. tut. l. ſi quis ſub conditione, l. ii. de teſta. tut. i Fab. in §. 1. de Attil. tuto. k in l. ſi ſoro. ris, l. 9. quidam, tut. vel curat. poſſ. lib. 5. C. tit. 4.

Quando nullus pupillis eſt tutor teſtamentarius vel legitimus, vel nemo eſt teſtamento hæres exiſtit, vel iſ idoneus non eſt, qui vel ſi ſit impeditus adminiſtrare, vel quia pendet conditio, ſub qua datus eſt teſtamento, vel quia minor eſt legitimus, vel quia captus ab hoſtibus datus, vel mortuus vel in perpetuum relegatus: tunc dari alium oportet. Quamdiu tamen teſtamentarij vel legitimi ſunt, non poſſunt alij dari, niſi prius illi ſe excuſauerint, vel reiecti fuerint. Singulareque eſt, quod monet Ioannes Faber, vſque adeo neceſſariò perquirendas eſſe teſtamentarias & legitimas tutelâs, & eas præcedere datiuam: vt ſi teſtamentarij vel legitimi excuſati non ſunt, datiuâ à iudice nihil operetur, nec valeat, & periculum adminiſtrationis ad teſtamentarios, vel legitimus non excuſatos pertineat. nihilominus à tempore quo pupillus eguit tutore. Quod certè expreſſè cautum inuenio à Diocletiano & Maximiano. CC. quorum verba hæc: Si ſororis tue filijs tutore legitimo patrio conſtituto, nec vilo excuſato privilegio, tutor datus eſt: cum habenti tutorem, alium dari iura

prohibeant neceſſitatem adminiſtrationis ad eum pertinere, nec te datioe teneri non ambigunt. Ratioque alia quod ipſi velint nolint, citra iuſtam excuſationem tutores ſint, & ſic in mora ex qua ſciunt ſe datos, conſtituuntur. Proinde hac lege non tenebitur ſecundum mentem Fabri, mater vel auia, ſi non petant tutelam, quia illis non deferretur tutela, niſi velint & petant. Subſidiaria itaq; eſt hæc datiuâ tutela, toties exequenda, quoties nullus tutor eſt: nam quoties iſ qui iam tutor eſt, non poteſt ſuperſeſſe tutelâ, aut munere ſuo fungi, non tutores ſed curatores dandi ſunt. Quia tutorem habenti, tutor dari non poteſt: ſicut nec curator curatorem habenti. Niſi cauſa cognita, neceſſitas cogat: vt diſſuſum patrimonium ſi ſit, & amplum. Daretur etiam alijs tutor tutorem habenti ad tempus, ſi prior appellafſet: vel donec alius redeat, vel idoneus fiat. Bifariam porrò datiuâ tutela decernitur, vel petitione præcedente, vel ex officio magiſtratus. In petitione, perſonæ quædam tutorem pupillo vel minori dari tutores vel curatores tenentur iure petere: aliæ quædam non tenentur, ſed poſſunt petere, videlicet à magiſtratus. Tenentur primum matres, quæ ſi non petierint, indignas ſucceſſione filij ſe faciunt. Quod & in liberis earum naturalibus tantum locum habet, quibus nõ petitus eis non ſuccedunt. Verum tamen ſi filij iam habeant tutores alios, ſi nõ petant, non committuntur in legem, nec etiam ſi non petant illis curatores: cum puberes annis 25, ſibi petere poſſint. Et quamuis exigendum non ſit à pupillo, vt tutorem petat, vel eum conueniat: tamen rectè ſibi curatorem petat. Imò ſi non petat & egeat, cogitur petere. Item liberti filijs patronorum petere debent tutores, alioquin negligentia vel malitia omittentes, vt deſertores obſequij puniuntur. Poſſunt, ſed non coguntur petere tutores pupillis conſtitui, cognati, affines, amici parentum, & educatores ipſorum puerorum, amita: alij vix poſſunt, nec coguntur, vt nec etiam qui à tutela excuſati ſunt petere non teneantur. In clariffimarum perſonarum pupillis nominantur & eliguntur à ſenatoribus tutores: & ſi ſenatores eo in loco non ſunt à curialibus ciuitatis eius loci. In defectum quoque petentium, creditor petere poteſt, dari pupillo debitori tutores, vt habeat cum quo experiatur: ſi modò prius proximos rogauerit, vt peterent & contempſerint. Poſſunt & nullo petente etiam à magiſtratu dari. Qui tamen ſeipſum dare non poteſt: etſi collegam dare poſſit. Qui ſunt autem magiſtratus, qui dent, & qua formula dare debeant, leges variam præſcripſere, ex quibus quædam in deſuetudinem abiierunt: quædam adhuc retinentur, alia quoque ſubrogatæ ſunt. Quator olim leges hæc de re lata Attilia, Iulia, Titia, Iunia: ex quarum authoritate dabantur tutores. Attilia lex fertur lata, vel ab A. Attilio Calatino vel à C. Attil. Regulo tæporibus belli Punicis primi, cum bello aduerſo pluribus Romanis caſus, complures Romæ orſani relictis fuiſſent. Si cui nullus omnino tutor fuerit, inquit Luſtinianus, ei datur quidem in urbe à prætoribus urbano, & maiore parte tribunorum plebis tutor ex lege Attilia. In epitomæ Vlpiani, ſeu in eius fragmentis dicitur, quod lex Attilia in urbe mulieribus pupillifque Romæ, in quibus tutores dari à prætoribus urbano & maiore parte Tribunorum plebis, quos tutores Attilianos vocamus.

l in auri. vt li. ce. & ma. tri & auia, l. 2. quædo mul. tuto. off. ſun. pot. C. m vt antea diximus.

n §. interdum, de curat. & d. l. ſi ſororis l. cum iure, qui per. tut. C. l. licet 4. in quib. caſib. tut. hab. & c. lib. 5. C. tit. 36. o l. cum ſemel, l. 5. de tutel. lib. 26. P. tit. 11. p l. propter late diffuſi, l. 3. in quib. cau. tutor. vel curat. hab. tuto. dar. pot. lib. 5. C. tit. 36. q l. 2. de tutor. & cura. dat. ab iis, & c. lib. 26. P. tit. 7. r l. 1. 2. 3. qui per. tuto. eod. l. tit. 6. l. 3. & l. matris pietas, l. 6. & l. cum à matribus, l. 8. & ſeq. eo. l. 5. C. tit. 31. l. matres, & l. omne. ad Senat. Tertull. C. s l. ſi. C. qui per. tuto. i. cum iure, l. 9. C. qui per. tutor. v l. matris pietas, l. 6. §. 2. eo. x l. 2. de tutel. in P. y l. 3. ſin. o. i. per. tutor. in P. z l. 3. §. per. de tutel. P. l. 1. C. qui per. tuto. a l. 2. §. liberti, eod. in P. l. 2. C. eod. tit. b l. 2. qui per. tut. in P. l. nepotibus, l. 10. C. eod. c l. amita, l. 5. C. eod. d l. 3. qui per. tut. in P. e l. 1. de tutor. & cura. illuſtr. perfo. lib. 5. C. tit. 33. f l. ſi filijs debitoris tut. C. qui per. tuto. g l. 3. §. 1. eo. tit. in P. h l. 1. de iuriſd. omn. iudi. P. l. quod dicit. q dar. tut. poſſ. i l. 4. de tutor. & cura. dar. ab his, & c. in P. k l. vbi abſent. l. 19. eod. l. §. de Attil. tuto. lib. 1. Inſtit. tit. 20.

m Vlp. in tit. tit. 11.

a s. l. de Attil. tuto.

b s. sed ex his vers. nā supra scriptis, de Attil. tuto.

c Vlp. in tit. 11. d Idem d. tit.

e s. sed ex his, de Attil. tuto.

f s. sed hoc ius re, eod.

g Vlp. in l. m. uo. l. 6. s. tuto. r. d. de in reiu. p. l. fi. eo. h. nec mādān te. l. 8. de tuto. & cura. dat. ab his, in p.

i d. s. sed hoc iure, l. pen. de offi. proc. in p. l. Lucius Tit. l. 4. s. cum in testamento de adm. tu. r. p. l. quod di cis. l. 6. qui dat. tuto. poss. C. d. s. sed ex his.

l Tul. Capitol. in vita Anton. Philof. m Vlpia. l. ius dandi. l. 3. & l. vbi. l. 19. s. de tutor. & curat. dat. ab his & c. P. l. 1. de magi. tra. conuenit. Cic. in Verrē. n. l. de tutor. dat. ab his.

p s. nos autē, de Attil. tuto. Nouel. r. q. in l. tam de mentis. l. 1. de epilic. a. d. lib. i. C. tit. 7.

q l. i. eod. C.

r Pal. l. 145.

Lex Julia & Titia in prouinciis potestatem dādi tutores praesidibus prouinciarum concedebat. Arbitror ego illas leges, habuisse illud singulare, propter auctoritatem eorum qui concedebant tutores. nempe praetoris urbane, tribuni, & praesidum prouinciarum, vt sine cautione exigenda, rem pupillorum saluam fore. & sine mandato de cogendis tutoribus, possent tutores ex arbitrio constituere & cogere. Vlpianus legem Iuliam ad filias restringere videtur, dum ait, Ex lege Iulia de maritandis ordinibus, tutorem datum a praetore urbis ei mulieri virginive, quam ex hac ipsa lege nubere oportebat, ad dotem dandam, dicendam, promittendamve, si legitimum pupilla non haberet. Et postea senatum censuisse, vt etiam in prouinciis quoque similiter a praesidibus earum, ex eadem causa tutores darentur. Iunia lex d tutorem fieri iubet Latino, vel Latino impuberibus eum, qui etiam ante manumissionem, ex iure Quiritium fuit. Verum quia iste leges ex usu abierunt, & earum habemus in iure tractationem, dicemus in summa omnia latiori de illis quaestione, repetendum quod his verbis tradit Iustinianus, Hoc iure utimur, vt Roma quidem praefectus vbi, vel praetor secundum suam iurisdictionem: in prouincijs autem praesides ex inquisitione tutores creent, vel magistratus iussu praesidum. si non sunt magna pupilli facultates. Tutoris datio, neque imperij est, neque iurisdictionis: sed ei soli competit, cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel senatusconsultum, vel princeps. Proinde non omnes magistratus, qui imperium vel iurisdictionem habent, ideò dare tutorem posse dicuntur. Quare quibus haec facultas indulta, alijs mandare vel delegare non possunt. Iubere tamen qui dare possunt, alios magistratus, quibus etiam concessum est, vt possint dare, vt dent si maiores sunt, non dubitamus. Ius dandi tutores habebat consules, Antonius autem Philosophus Caesar primus praetorem tutelarem fecit, cum ante a consulibus peterentur, vt diligentius de tutoribus tractaretur, teste Iulio Cepolino. Vlpianus ante Iustinianum testatur, ius dandi tutores concessum fuisse omnibus magistratibus municipalibus, eoque iure vsos: dummodò daretur is, qui municipij eorum esset. Item concessum consulibus, proconsulibus, & oratione Marci eorum legatis moderatoribus prouinciarum, eis dare qui eiusdem prouinciae essent, vel ibi haberent domicilium. Et Paulus iam responderat, vbi absunt ex loco vbi tutor petendus, magistratus, qui tutores dare possunt, decurionibus iuberi dare, dummodò legitime conueniant. Iustinianus postremo loco sancit, vt nec expectata inuisione praesidum, si facultates pupilli vel adulti vsque ad quingentos solidos valeant, defensores ciuitatis vna cum religiosissimo antistite ciuitatis, vel alius publicas personas, id est, magistratus, veluti iuridicum Alexandria ciuitatis, tutores vel curatores creare, cum legitima cautela, id est periculo eorum qui recipiunt. Antistites etiā hic Iustinianus sacros, capaces notionis tutelae & tutorum facit, videlicet ea ratione, qua alibi vult & antistitis sententia, dotes & nuptias filiorum furiosorum & amentium definiri & statui: quia orphanorum & miserabilium personarū cura & inspectio, sollicitudini episcopali iniuncta est, vt causa Dei. Quia Dominus custodit aduenas, pupillum, & viduam suscipiet. At circa hanc misericordiam & necessitatis causam, hodie forsā antistes se non immiscebit dationi, nisi in defectum secularis iudicis: quo casu deuolueretur potestas ad ecclesia-

sticam. Exceptis locis vbi habet iurisdictionem temporalem, vbi proculdubio potest. Vult & Iustinianus in curatoris furiosi iuramento, antistitem adesse in prouincijs & locis vbi est. Si pupillus tamen sit clericus secundum Bartolum, tutor ei dari debet per iudicem ecclesiasticum, non per laicum: quia datur potissimum tutor personae, non bonis. Verum laicum dare non potest, quia iurisdictionis episcopi non est, sed clericos alios vel religiosos, eosque iure canonico, non ciuili. Poterit & laicos nominare iudici seculari, quos subire tutelam secularis cogat: vt notat Ioan. Faber, & Angelus. Cuius autem loci magistratus huiusmodi esse debent, qui creare possint tutores, an domicilij pupilli, an facultatum, an vtriusque, an alieni etiam ab istis, non vnicum habes analyticos speciem, sed distinctione suffultam. Consentium quidem omnes: non nisi iurisdictionis pupillis tutores per magistratus dari posse, quia lege ita expressè cautum. At quomodo iurisdictionis iudicis dicatur pupillus, non in omnibus consentiunt interpretes. Ergo dicendum, si pupillus bona & domicilium habeat in vno municipio, vel loco alio, proculdubio iudex eius loci tutorem dat: si in altero loco moretur, & alibi domicilium habet, iudex vtriusque loci potest dare. Si tamen, inquit Ioan. Faber, alter alterum praenerit, praenotione cessat potestas alterius iudicis: quod si de praenotione non constat, vel concursu se impediunt, nisi conueniant. Vel, quod Faber sequitur, quilibet in iurisdictione sui iudicis administrabit. Si tamē in vna prouincia bona, & originis domicilium in alia tantum, aut ibi etiam bona habeat: tunc qui est datus in loco domicilij, vbi que poterit administrare. Siue datus fuerit a testatore, quod caret dubio, siue a iudice: nisi datus excuset de bonis extra prouinciam tractandis, quo casu rectè eius loci iudex prospiciet de tutore. Quod si pupillus in aliqua prouincia moretur, & in alia habeat domicilium originis & bona, iudex qui cognoscit in loco vbi moratur, debet hanc quaestione remicere tractandam ad locum domicilij. Bartolus tamen datur pupillum, etsi iudicio careat, posse sibi constituit & eligere domicilium aliquo in loco, vt possit ita habere tutorem. Sic Azo tradit pupillum extra domicilium existentem, cum litem mouere alibi vbi est desiderat, posse ratione eius litis, & ad illam legitime tractandam, petere ibi sibi tutorem dari. Similiter si pupillus alicubi conueniatur, iudex coram quo vocatus est, etsi is iudex secundum ea quae diximus extra domicilium non sit idoneus, eius rei tamē ratione potest tutorem dare. Quia ratione litis, videtur res fori sui esse: quibus enim iurisdictioni permittitur negotij, his & omnia permittenda sententur, sine quibus expediri non posset. Neue contentia causae diuidatur, aut lis protrahatur. Et ita plenè intelligimus iuridicos prouinciarum, posse tutorem in eo casu dare subditis alterius iurisdictioni, si ad eos lis deuoluta sit, & ita ratione consequentiae. Nam aliter non possunt, inquit Faber, Seneschalli subditis baronum dare, nisi in defectum & negligentiam illorum. In comitijs Augustae Vindelicorum anno 1587, sub Carolo 5, Cesare statutum est, ne singuli tutores vel curatores, siue testamentarij siue legitimi, datur vel ordinari iudicialiter, se tutelae administrationi ingerant, nisi a magistratu ipsis antea decreta & commissa fuerit. Et vt postea teneantur de bonis omnibus mobilibus &

r. c. ex tenore, & c. licet, de for. comp. v. c. si d. obus, de appell. x. l. final. s. sed cum antiquitas, & s. in prouincijs, de curat. furio. lib. 5. C. tit. 7. y. Bartol. in l. de tuto. dat. ab his & c. z. auth. statimus, de episc. & cler. a. ca. peruenit, 86. dist. b. auth. presbyteros, de epilic. & cler. c. Ioan. Fab. in s. i. nu. 4. & ibi Ange. Arctim. in nu. 10. de Attil. tuto.

d. l. neq; a praeside, l. 5. qui dare tu. vel cura. possit. y. C. tit. 34. l. 1. s. fin. de tut. dat. ab his, in p.

e. l. i. vbi pet. tut. C. l. pupillo, & l. s. de tut. & curato. dat. ab his, in p.

f. Ioan. Fab. in s. i. de Attil. tu. ro. num. 3. g. l. duo sunt Titij, de test. tur. h. l. 2. C. de rest. sta. tute. i. l. 2. de excus. tut. s. datus, eo. ap. iust. fin. k. l. nō solum, s. qui testamēto, & l. propter, s. licet, & l. iurisperitos, s. cū oridius, de excus. tut. l. magis puro, s. illud, de reb. eor. qui sub tut. in p. l. vnic. per tu. r. C. argu. l. cum vnus, s. is q. de bo. auth. iud. possit. in p. l. hares ab. sens, s. de iudic. in p. m. Bartol. in l. de tut. & cura. dat. ab his. n. Azo, in l. r. qui pet. tut. C. in Summo. o. l. s. i. & ibi interp. de adm. iust. tut. lib. 5. C. tit. 37. Bar. in d. l. i. de tut. & curat. p. l. 2. de iurisd. omni. iudic. in p. l. fin. de offi. eius cui mād. est iurisd. in p. g. l. nulli, C. de iudic. r. d. l. fin. s. de adm. iust. tut. r. C. s. Fab. in s. i. nu. 6. de Attil. tuto. r. in politia Germania habitant in his comitijs, art. 31.

g. l. si quis tutore, s. quod ergo, de rit. nup. in p.

h. l. 3. de adm. iust. tutor. lib. 26. P. tit. 7. i. l. pupillum, de aq. hered. l. quod si forte, s. h. de solutio. 4. Papin. in l. iure nostro, l. 26. s. honoris, de testa. tute.

i. d. l. quod si forte, s. sic qui dam, & s. qui notitia causa, de solutio. m. l. quarto, l. 32. s. r. de testa. tut. in p. l. i. de peric. tuto. lib. 5. C. tit. 38.

Quibus modis tutela finiatur. Cap. 15.

Lib. 1. Inst. tit. 22. Lib. 5. C. tit. 60.

- 1 Pupillorum vel tutoris voluntate tutela non finitur, sed alijs modis.
2 Tutela finitur pubertate pupilli, & pubertas quomodo probetur.
3 Tutela secundo finitur capitis minutione tutoris.
4 Capitis minutio quid, & quomplex, quidve maxima, media & minima.
5 Capitis minutio pupilli etiam minima soluit tutelam.
6 Tutela tertio soluitur morte naturali pupilli, vel tutoris.
7 Tutela quarto soluitur tempore tutori constituto. Tutores dari possunt ad certum tempus, ex certo tempore, & sub conditione.
8 Tutela finitur quinto remotione tutoris suspecti.

immobilibus, creditis, debitis, literis, & registris inuentarium conficere: & iurare quod pupillorum ac minorum suorum rebus, ac bonis personisque eorum, fidem & honestam custodiam adhibebunt. In petitione tutoris, ad quam secuta datio, si erratum in facto sit, non valet datio. Ante dationem inquisitio faciendae est, vt diximus: dehinc, si absens detur tutor vel curator, dare operam debet, vt nunciatio ei fiat intra triginta dies. Nam ab ea denunciatio incipit currere tempora 50. dierum excusationibus concessorum. Postea satisfactio exigenda ante administrationem, vt diximus in officio tutoris. Qui autem dari possint tutores a magistratibus, satis apparere arbitror ex his, quae diximus proprio capite antea. Porro omni die tutor dari potest.

De tutoribus honorariis, & notitia causa datis. Cap. 14.

- 1 Tutorum alia diuisio.
2 Honorarij tutores qui, & quando tutela onere tenentur, & eorum officium.
3 Notitia causa tutor datus quis, periculum, & officium.

Inter tutores quidam sunt, quibus administratio tutelae conceditur, alij qui honorarij dicuntur, alij qui notitia causa dati dicuntur. De his qui administrant, vel administrare debent, potior est & praecipua in hoc tutelarj tractatu quaestio. Et de his dictum iam est. Honorarij tutores sunt, qui non gerunt tutelam, sed adduntur gerentibus, vt sua auctoritate eos in defensione pupillorum iuuent, & negligentes accensent: dati vel a testatore, vel a iudice, qui tamen immunes a periculo tutelae non sunt. Itaque tamē si excusis facultatibus tutorum qui male administrant: ipsi non soluendo inuenti sunt, etsi male administrantes non fecerint suspectos, ob negligentiam videlicet: cum illorum munus sit obseruare actus tutorum gerentium, & saepe ab illis rationem exigere, & sollicitè curare qualiter conuersentur: si pecunia sit, curare vt deponatur ad praediorum comparationem. Horum quoque auctoritate rectè a pupillo negotia geruntur. Non tamē is dicitur honoris causa datus, qui ita datus est, vt rationes ab alijs, gerentibus acciperet: alius enim est rationem ab aliquo exposcere, nam hoc tantummodo honoris est, videlicet audire quid, & quomodo alius rationes accipere, hoc est, gesti momentum & actus, & subductionem calculi, & ratiocinia penes se habere, vnde hic gestio quaedam est, & administratio. Non autem quando rationem tantum exigunt generaliter diligentiae. Notitia causa datus dicitur tutor, is qui ad instruendos conutores, scilicet de rebus & negotiis testatoris vel pupilli, datur: cui & solui potest, quia & hic vt & honorarius, si velit administrare possunt, nisi inter dictum sit nominatim. Et hic etiam notitia causa datus, perinde ip omnibus administrationis & accessionis iure conueniri potest, atque ceteri tutores, qui eodem testamento dari sunt.

Tutela non finitur ex voluntate pupillorum, sed alijs modis lege & moribus introductis: vel habita ratioe personae tutorum, vel minorum, vel administrationis. Neque etiam sola voluntas tutoris se tutela abdicantis sufficit, nisi quo oportet modo fiat. Finitur itaque tutela, pubertate adueniente pupillorum. Quae olim probabatur ex natiuitatis scriptura & alijs legitimis probationibus, & per inspectionem nudati corporis, quae tamen formula hodie hic improbata est: vt turpis: & definita aetas 12. annorum foeminis, 14. masculis, pro pubertate constituta. Secundo finitur tutela capitis diminutione tutoris, per quam libertas aut ciuitas amittitur. Ita hic caput aut status personae est: qui habet in se libertatem, ciuitatem, & familiam: & capitis minutio, status huius prioris in alium commutatio, vel status huius ademptio. Itaque minutio capitis triplex. Moxima, si ciuitas aut libertas adimatur: vt si quis seruus pœnae fiat atrocitate sententiae, vt damnatus ad bestias, & potissimum quando sententia vita adimitur. Nam hodie alioquin nemo bene natus, ex sententia exilij vel deportationis seruus pœnae fit. Nisi ingrati liberti reuocentur in seruitutem, vel liberi ad pretium participandum venundari se passi sint. Nam hi capitis maximam minutionem patiuntur. Minor capitis minutio vel media est, quando ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur: vt si aqua & igni interdictum alicui, vel si quis deportetur. Minima est, cum libertas & ciuitas retinetur quidem, sed status mutatur, vt si alterius iuris seu potestatis quis fiat, veluti arrogatione & adoptione, sicut emancipatione. Et ita vt ait Aulonius, Triplex libertas, capitisque minutio triplex. Vocat autem capitis minutione Cicero, ademptionem de capite. Et cuiem indemnatum intergrum esse capitis dixit. Agnationis ius cum obtrinebat in tutela, capitis minutione tollebat: & ideò & tutela ex lege duodecim tabularum corruerat, etiam ob minimam. Hodie quando ex nouis legibus legitima tutela defe-

n. l. a. C. quantum, vel curat. esse d. s. o. l. legatus C. faris, de offic. praesid. in p. p. s. quib. mo. tut. finit. lib. 1. Inst. tit. 22. l. s. C. quan. tut. vel cur. & c. l. j. s. tit. 60. q. l. 2. de excus. tutor. r. d. l. s. d. titu. q. uan. tuto. s. r. quib. mod. tut. finit. l. 4. de rit. nupt. l. qua gra te de testamē. Macrobi. in p. Som. Scipio. s. s. sed & capitis minutione quib. mod. tut. finit. ap. Iust. in p. s. s. r. u. antem, de cap. di. min. ap. Iust. in p. s. r. eod. l. r. eod. in p. y. s. l. fin. eod. y. s. maxima, eod. z. l. aut damn. num. s. 2. de pœnit. in p. a. l. qui vltimo supplicio, l. 29. de pœn. in p. b. auth. sed hodie, d. donati. int. vir. & vxo. c. l. 2. de lib. C. d. Diximus in seruis, ex tit. quib. ad lib. procl. non lic. e. d. s. de cap. diminutio. f. d. s. i. g. l. s. eo. s. minima, eod. ap. Iust. in p. h. Antonius, in Gypphis. i. Cic. in Verrem. k. Cic. in Pisonem. l. s. sed agnationis, de legi. agnar. tute.

deferatur iure cognatiōis. idēō semper tutela nō perimitur ex omni minima capitis minutione tutoris: quia cognatiōis ius nō soluitur minima minutione, soluitur autem maxima & media, quōd pertinet ad iura successiōis & tutelarum b Pupilli pupillatūe omnis capitis minutiō etiam minima, tollit omnes tutelas c. Si tutor quoque in adoptionem se dederit, perit legitima tutela eius, non alia d. Ad seruitutem pertinet capi ab hostiōibus, idēō & eo casu finitur tutela e. Finitur tertio

tutela, naturali morte tutorum vel pupillorum f. Verūm morte tutoris legitimi, tutela legitima in eius liberos, si idonei sint, transferri videtur: non autē alia tutelē, testamentaria vel datua g. Quarto, ad tempus, vel sub conditione cōstitutio tutoris, tutela elapso tempore, vel cedente die perimitur h. Receptū enim est tutores dari posse ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel sub conditione i. Finitur & quinto tutela, quādo tutores remouentur vt suspecti k. Sed hęc haētenus de tutoribus seorsum. De curatoribus nūc agamus. Porrō de actionibus quę pro tutela & cura dantur, postea sequente libro, Deo fauente, in fine tractabimus.

DE

Syntagmatis iuris vniuersi libri duodecimi Finis.

a l. tutelae, l. 7. de c. dimini. l. 4. C. de legit. tut. b §. fin. de cap. dimini. §. sed & capitis, quibus mod. tute. finit. l. 1. C. de hered. instir. l. 1. in fine, ad Tertu. P. c. d. §. sed & capitis, & §. item finitur, quibus mod. tut. finit. l. si arropati, de tutel. in P. l. fin. C. de auth. praesent. l. legitimam tutelam, de legit. tutor. P. d. §. sed & capitis, l. tutelae, de capitis dimini. P. e. §. item finitur, quibus mod. tut. finit.

f §. simili modo, quibus mod. tut. finit.

g l. tutela vt plerumque, de tutel. P. h §. sed & si, veff. prereret, & §. pen. quibus mod. tutel. finitur. i §. ad certum, qui testa. tuto. dar. poss. k §. final. quibus mod. tute. fini.

a Tul. Paul. lib. 1. recept. sent. tit. 4. c. 1. b Idem vbi sup. c. 8. c l. sciendum, l. 20. de ri. nup. in P. l. in copul. l. 8. C. de nupt. l. cōstitio, 7. de curat. furio. C. d. l. 1. de adm. nistra. tuto. l. si tutori, C. eo. e §. 1. de curat. f l. pen. §. si de testa. tute. g l. de creationibus, de epif. aud. C. h §. interdum, de curat. l. 1. 2. §. in quibus cau. tuto. hab. cur. dar. poss. lib. 5. C. tit. 36. i §. item inuiti, de curato. l. 3. §. pen. de tutel. in P. k §. datus, de excuf. tuto. l. 1. §. de curato. de rit. nupt. l. cum plures, l. 12. §. 3. de adm. nist. tut. in P. l. in copul. l. 8. C. de nup. n. d. l. in copul. l. 8. o l. cum in vna, l. 17. §. 1. de appellatio. & relatio. in P. rub. de autho. tut. & confen. tuto. in P.



DE CURATORIBVS ET CURA EORVM, LIBER XIII.

De differentia & conuenientia tutela, & curę, & quot species curę. Cap. 1.

- 1 Tutor gerens finita tutela tenetur, vt negotiorum gestor. 2 Cura quid, & quomodo differat à tutela: quod hac præcipue bonorum, tutela personarum. 3 Cura & tutela conformitas. 4 Cura & tutela differentia. 5 Curatorum species, pupillorum, minorum, furiosorum &c. 6 Communia omnibus curatoribus, satisfactio, inuentarij confectio, possunt vt suspecti remoueri, personalia gerunt munera.

OSTQVAM in suā tutelā peruenit minor, desinit officio suo fungi tutor, neq; amplius talis dicitur: etsi in administratione sua perseueret tūc non tutelę actione, sed negotiorum gestorum Iulius Paulus teneri eū pupillo respondit a. Exemplo eius, qui pro tutore vel curatore minore se gessit b. Sequitur autem tutelam cura, quia cura est tutela bonorū potissimum, & per cōsequentiā personarū: vt tutela præcipue personarū & per consequentiā bonorum c. In multisque conueniunt, & ferē omnia quę de tutoribus pupillorū dicta sūt, in curatoribus minorum locū habent d. Et tituli qui de tutoribus pollicentur tractationem, adiungunt & curatores: vt in epigraphē, de administratione tutorum vel curatorum: de tutoribus & curatoribus datis ab ijs &c. de excufatione tutor. vel curato. cum similib. Dantur & ab iisdē magistratibus curatores, à quibus tutores e, excepta causa testamenti f: quāuis & in testamento datus cōfirmetur per inquisitionē g. Quinimo & sepe simul sint, & cū habenti tutore tutor superaddi nō possit, curator tutela iūgitur h. Differūt tamē in paucis & proinde seorsum curę singularia nobis tractanda sunt. Nā vt dixi proximē, tutor testamēto datur, curator nō vtique sine cōfirmatione. Secūdo, tutor inuitis datur: curator minimē, præterquam in litē i. Tutor tertio rebus omnibus & vniuersis tārū pupilli datur k: curator & vniuersis, & singularis dari potest l. Quarto, tutor principaliter personis datur: curator rebus m. Quinto, maior potestas tutoris quā curatoris n. Sexto, tutores in negotiis cōtrahēdis interponunt autoritatem: curatores tantū cōsensum o. Nō eget enim approbatiōe personę minor, qui legitimā habere dicitur,

dū in suam venit tutelā. Sed eget cōsensu ratione cōseruationis rerū curatoris necessariō ad instar autoritatis, si alienet: non autem si querat, quia sine curatore rectē cōtrahit. & se obligat p. & ducit vxorē, & nubit q. Persona enim libera est à potestate aliena, bona nequaquam. Etsi deceptis cōtrahētibus iura per restitutionē subueniāt in integrum r. Sexto finitur tutela, vt diximus, 12. annorum in feminis: in masculis 14. spatio s: at curatorū 15. tantū anno t. Generaliter curator accedere potest, & dari omnibus, qui rebus suis super esse nō possunt v. Et proinde quia plura sunt, quę impediunt aliquem suis superesse rebus, vel rectē eas tractare, curatorū, ratione subiectorū plures erunt positiones: sed ratione constitutionis curatorum, duę species adferuntur ab Vlpiano v, vt alij sint legitimi, alij honorarij, seu datiu. Legitimi, qui ex lege 12. tab. dantur: honorarij, qui à pratore cōstituuntur. Omnes, si perpendamus morem, datiu. Itaque omnes curatores nota quadam personarum sic distingo. Curatores esse pupillorū, minorum 25. an. mutorum, furiosorum, prodigorum, vtrius, bonorū, & actorum, & reipub. Dicemus de singulis. At interim annota in summā generaliter omnibus commune esse, vt fatidant, nisi ex causa remittatur satisfactio, iurentque coram magistratu, re pupilli saluam fore, ex fidēque gesturos, & ad vtilitatem sibi commissorum. Inuentariū faciant v. Item hos omnes vt suspectos remoueri posse, si causa subsit z. Dehinc quod omnes istę curę, vt tutelę, sunt personalia munera, quia corporibus cum labore & solitudine animi ac vigilantia principaliter præstantur a.

De curatoribus pupillorum. Cap. 2.

- In quibus, caus. tut. vel cura, habet. tut. vel curat. dar. pot. li. s. C. i. 36. 1 Casus, quibus pupillo habenti tutorem, curator, ratione bonorum, vel litium adiungitur. 2 Curator pupillo datur, excufato eius tutore ad tempus.

Pupillis curatores accedūt, nō ratione personę, sed ratiōe bonorū, negotiorū, vel litium b: vt si pupillo expediat agere contra tutore vel aliū curatorem c, alio cōtutore non existente d. Si legitimus tutor nō sit idoneus e, ob egestatē aut dignitatē, aut diffusum pupilli patrimonium f. Idem in dato à magistratu, vel testamento g. Itē in loco tutoris, 2 qui ad tempus tantū excufatur, interim datur tantū curator, veluti ob legationem, vel aliam iustam causam h: si enim in perpetuum excufatur, esset tutor dādus i. Datur itaque egro tutore existente k, vel furatē per interualla l, vel adhuc minore existente 25. annor. m. Item in casu l. ex sententia, l. 29. de testam. tutel. in P. in eo qui sibi tutelam in testamento scripsit.

p l. puberes, l. 10. de verbo. oblig. q d. sciendū, de rit. nup. r tit. de m. no. 25. an. tut. de restit. m. no. C. s. l. quā. tu. ro. esse det. C. s. 1. quibus mod. tut. finit. t §. 1. de curat. tor. v l. his qui in ea causa, de tu ro. & cura. dar. & c. in P. x Vlp. in tit. 12. y l. final. §. sed cum antiquitas, & auth. qd naturaliter generale, & 6. ex inuentario, de curat. fur. C. §. pe nul. vt iij qui oblig. per h. se habe. res min. in auth. z l. 1. §. nō tantū, & §. si curator vtrius, de susp. tutor. lib. 26. P. tit. 10. a l. x. illud tenendum, & §. aq. de mun. lib. 5. o. P. tit. 4. b l. 1. §. pen. & f. de tut. in P. c §. interdum, & §. pen. de curato. §. si de au tho. tuto. l. 1. 2. §. de in lit. dan. tutor. l. 5. C. tit. 44. d l. duobus, l. 25. de testam. tut. in P. e §. interdum, f l. si in quibus cau. tut. hab. tut. da. pos. C. l. quoties, §. de adm. nist. tuto. l. prolatis, l. 6. de susp. tuto. l. folet, 13. de tutela. testament. 10. 12. de excu. tuto. g l. si tutor, §. de susp. tuto. §. itē si testamen to, de curat. h l. 1. & 2. in quibus cau. tut. hab. & c. C. §. itē loco tuto. vñ, de curat. §. item qui reip. causa, de excu. tut. l. tutor, 28. eo in P. l. in omnem, 15. de tut. & curator. ab ijs & c. in P. i d. l. in omnē, l. questio, 12. de tutel. P. l. 2. in quibus cau. tut. hab. & c. C. k l. nō solum, l. 12. §. si de excu. tut. l. 1. Modestini, l. idem Vlp. l. 14. de excu. tut. P. m d. l. non solum, §. si liber. tus.

De curatoribus minorum 25. annorum. Cap. 3.

Lib. 1. Instit. tit. 23.

- 1 Curatores inuitis non dantur minoribus, nisi in litem. & ratio. & 4.
2 Curatores dantur usque ad 25. ann. quare. & 3.
3 Contra minores 25. annorum non currunt prescripiones.
4 Curatores olim non dati minoribus, nisi luxuriosis, & prodigis, & cum infamia ex lege Lectoria: hodie omnibus minoribus. Lex Lectoria, eod.
5 Curator minorum satisfiat, inuentarium conficit, in ratem minoris saluam fore.
6 Minor sine curatore gerens latus restituuntur. Restituere in integrum quid.

Curatores dantur tantum minoribus 25. an. si ipsi desiderent, & illis volentibus, nec inuitis: si tamen in lite moti noluerint eligere inuitis datur b, cum aliter non possint esse in iudicio c. Masculi, inquit Iustinianus d, puberes & femina viri potentes usque ad 25. annum completum curatores accipiunt. Quia licet puberes sint, tamen eius aetatis sunt, ut sua negotia tueri non possint. Dicitur & haec aetas minorum imperfecta ratione consilij & experientia rerum e. Et proinde praescriptiones contra minores tempore eius aetatis, quae olim rescindebatur restitutione, neque hodie currunt, vel fiunt f. Nec prius robustam aetatem vel animi vim dicitur minor adeptus, quam ad vigesimum quintum peruenierit g. Olim curator e dare minoribus non expressa causa infamiam quandam habere videbatur, quod esset suspicio prodigalitat in minoribus: vnde nec inuitis dari voluerunt, & nisi postulantibus illis, et si interdita illis fuisset bonorum suorum libera administratio. Vnde M. Antonius Philosophus Caesar, de curatoribus cum antea non nisi ex lege Lectoria h, vel propter lasciuiam, vel propter dementia darentur, ita statuit, vt omnes adulti curatores acciperent non redditis causis, vtr author Iulius Capitolinus i. Curator omnium & tutorum generale est, satisfidare demptis quibusdam, de quibus suo loco: & sacramentum praebere omnia ex fide & vtilitate minorum & pupillorum gerendi, inuentariumque conficere k. Si quando contingat minores 25. ann. negotia gerere sine curatore, & illos restituendos esse aequum visum est l. Restituere, est in pristinum statum reponere m. Videamus itaque restitutione hac pauca.

De restitutione in integrum minorum. Cap. 4.

De rest. in integ. lib. 4. P. tit. 1. De minorib. eod. lib. tit. 2. De in integ. rest. mi. lib. 2. C. tit. 12. Lib. 2. Decretal. tit. 41. Lib. 1. Sex. tit. 21. C. euent. lib. 1. tit. 11.

- 1 Restituitio in integrum infans non eget, quare.
2 Minores ex quibus causis restituuntur in integrum.
3 Restituuntur minores laesi ob ignorantiam legum civilium, non naturalium, & ob imprudentiam aetatis.

- 4 In restitutione in integrum consideratur primum ut immodica sit laesio.
5 Minores in delictis quando restituuntur.
6 Minores errantes, non fallentes restituuntur.
7 Minores non restituuntur ex laesione casu adueniente.
8 Restituitio non datur, si alio remedio ordinario laesis subueniri possit.
9 Restituitio in integrum non datur contra patrem, vel patronos.
10 Restituitio in integrum minor iuramento recte renunciat contrahendo.
11 Restituitio non competit de gesto, post impetrationem venia aetatis.
12 Restituitio in integrum repeti non potest.
13 Restituitio minor quae ipse accipit restituunt.
14 Restituitio non petit qui maior factus, negotium in minori aetate factum ratum habuit.
15 Restituitio nomen quam late patet, & a quo magistratu fiat remissiuè.
16 Restituuntur in integrum non tantum minores laesi, sed & alij certis de causis.
17 Restituitio impetratur a cancellaria, & examinantur apud indices regio.

Inter priuilegia personalia, aetatis quoque est consideratio, per quam infans consilij innocentia excusatur n, & hic restitutione in integrum non eget, cum ipso iure tutus sit. At qui maiores septennio sunt, infantiam excedentes o, quousque aetatem 25. annorum impleant, restituitio in integrum si quid male gesserint: aut si omiserint emolumentum, quod acquirere potuissent: aut perdidissent quod habuerunt, vel si obligauerint se imprudenter oneri, quod illis recusare licuit: ceteris recte gestis, ratis, & probatis p. Subuenitur autem eis laesis ex duplici capite, vel propter legum ignorantiam civilium, & propter imprudentiam aetatis. Non autem si quid aduersus leges naturae commiserint, vel deliquerint, tunc enim negatur illis aetatis beneficium q. Obseruanda itaque erunt in restitutione minorum haec, & alia quae in epitomen redigo. Primum, vt laesus sit minor grauius, nam ob modicum damnū, ad restitutionem non recurritur r. Non restituuntur minor in delictis, nisi quatenus leuata est poena, ne iuxta maiorum poenam puniatur s: aut nisi delictum sit quod ex culpa procedat t. Minores errantes, non fallentes restituuntur v. Minores restituuntur, si ex inconsulta sua facilitate laedantur: non si casu, qui & prouidentibus contingere potuit x. Nam is minor qui iure communi vitur, non videtur circumscriptus y 5. Circumscriptis minoribus dolo alterius non datur restituitio z: quia expeditam habent actionem de dolo; & proinde hoc remedium extraordinarium & subsidiarium cessat a. Vnde aliud 6. axioma colligendum, Non dari restitutionem in integrum, quando subueniri aliquo alio remedio ordinatio minoribus potest b7. Minor non petit restitutionem in integrum contra patrem, aut patronos c 8. Non auditur minor restitutionem petens, si contrahendo restitutionem ciurauit solemnem iuramento d 9. Nec si impetrauerit ante gestum veniam aetatis e. Vel 10. si eadem de re ante restitutionem postulauerit: quia restituitio in integrum repeti non potest f 11. Quando minor in integrum restitui desiderat, debet & ipse quae ex negotio accepit omnia restituere g 12. Non potest postulare restitutionem

n. l. quod infans, de rei vend. in P. l. infans, ad l. Corn. de fidei. o. l. si infans, C. de iur. delib. ber.

p. l. no omnia, & l. quod si minor, s. no femper, de minor. 25. an. in P. q. l. etiam, de minor. in P. l. pen. de in integ. restit. r. l. scio, l. 4. de rest. in integ. in P. s. lauxillii, de minor. c. 1. & 2. de delict. puezor. t. l. si aduers. delict. C. v. l. 2. si minor femaio. dix. C. x. l. verum, s. sciendum, de minor. 25. an. y. l. si de in integ. rest. maio. 25. an. C. z. l. si. C. de rest. in integ. a. l. in causis, 2. de minoribus 25. an. bd. l. in causis, & l. sanctimus, in quib. cau. in integ. rest. no est necess. tit. si aduers. vltima. cl. 2. qui & aduers. quos C. d. aut. i. sacra. metia. si aduer. vend. C. e. leg. 2. de his qui ven. aetat. impetr. C. f. l. C. si sup. in integ. rest. fuerit postula. C. g. tit. de restitu. tit. 2. C.

p. l. no omnia, & l. quod si minor, s. no femper, de minor. 25. an. in P. q. l. etiam, de minor. in P. l. pen. de in integ. restit. r. l. scio, l. 4. de rest. in integ. in P. s. lauxillii, de minor. c. 1. & 2. de delict. puezor. t. l. si aduers. delict. C. v. l. 2. si minor femaio. dix. C. x. l. verum, s. sciendum, de minor. 25. an. y. l. si de in integ. rest. maio. 25. an. C. z. l. si. C. de rest. in integ. a. l. in causis, 2. de minoribus 25. an. bd. l. in causis, & l. sanctimus, in quib. cau. in integ. rest. no est necess. tit. si aduers. vltima. cl. 2. qui & aduers. quos C. d. aut. i. sacra. metia. si aduer. vend. C. e. leg. 2. de his qui ven. aetat. impetr. C. f. l. C. si sup. in integ. rest. fuerit postula. C. g. tit. de restitu. tit. 2. C.

a. l. 1. si mai. fact. alien. rat. hab. b. l. 1. de minor. 25. an. in P. c. Perius, S. tyr. 4. d. l. 1. de restit. in integ. in P. e. l. 1. de eo q. met. cau. f. l. 1. de dol. maio. in P. g. l. absentia, g. l. reg. iur. l. 1. de quib. cau. ex quo. in P. l. P. maio. in P. l. P. nonius Aui. nus, de acq. her. red. in P. l. quia absente, C. de procut. l. cum quida, de acq. quib. cau. maio. C. & l. si quid, de rest. milit. h. litem ij, ex quib. cau. maio. l. ignorare, C. de restit. mili. videlicet qui no lux vit litatis causa absint, l. rei publicae causa. ex quib. cau. maio. P. l. quilibet, de lega. in P. l. non vero, ex quib. cau. maio. in P. i. l. 2. de restit. in integ. P. l. pertinet, de cap. min. in P. k. Oldendorp. in opusculo de iure & aequita. l. Boer. q. 247. nu. 16. m. Imbert. lib. 2. Instit. foref. n. Pap. libr. 1. Rhapio. aref. tit. 4. art. 9.

in inregrum negotij in minori aetate gesti, is qui ad maiorem aetatem veniens ratum illud haberit a. Sunt & plures congestae causae ab Oldendorpio in tractatu de iure singulari, cur aliquando minores 25. annis non restituuntur. Porro quam late pateat restitutionis significatio, & an omnes magistratus possint restituere idem Oldendorpius in sexta classe, cum quo videndus Zazius, & Azo in summa, tit. ex quib. cau. maio. in integ. restituantur. Etenim non minorum tantum 25. ann. restituitio est, quorum tutelam praetor accipit ob aetatem, cuius consilium fragile, & multorum infidijs expositum b: nam hoc rarum est ante hanc aetatem sapere:

Scilicet ingenium, & rerum prudentia velox Ante pilos venit, dicenda, tacendaque calles c. Sed etiam praetor lapsos & circumscriptos restituere alios, & eis opem ferebat d, siue metu e, siue calliditate f, siue absentia iusta & necessaria reipub. g siue dolo malo h, siue per status mutationem i, aut iustum errorem incidissent in captiorem. Quorum autem & istis denegetur restituitio in integrum, consule Oldendorpius k. In Gallia minores & alij laesi, restitutionis petunt codicillos ab officina aequitatis seu cancellaria principis, quibus mandatur iudicibus regijs tantum, non alijs l: vt si iusta & vera causa videatur, restituitio fiat, & rescindantur contractus, vel nulli declarantur m. Adimiturque notio harum restitutionum iudicibus minoribus & clientelariis dominorum locorum, item & Ecclesiasticis, nisi agatur de laesione permutationis beneficiorum n: in qua adhuc si de possessione contendatur, recte senescalcus cognoscat.

De curatore mente captorum & furiosorum. Cap. 5.

Lib. 27. P. tit. 10. Lib. 5. C. tit. 70. 8. furiosi, de curato. ap. Iustin.

- 1 Insanorum species varia.
2 Phreneticorum distinctiones.
3 Insania genus triste, paraphrenesis ex atra bili.
4 Mania & amentia quid, & vnde. Mania & amentia differentia, eod.
5 Lethargia quid.
6 Mania furoris differentia cum insania.
7 Stultitia quid.
8 Atra bilis insania species quomodo generentur. Phrenesis & lethargi causa, & locus generationis, eod.
9 Fatuitatis & stultitiae generatio & causa.
10 Melitides & Amphitides insignes stulti.
11 Corebus stultus fluctus metiebatur.
12 Fatuorum & stultorum diuisio & gradus.
13 Insani bacchantes furatici.
14 Furor alius continuus, alius cum interuallis.
15 Furoris interualla vel inuibrationes vnde fiant.
16 Dementis seu mente capti, & furiosi differentia. Amentes sunt pueri, & ebrj, eod.
17 Furiosi amentes cuiuscumque gradus sunt, pupillis in gerendis negotijs comparati, pro absentibus habiti praesentes, caci ad negotia.
18 Aiacis, Athamatis, & Agaues stultissimus furor, melancholicus, cacus.
19 Fatui & stulti iudicio carent, vt imperiti.
20 Fatuus Abydi, quem poenibat sanum factum.
21 Thrasila memie capiti mirifico stultitia sua dele-

- Etatis potius, quam sanitate.
22 Furiosus in agnatorum tutela iure 12. tab.
23 Curator furiosi tueri debet eius corpus, patrimonium, & salutem.
24 Furioso fere in omnibus exemplis pupilli prospectum est, in substitutione, bonis, persona, & c.
25 Furioso non datur curator nisi causa cognita, num vere furiosus.
26 Furorem & insaniam simularunt Olysses, David, Solon, Brutus.
27 Furioso pater, & filius patri esse curator potest, & de alijs personis, qui esse curatores furiosi, vel ei petere possunt.
28 Curator furioso filio testamento dari non potest a patre qui non satisdat, iurat tamen, & inuentarium facit.
29 Curatores a quibus magistratibus dantur furiosis.
30 Curator furiosa uxori non datur maritus.
31 Furiosum curans extraneus, monitis proximis, & negligentibus eius successor sit.
32 Mutis curatores dantur.
33 Cura furiosi finitur cessante furore.
34 Furoris diuini breuis annotatio, & diuisio ethnicorum.
35 Curator furiosi conuenitur negotiorum gestorum actione, non tutela.

Insani & ametes suis rebus vix superesse, saltem non semper possunt: ij autem in multiplici differentia sunt o. Phrenetici quippe quidam sunt, qui in dementia esse incipiunt, & aegri, quodammodo adhuc sapiunt: tamen & vanis imaginibus infestantur. Quidam perfecte phrenetici, quibus mens illis imaginibus addita est. Horumque aliqui hilares, alij tristes sunt, alij facilius continentur, & verbis tantum desipiunt, alij confurgunt, & violenter quaedam manu faciunt, hofq; furor vrget. Causatur phrenesis, ex apostemate calido in quibusdam existente pelliculis cerebri. Aliud genus insaniae, quod in tristitia consistit, quam videtur atra bilis contrahere: alij dicunt paraphrenesin, cuius causa est in apostemate existente in stomacho, vel in matrice mulieris, quibus purgatis desinere potest. Tertium genus insaniae eorum qui 4 mente constant, sed imaginibus falluntur, & eorum qui mente desipiunt quoque cum imaginibus falsis. Mania vel amentia, laesio interioris partis cerebri est, qui priuat imaginationem. Ceterum amentia interioriorem partē cerebri laedit: mania autem mediam cellulam offendit, priuatque rationem, sicut amentia imaginationem. His addi potest lethargia, quae est apostema in posteriore parte capitis generatum, quod inducit omnium obliuionem p. Latini furorem maniam dicere videntur, 6 diuturniorem mentis alienationem, eumque sic furorem ab insania distinguit Cicero q, Insaniam, inquit, censuerunt inconstantiam sanitate vacantem, quae tamen tueri posset officium, & vita comunem cultum, atque vtilitatem: furorem autem rati sunt mentis ad omnia cacitatem. Quod cum maius esse videatur quam insania, tamen eiusmodi est, vt furor in sapientem cadere possit, no insania. Insania pro phrenesi accipit. Mi- 7 nor est istis nec ita nociua, stultitia: quae & μελαχολία, imprudentia. Atra bilis, inquit Galenus r, ubi in ipso cerebri corpore abundat, ea insaniae speciem quam Graeci vocant melancholiam, inducit. Quomodo alter atra bilis succus, qui praesata flaua bile nascitur, ferina gignit deliramenta, modo cum febre, modo absque illa, in cerebri corpore abundans. Atque ob

o de quib. vid. de Celsum, lib. 3. ca. 8.

p Vitalis de Furno, lib. de confect. bona. valet. c. 269. sed & lat. Hippocra. lib. de furo. quae tamē negat Galenus Hippocra. ris esse. Multa de his Aristot. lib. problema. scd. 30. q. Cic. 3. Tusc.

r Galen. de loc. affect. lib. 3. cap. 3. plura de lymphoma. cau. 2. lib.

hanc causam phrenetis nonnunquam est mitior, ubi à pallida bile ortum traxit: nonnunquam vehementior, ubi flaua bilis eam peperit. Quod & rectè distinguit Hippocrates. Et rursum Galenus ait alibi, phreneticum gigni à bilioso humore, & in tenui meminge & septo transtuerio. Lechargo autem à pituitoso humore, & in cerebro. Stultitiam porro & obliuionem, affectus cerebri ex frigore ortos, tradit, quibus functio eius perit. Et de fatuo sic loquitur alibi, Rationem animam in cerebro, virilem irascibilemque in corde: appetitiam denique in icinore sitam esse, nemini non persuasum existimo. Id quod vel ex vulgari sermone discere licet. Fatuum siquidem aiunt carere cerebro, imido & pusillanimo corde esse. Turgo autem fingunt cor erosum ab aquila. At verò quemadmodum, si ratio ledatur saepe numero contingit ladi memoriam: sic si memoria viuatur, ratio ipsa quodammodo labefactatur, utpote actionis vtriusque noxa procedente ab eadem dispositione, qua ubi vehementius intenditur, simul cum memoria ratio quoque omnino deperditur. Ac talis quidem affectio stultitia vocatur. Et paulò post, intellectus amissio, stultitia est. Vnde magna habita iniuria raka, id est, fatuum vocare, vt reus sit gehènæ seu damnationis aeternæ, qui hoc nomine proximum interpellat. Furiosus, inquit Iustinianus, testamentum non faciunt, quia mente carent: nec velle creduntur. Zeno omnes stultos insanire dicebat, neque enim prudentes esse, verum & peræqualem insaniam omnia stultitiam gerere, neque cum ijs litigandum. Si quidem, vt ait Solomon, expedit magis vrsæ occurrere raptis fortibus, quam fatuo confidenti sibi in stulticia. Fatui inter ridiculos habentur, furiosi inter nocentes: veluti in proverbio Suidas explicat *παλοὶ τρεπὸς Μελιδῆς*, stolidius Melide. Scribit enim à comicis Melidem, vt fatuum exagitatum, sicut & Amphistidem quem tradunt magno labore, vsque ad quinque numerate didicisse, & vitra progredi non potuisse: & sponsam suam attingere non fuisse ausum, veritum ne à puella apud matrem accusaretur: ignorasseque Amphistidem, num ex utroque parere natus fuisset. Refert & de Coræbo, eum ita stultum, vt fluctus metiretur. Horum fatuorum, & stultorum tres gradus ego constituo: primum in illis, qui simpliciter fatui sunt, & temerè prout in mentem venit, de omnibus iudicant sine discretionem, & arrogantiam. Secundum in illis, qui cum fatui sunt, tamen se sapientes arbitrantur: & horum infinitus est numerus, vt ait Salomon. Et via stulti recta est in oculis eius. Et vereor ne, si oporteret curatores illis dare, pauci foret qui curatores munere fungi possint. Tertium constituo in illis, qui cum stulti sint, insigniter lateque ebiberint ex flumine Cefco vrbis Siciliæ, quod *αὐρῆς* dicitur, tamē alios stultos putant, seque solos sapientes: minimam nec scintillam mentis habentes, nec se nec alios cognoscentes. Et cum nihil norint, omnia tamen superbe iudicant. Et dum vitant ita stulti vitia, in contraria currunt. Insanabiles certè cum non sentiant morbum, nec erubescant vt priores. Sed ne diutius philosophemur à diuerticulo ad iuriconsultorum redeamus rationes. Vlpianus, Si vitium corporis vsque ad animum penetrat, inquit, forte si propter febrem quidam loquantur aliena, vel per vicios more insanorum deridenda loquantur, redhiberi huiusmodi venditis, vt morbosos & vitiosos posse. Idemque, fanaticos, qui circa fana bacchan-

tur, inter furiosos annumerat: & eos qui responsa reddunt, quasi dementes etiam si per luxuriam faciant, & tamen non tales haberi si deficiant. Marcellus Iuriconsultus, furorē diuidit in eum, qui habet cōtinuam mētis alienationem, & in eum, qui habet dilucida interualla, quibus quis sensu sanior est. Vlpianus in furioso tantummodò voluntatis reliquias, non voluntatem dixit manere. Dubitarunt autem antiqui num in inducijs seu dilucidis interuallis haberet voluntatem furiosus, donec Iustinianus habere sua cōstitutione declarauit. Quamuis hīc cautè negociandum censent, cum non omnis remissio furoris intensi tollat furorē, vt rectè mihi videtur exprimere Celsus Iuriconsul. dum ait, Si furioso, quem sana mentis existimabas, eò forte quod in conspectu innumbrata quietis fuerit constitutus rem tradideris, licet ille non fuerit adeptus possessionem, tu possidere desinis: quamuis verum sit à rabie eum quiescere, tamen à morbo non est liberatus, quandiu sementa & causa morbi in eo perseverant. Quies autem innumbratur per pituitam, quæ placatos reddit secundum Hippocratem. Atque furiosorum sic quidam atra bili per totum corpus diffusa agitantur, quibusdam autem certis spatijs recurrit. Vnde illi perpetua rabie & inquietis motibus diuexantur: isti interualla furoris habent, inducias & intermissionem. Iustinianus inter mente captum seu dementem, & furiosum longam esse differentiam tradit: verumtamen & quæ de mente capto inducta sunt, id est, de stulto seu fatuo, eadem & in furioso statuenda. Insaniamentes vel dementes sunt & mente carent, quia in illis mens vagatur: quemadmodum & in pueris & ebrijs, qui & amentes sunt, vt ait Aristoteles. Vt nullum etiam negotium contrahere possint, ne per se soli, nec cum alio, & saepe custodia egent: & pupillis comparati, quoad ignorantiam & cognitionem negotiorum & requisitam auctoritatem tutoris vel curatoris. Imò & isti furiosi pro absentibus presentes habentur. Quia vt ait Cicero, furor, est mentis ad omnia cæcitas. Itaque phrenetici melancholici in multis hallucinantur, & mente imbecilles, vt Ajax iratus in Græcos furens gregem porcorum necauit, putans eos esse Græcos, & Agamemnonem & Vlyssēm. Athamas & Agaue putabant animalia bruta esse liberos proprios, furore perciti: vt Orestes sororem esse matrem. In fatuis & stultis pariter obseruandum est, iudicium illis deficere, & ferè omnia ex arbitrio sibi iusta persuadere, vt solent imperiti, de quibus Terentius:

Homine imperito nunquam quicquam iniustus, qui nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.

Et fuerunt, vt sunt plures stolidi & fatui, qui malint in mentis errore & stultitia degere, quam respicere. Qualis ille, de quo meminit Aristoteles, in Abydo Asiæ, qui ad Amphitheatrum iens exultabat, & manus percutiebat lætabundus, ac si ludus illi placuisset, cum tamen ibi nemo luderet: quive postea respiciens iurabat se nunquam iucundiorē fuisse, quam cum mente captus fuisset. Huic similis fuit quidam Thrasila mente captus, qui verè putabat, vt author Athenæus, omnes naues appellentes portum Pyreum suas esse easque numerabat, & iubebat nautis abire, & gaudebat illis redeuntibus: & is etiam, dum sanus factus est, iurauit medico melius tunc fuisse sibi & iucundius, cum mente captus erat. Meminit Horatius cuiusdam hominis apud Argos existens

v Marcell. in l. diuus, l. 1. de off. præf. l. 1. p. tit. 19. idem in l. 6. cum dotē, s. si maritus, fol. matrim. p. x. v. p. patre furioso, l. 8. de iis qui sunt sui vel a iur. l. 1. p. tit. 7. y. l. furiosum, l. 9. qui test. fac. poss. lib. 6. C. tit. 12. z. Celsus, in l. quod meo, l. 18. s. si furioso, de acqui. poss. l. 1. q. 1. p. tit. 2.

a Vlpia. in tit. tit. 1. & in l. 1. de cura. fur. in p. s. furiosi, de curat. Cice. 3. Tufcul. b l. 1. C. de curat. furio. e Caius, in l. consilio, l. 7. de curat. furio. & alijs pers. da. in p. d. Paul. l. cum plures, l. 1. 5. cum tutor, de adm. iust. tuto. e Valer. Max. lib. 8. c. 6. f s. sed & mēte captis, de curat. g l. 2. de postul. lib. 3. p. tit. 1. h l. humanitatis intuitum, l. 9. de impu. & alijs subdit. l. 6. C. tit. 2. l. cum furioso, l. 7. de curat. furio. l. ex facto, de vulga. in p. i l. 2. de curat. furio. C. l. fina. eod. tit. in p. k l. cum alijs 6. C. eod. l. Sueton. in Augusto, c. 48. m Vlp. in l. obseruare, l. 6. de cura. furio. vel prod. dand.

n Cice. 3. Officio.

o Elian. l. 13. var. histor.

p l. Reg. c. 21.

q Diog. Laer. in l. in Solo. & Plutar. in eod. r cano. illa, l. 1. 93.

m Athenæ.

n Horat. lib. 2. epist. 9. p. 2.

a Hippoc. in fragm. libelli de infania, maniaue. b Galen. lib. 4. de caus. pul. suum, & lib. 6. Aphor. aphor. 56. c Gale. l. 2. de sympto. caus. d Idē, lib. 1. de loc. affect. c. 2.

e Idem, d. l. 3. cap. 3. f Math. 5. ca. fin. 55. dist. g s. ite furiosi, quib. non est perm. fac. test. h l. 1. l. tit. tit. 12. l. furiosum, l. 9. qui test. fac. poss. C. l. 2. de inf. sic. test. in p. h l. furiosus, 40. de reg. iur. i Diog. Laer. in 7. in Zenone. k Prover. 17. 6. Ecl. 22. l. Stuid. in illis verbis.

m Idem in Coræbo.

n Prou. c. 12. & 21. c. ecclesiast. 21. ecclesiast. 10. c. pen. de eo quod met. cau. Quod fatuus sine late insulsi, non prudens, vide Archid. in c. legimus, 93. dist. & in c. Constantino pelli. tanq. 2. dist. ubi a stulto, vt luti ab arrogate fatuo videtur separare. o Eccles. l. p. Prover. 12. & 26. q Suid. in ver. Cefco. r contra c. ne inuitatis, de constit. s l. ob quæ vitia, l. 4. de ad. dil. edit. lib. 21. p. tit. 1. t Vlpia. in l. 1. eod. ubi pulchre plu. de his lymphaticis, quæ ibi vide.

stentis eiusdem morbi, his verbis, *----- Fuit haud ignobilis Argis, qui se credebatur miros audire tragædos In vacuo lætus seffor. plausorque theatro: Cætera qui vitæ seruaret munia recto More, bonus sanè vicinus, amabilis hospes, Comis in uxorem, posset qui ignoscere seruis, Et signo læso non insanire lagena: Possè qui ruxem, & puteum viuare patentem. Hic ubi cognatorum opibus curisque refectus, Expulsi helleboro morbum bilemque meraco, Et reddidit ad sese: pol me occidistis amici, Non seruastis, ait: cui sic extorta voluptas, Et demptus per vim mentis gratissimus error.*

22 Proinde lege 12. tabul. iubetur furiosos eorumque pecuniam esse in agnatorum tutela seu curatione, donec sanitatem receperint: Completa videlicet legitima ætate pupillari. Huius consilio & opera curatoris, tuendum non solum patrimonium, sed & corpus & salus furiosi: exemplo tutoris, qui non tantum rebus pupilli, sed etiam moribus præponitur. Interest enim reipub. ne quis re sua malè vtatur. Quod & furiosis curatoribus quoque cum miseria dandum esse iussit. Et ita in mente captis nominatim Iustinian. sancit. Et Caius in fatuis. Nam & istis exemplo pupillorum substitutiones fiunt pupillares, ideò dictæ exemplares. Et oratione Seueri Cæsaris, constitutiones quæ vetabant distrahi sine decreto res minorum, ad res quoque furiosorum productæ sunt. Quod si furioso habenti intermissione morbi, curator datus sit, perpetua erit cura eius, etsi intercepta & interpolata sit administratio. Octauius Cæsar rectorem solitus erat apponere, ætate paruis, aut mente lapsis, donec adulescerent vel respicerent. Et quia causa istius curæ est furor obseruare prætorē, inquit Vlpianus, oportebit, ne cui temere citra causæ cognitionem, plenissimum curatorem det. Quoniam plerique vel furorē, vel dementiam fingunt, quò magis curatore accepto onera detrectent. Cuius rei, sunt propemodum infinita apud bonos authores exempla relata: veluti de Vlyssæ fertur, qui cum omnium haberetur sapientissimus, tamen insaniam simulauit, ne ad bellum proficere, cuius tamen astum Palamedes detexit, obiciendo aranti Telemachum filium, quem ne læderet pater Vlysses aratrum suspendit. Sed longè callidius simulando præ se tulit insaniam Meton Astrologus qui cum Græcorum copias in Siciliam nauigationem instituerent. Et ipse cathalogus fuisset instructus, cum perspicue pericula futuræ cognouisset, simulata insaniam dimissus est: vt ait Elian. Simulauit stultitiam David coram Agide rege, ne ab illo malè reciperetur, & supplicium vt de hoste fumeret. Solon, ne vel tacendo reipub. parum consuleret, vel consulendo sibi noceret de repetenda Salamine, subitam dementiam sibi simulauit, cuius prætextu, non dicturus modò prohibita, sed & facturus erat. Satis enim omnes exploratum habent, quòd furor commotionis tempore, iustum putat omne quod facit. Iunius etiam dictus *ἄλσιος* Brurus, quòd commode stultitiam simulauerit; alioquin enim prudentissimus & elegantior institutus, quòd videret Tullio occiso, patrem quoque & frarrem suum à Tarquinio Superbo occisum, sibi que ve-

reretur. Quod ei successit: etenim Tarquinius verè, non fictè stultum existimans, acceptis eius omnibus facultatibus, conuersi eum cum libris suis patiebatur, non vt cognatum, sed vt ridiculis factis, verbisque oblectamento esset adolescentibus, quemadmodum solent veri fatui. Constat itaque debet primum de furore, postea eligendi curatores, qui lege 12. tab. ijs fatuis & furiosis agnati & gentiles primum dari sunt ex probationibus, de quibus agit Iason in l. furiosum, vers. verum quis furor, qui testam. face. poss. C. Deinceps alij quàm gentiles & ab alijs legibus, & per alios magistratus, quàm lex 12. tab. statueret. Itaque datur curator & pater filio furioso si emancipatus, alioquin enim sufficiens cutator dicitur ex patria potestate. Item & prætor non dubitauit filium patri furioso curatorem dare, si tamen probus sit. Et furiosa matris curatio ad filium quoque pertinet. Pietas enim parentibus, etsi inæquabilis est eorum potestas, æqualis debetur. Ad matrem tamen furiosi filij vel filiarum non pertinet iure defensio, vel bonorum administratio. Petere & patri curatorem dari filius potest, si esse nolit. Sunt & fratres fratrum & fororum furiosorum curatores, qui ad furiosorum successionem vocantur. Dari & potest testamentarij tutoris, qui non tenetur satisfare paterno testimonio sufficiente: sed iurare omnia se ex fide gesturum, & ad vtilitatem furiosi, & ideò omnia inuentario concludere debere certum est. Dari & potest curator furioso, & præsidibus prouinciarum, & proconsulibus. Et si pupillus est clara persona, à senatore, & à prætore cum disquisitione personæ, cum satisfactione, & iuramento, & inuentarij confectione rerum furiosi, deficientibus agnatis: vel ex arbitrio magistratus alijs hoc modo etiam cura furiosi & prodigi decernitur. Virum tamen vxori mente captæ curatorem dari non oportet. Facta est facultas cuique extraneo etiam curandi furiosorum personas, idque inde lucrantur, vt si liberos furiosorum vel alios successuros cum attestacione missa moneant, vt eos curent, illisque negligentibus in domum suam receperint, & necessaria procurauerint, sint ius successores legitimi. Dantur & mutis curatores. Finitur cura furiosorum, vbi omnino respicerint furiosi. Sciens prudensque prætermisit in hac furoris questione, ea quæ de diuino furore quidam tradunt, & de quadruplici eius specie, poetico, mysteriali, vaticinio, amatorio affectu. Nam illos furores ethnicos non possum alio nomine dicere, quàm insanos, & qui si perseuerent, ad gentiles relegari debeant. Nam qui ponunt furorem duplicem, alterum ab humanis morbis, alterum ex alienatione mentis diuina, quasi quis extra vitam constitutionem consuetam rapitur: rectè diuiditur, si furorē diuinum pro diuina contemplatione accipiant, & impetu mentis, quæ se extra humana extollit. Sed gentiles illam diuinam extasim, in putidos suos demones & effectus conuertentes, Apollinis, Dionysij, Musarum, & Veneris, parum sani mihi videntur, & egere curatoribus, vt pigeat de illorum nanijs hic inter seria disputare. Cum curatore furiosi, non tutelæ, sed negotiorum gestorum actio est, quæ competit etiam dum negotia gerit.

s Dio. al. Tit. in 4.

t l. 1. C. de curat. furio.

v l. 1. eod. in p. l. 1. s. fin. eod. l. iis qui de tur. & cur. dar. ab iis, & c. p. x l. furiosus matris l. 4. de curat. furio. in p. y l. cum repudiante, l. 4. C. eod. z l. 3. eo. C. a l. ne iuratum, l. 5. eod. b l. fin. s. sed cum antiquitas, & seq. eo. C. l. pen. eo. p. e. d. s. sed cum antiquitas. d l. 3. de curat. furio. in p. e Caius. l. cura tot. l. 5. eod. fin. s. sed siquidē nobilis. C. eo. f d. s. sed siquidem. g l. consilio, s. l. eo. in p. l. fin. s. sed cum antiquitas, & seq. C. eod. h Marcell. ab agnato, l. 12. & Paul. l. sape ad illum, l. 13. de cura. furio. in p. i l. virum, l. 14. eo. in p. k auth. liberi furiosi, C. de episc. aud. s. si quis de predictis patribus, vt cum de app. cog. in auth. l. 1. s. quæ, de mune. & hon. lib. 50. p. tit. 4. m l. fin. de curat. furio. p. l. cum alijs, C. eod. n de quibus, Plato, in lo. & ibi. Marcell. Fici. & Pla. in l. h. dro. o Idē in Phg. dro. vel de Ful chro.

p l. 4. s. fin. de tut. & rat. dist. in p.

- 12 Tutoribus & curatoribus competere beneficium ordinis, cessionis, diuisionis, & vtilis actionis: & beneficium ordinis quod, & quando illis datur.
- 13 Beneficium diuisionis tutela & cura quale, & quando datur tutoribus & curatoribus.
- 14 Beneficium cessionis actionis datum contutori.
- 15 Vtilis actio que datur contutori in contutores.
- 16 Actio pro tutela, in eum qui se pro tutore vel pro curatore falso gessit: & de contraria protutela.
- 17 Tutela actio durat 30. ann.
- 18 Tutela & cura nomine in quantum, & quomodo agant heredes minorum, & teneantur heredes tutorum & curatorum, an de dolo, lata, leuique culpa.
- 19 Infamia ex condemnatione tutela vel cura non transit in heredes tutorum vel curatorum, quomodo.
- 20 Iuratur in litem contra tutorem, non contra eius heredem.
- 21 Perfidia tutorum & curatorum infamia, & alijs poenis puniuntur. Item 19.
- 22 Platonis lex de tutelis, & accusationibus tutorum.
- 23 Tutores honorarij & notitia causa dati, quando, & in quantum teneantur.
- 24 Actio directa de rationibus distrahendis quid, & contra quos datur.
- 25.26. Actio tutela, & de rationibus non concurrunt.
- 26 Furti actione interdum contra tutores & curatores agitur.
- 27 Actio de rationibus distrahendis datur contra quoslibet tutores non contra heredes eorum.
- 28.29. Actio alia in curatorem & tutorem ex stipulatu, rem pupilli saluam fore, & quando ex ea agatur, & contra quos.
- 29 Actio ex stipulatu, rem pupilli saluam fore, vtilis datur in pro tutore gerentem.
- 30 Beneficium diuisionis agentis minori contra tutores obijci nequit ab illis, inter illos quatenus locum habeat.
- 31 Actio subsidiaria quando ob tutelam vel curam competat contra magistratus, qui tutores & curatores dederunt. In nominatores tutorum & curatorum actio quando competat, eod.
- 32 Magistratus collega, qui conueniri possunt nomine tutela vel cura, diuisionis an habeant beneficium.
- 33 Magistratus qui non tenentur in subsidium tutorum vel curatorum, quos dederunt.
- 34 Scriba, cui de facultatibus minorum commissa est inuentarij confessio, quando in subsidium tutorum & curatorum teneatur.
- 35 Ordo qui nominauit magistratum, qui minoribus tenetur, non tenetur pro magistratu in ea causa tutela vel cura.
- 36 Vtilis actio ex facto tutoris vel curatoris data minoribus, & in minores.
- 37 Actiones pratoria pro tutore, & in factum pro tutela & cura, in quos dantur minoribus.
- 38 Restitutio minorum & aliorum, in factum actione aduersum gesta a falso tutore vel curatore.
- 39 Actio pro tutela, & pro tutore pratoria, in quo differant.



ctiones tutela & cura ferè eadem tractatione concludi possunt, paucis exceptis, veluti quod actio tutela non nisi deposita administratione proponi

iure communi possit: cum curatore autem manente administratione, vt cū procuratore agi possit b. Tutores qui tutela iudicio tenentur, non propriè ex contractu obligati esse intelliguntur, sed ex quasi contractu: cuius nomine mutua sunt actiones, & quæ pupillo in tutorem dantur: directæ, & quæ tutori dantur in pupillum contrariæ c. De omnibus quæ tutor fecit, cum facere non deberet: item de omnibus, quæ non fecit rationem reddet hoc iudicio, præstando dolum & culpam, & quantam in suis rebus diligentiam d. Lex Platonis etiam ea e, Tutor non minor orphanos, quam se genuisset eos, diligeret: neque res illorum peius, quam suas gubernet. Imò etiam affectu animi magis. Cicero tutelam & procuracionem reipub. ita gerendam ait, ad vtilitatem eorum qui commissi sunt, non eorum quibus commissi est f. Actio in tutorem ei qui in potestate eius fuit, duplex datur: tutela vna, & de rationibus distrahendis cõurbatis alia g. Quarum exemplo alia in curatore datur vtilis, extèsiõne facta actionis quæ datur pupillo, ad minoris personam in curatorem: quod indicat conceptio tituli seu rubricæ de tutelis & rationibus distrahendis: & vtilis curacionis causa, actione. Tutela actio directa, & contraria, & vtilis. Res pro quibus datur directa, sunt omnia facta geri, & malè gesta: vt officio tutoris incumbit rationes actus sui conficere, & pupillo reddere. Cæterum si non facit, aut factas non exhibet, hoc nomine iudicio tutelæ tenebitur h. Itè quicquid tutoris dolo, vel lata culpa, aut leui, seu curatoris minoris amiserint, vel eum possent, non acquisierint, hoc in tutelæ, seu negotiorum gestorum vtile iudicium venire non est incerti iuris i. Negotiorum autem gestorum tunc actio datur, quando post depositam tutelam, vel finitam, administrauit tutor, vt ait Iulius Paulus k: vel si pro tutore, vel curatore cum non esset, se gesserit l. Sed illa non est tutela propria actio, de qua nunc agimus. Rursum directa tutela datur in tutorem, vel curatorem, qui pecunias pupilli, vel minoris in suos vsus conuerterunt, vt eas cum vsuris legitimis restituant m. Item si tutor cessauerit in officio, vel rescians sibi decretam tutelam, non administrauerit, tenetur. Ex quo enim innouit tutori, se esse tutorem, scire debet periculum tutelæ ad se pertinere. Innouescere autem qualitercunque sufficit, nec vti que eum testato conueniri oportet: Nam si citra testationem aliunde cognouerit, nulla dubitatio est, quin periculum ad eum debeat respicere n. Qui tamen semper præsumitur perpetuè ignorare, nisi contrarium probetur o: videlicet si intra tempora excusationibus deputata eas non proposuerit p, legitimas nempe: quando quidem illegitimæ non liberant à periculo cessionis q. Quemadmodum contra, si tutoris datio nulla sit aut nō teneat, periculum nullum est tutoris, si non administrauerit: quanquam sciuerit se datum r. Competit & tutela in tutores actio, si malè contraxerint, id est, si prædia non idonea cõparauerint per sordes, aut gratiam aut per latam negligentiam s, vt soluant fructus ex rebus perceptos, vel qui bona fide percipi potuissent t, de dolo, si repertorium nō fecerint v, et si alio modo gesserint dolosè, de culpa, de negligentia, vt supra monuimus x. Iuratur que in litem aduersus dolum, et si soluendo non sit, extra ordinem coërcetur z. Cæterum de casu fortuito nō tenetur a, vt si incursum latronum res perierit b: nisi seruaret nō seruada, quæ perierint casu ob culpam præce

a. l. nisi finita, l. q. & l. si tutor, 2. s. fin. & l. sed non datur, l. 10. de tute. c. ratio. distrah. in P. b. l. cum curatore, 2. de adm. ministr. tut. in P. c. s. igitur, de oblig. quæ ex del. nasc. d. Vip. in l. 1. de iur. & ratio. distrah. lib. 27. P. tit. 3. l. a. tutoribus, co. l. q. quid, arbi. iur. C. s. fin. vt qui obli. pechib. se hab. res mino. in auth. c. Plato, u. de legib. f. Cic. 1. Officio. g. l. 1. s. in tutela, de tute. & rati. distrah. P. h. l. 1. s. officio, eod. i. l. quicquid, l. 7. arbi. iur. C. k. Tul. Paul. l. 1. recept. sentent. tit. 4. c. s. facti. curatoris, de neg. gest. C. l. Idem Paul. e. lib. & in c. s. m. l. 3. & l. cum interdicitur, C. arbi. iur. l. tur. qui repertorium, l. 8. s. si post depositum, cum sepa. s. de admin. & peric. tuto. n. l. quidā decedens, 6. s. si de adm. ministr. ru. to. l. tutor. l. 21. & l. ead. f. tes. C. eod. Extant hæc de re cõstitut. regie & placitacurij supreme de q. bus vide Papum lib. 15. Rhapio. arell. tit. 5. arc. 4. & 5. o. l. hoc ante, l. 7. de adm. ministr. tut. in P. p. l. i. eod. tit. in P. q. l. quanquā, de excusa. tu. to. C. l. qui testamēto, co. in P. l. i. s. iur. appell. C. f. l. militie, & l. neq. q. dar. tuto. post. C. s. l. tutor, qui repertorium, s. cõpetit, de adm. ministr. tuto. in P. t. l. si sine heredes, s. Modestinus, eod. v. l. tuores, 28. eod. d. l. tutor qui repertorium, x. facit. l. de peric. tut. C. y. d. l. tutor q. repertorium, z. l. ob sœnus, l. 50. eod. de adm. ministr. tuto. a. l. 4. de peric. tuto. lib. 5. C. tit. 5. l. negotiorum, C. de ne go. gest. b. l. si res pupillarisa, 31. de adm. ministr. tuto. P.

a. l. de peric. tut. C. b. in l. tutores, 28. & auth. no nisi sine, de adm. ministr. tut. C. l. 1. de v. iur. pup. e. D. Lucie 6. P. fal. 1. d. l. ex quæ tu tores, de adm. iur. C. e. d. auth. nonif sine, & s. quoniam, tit. vt ij qui perli. obli. se hab. & c. in auth. col. 6. f. l. 4. s. quantas, de fideiuss. tuto. in P. g. l. tutor, s. s. pecunia, & l. non existimo, de adm. iur. in P. h. l. si sine herede, 33. s. hereditibus, co. l. 1. si plures, 19. eod. k. l. 2. de diuid. tute. C. m. l. Lucius, 47. s. cum in testamēto, de adm. iur. n. l. fin. C. de diuid. tute. l. 2. si tut. non gessit, l. cum interdicitur, 6. arbi. iur. in P. o. l. 1. de diuid. tute. C. p. l. tres, tutores, 56. s. non solum, de adm. ministr. tut. in P. q. l. 2. si tut. cur. non gessit, lib. 5. C. tit. 55. r. l. si tut. vel cura non gessit, l. si quis tutor, s. quin etiam, de rit. nuptia. in P. l. si tibi pater, de testa. tute.

præcedentem a. Ad sœnus quoque pecuniarū pupilli tenebatur tutor antea, illudque ipse præstabat, si otiosas reliquisset: hodiè tamen, si reditus, vel fructus patrimonij minorum & pupillorum sufficiant pupillorū vsibus, non tenentur sœnerari: aut si nō sufficiant, nō tenentur mutare, nisi quatenus sufficiat ad dispensationem adolescentis b. Cùm quia vsuræ vitæ à Deo sunt c, tum quod saepe accidit, vt pecuniæ funebres iusto Dei iudicio, & patrimonium sœneratorū, in nihil recidat d. Quod fit, vt si mutuauerit tutor pecuniā pupilli, mutui subiacet periculo e. Cùm autem is ad vsuras cõdemnabitur, arbitriū erit iudicis quales præstet f: vt si sit in dolo, maximas g. Datur autè actio pupillis & hæredibus eorum, aduersus omnes cõtutores, & singulos quos eligere voluerint in solidum h. Habet tamen locum inter contutores cõtutaciter non gerentes exceptio diuisionis i. Verum tamen hæc opus est distinctione. Nam diuisa tutela vel cura, siue à præside, siue à testatoris voluntate, periculum tutelæ seu curæ nō pertinet ad contutores contutorum malè gerentium, sed pro parte sua quilibet cõuenitur: nisi per dolum ob culpam suspectos nō remouerint, vel tardè suspectos arguerint, cùm illi nō soluendo effecti sunt: vel si suspicionis causam agentes, pupilli iura prodiderunt k. In solidum porrò tenentur pro contutore, nulla diuisione à testatore, vel iudice facta. Attamen illis competit vel beneficium ordinis, vel cessionis, vel diuisionis, vel vtilis actionis. Beneficium ordinis est, vt ordine alter post alterum conueniri possit, si tamen inter illos omnes gerentes aliqua facta sit administratio diuisionis: nam nulla diuisione facta inter ipsos, sine ordine quilibet eorū electione libera in solidum conueniri potest l. Quod obtinet diuisione etiam facta inter cõtutores eiusdem generis, puta si sint omnes testamentarij, vel legitimi, putà si datui. Cæterum si sint diuersi generis, vt alij eorum qui administrauerint, sint datui, alij testamentarij: prius conueniuntur pro propria administratione datui, seu cundò qui pro his se obligauerunt, dehinc magistratus qui eos dederint, antequam perueniatur ad contutorem m. Et licet, inquit Dioclet. & Maximia. Tutorum conuentione mutuum periculum minime finiatur, tamen eum qui administrauit, si soluendo sit, primo loco, eiusque successores conueniendos esse non ambigitur n. Postea contutores, dummodo tempore depositæ tutelæ soluendo alij qui gesserunt non sint: alioquin eo tempore soluendo existentibus, contutores pro his non tenentur o. Quod si ex diuersi generis cõtutoribus datis, quidam gesserint, alij non administrauerint, sed aliis mandauerint gerere: inter eos non est locus beneficio ordinis, quia omnes gessisse videntur P. Si autem quidam tutelam vel curā nō gesserint, nec mandauerint gerere, sequèdum est rescriptum Alexandri, cuius verba: Qui se non immiserunt tutela vel cura, ex persona eorum qui gesserunt & idonei sint non onerantur: si qua vero sint, que cum geri debuerint, omissa sunt, lata culpa ratio omnes equaliter teneret q. Et certum est, non solum eos qui gesserunt, sed etiam qui gerere debuerint, tutelæ nomine teneri etiam de his, quæ à cõtutoribus seruati non potuerunt: si modò cùm suspectos facere debuerunt, id officium omiserunt r. Extrat & singularis cū distinctione Papiniani hæc de re in hæc verba, sententia: In eum qui tutelam gerere noluit, post ceteros qui gesserunt, actionem vtilem tutela dari placuit: quod tamen ex tutela non perne

De Personis Lib. XIII. 127

nit ad eos qui se negotiis miscuerunt, sed communi negligencia perit, citra substitutionis ordinem equaliter ad omnium periculum spectat s. Verum beneficium datur diuisionis, quando plures simul gesserunt tutelam, & omnes simul soluendo sunt: æquissimum enim erit tunc diuidi actionem inter eos pro portionibus virilibus exemplo fideiussorum. Si non omnes soluendo sunt, inter eos qui sunt soluendo diuiditur actio: sed prout quisque soluendo est, poterunt contineri t. Sic tutores & curatores omnes alicuius, sine simul omnes administrauerint, siue non administrauerint, aut inter se distiserint administrationem, cuiuscunque generis sint aut datui, aut legitimi, aut testamentarij, licet quilibet eorum teneatur in solidum, tamen beneficium diuisionis habent, nō ordinis, etiā si dolosè administrauerint v: videlicet si ex communi dolo & culpa cõueniatur, cõtura, si ex dolo speciali x. Plures itaq; curatores vel tutores in ius vocati, simpliciter cõdemnati pro virilibus censentur partibus cõdemnati, licet obligatio & petitio fiat in solidum y. Quinimo arbitrario interpretes pluribus cõdemnatis ratione tutelæ in solidum, posse eosdem opponere adhuc beneficium diuisionis z. Et ita iudicatur notat Boerius a. Illi autem ex sententia plurius, quos refert, interpretatur, verius videtur proponendum esse exceptionem diuisionis ab exordio litis, ante litis cõtestationem: quod sit exceptio dilatoria b, Diuisa tamè semper videtur cõdemnatio eorū, qui in diuersis prouincijs administrant eiuisdem tutelæ & bona: nam tutor vnius prouinciæ nō tenetur de facto alterius c. De beneficio cessionis, vnde & actio vtilis in contutores, vlpianus sic respondit: Si forte quis ex facto alterius tutoris condemnatus præstitit, vel ex communi gestu, nec ei mandata sunt actiones, videlicet si a pupillo vel minore non fuerit cessa actio: Constitutum est d. Datur etiam pro tutela actio in eum, qui se pro tutore gessit, vel pro curatore, cùm tamen verè non esset tutor vel curator: atque ea exerceri potest ante tempus pubertatis e. Tenetur autè ad id quod tutor obstringitur, & pari modo ei cõtutori iudicij protutela datur f. Tutela actio tam hæreditibus pupilli g, quam etiā contra heredes tutoris cõpetit h, vsque ad triginta annos i. Verum tamen nō eodem modo heredes tutorū vel curatorem, quo ipsi tutores vel curatores tenentur k, neq; præiulia minorū in successores trāsunt l. Itaque heredes tutorū vel curatorū tenentur eo nomine ratione reddere de eo quod tutor vel curator administrare debuit, nec administravit: conuētis primū illis, vt diximus, qui administrauerint m. Item de eo quod defunctus à se, vel ab aliis nō exigit n vtili videlicet actione o. Quia tamè finitur tutela morte tutoris p, hæres eius ex sua persona nō tenetur de periculo cõtutoris, si idoneus defunctus erat tēpore mortis q. Sed neq; tutores tutorū vel curatorū, ob negligentiam, quæ nō lata culpa cõparari possit, cõdemnari oportet, si non cõtutoris lis inchoata est, neq; ex dāno pupilli lucrum captatum aut gratiæ præstitum sit r. Ex dolo tutoris vel curatoris hæres tenetur, alioquin & de lata culpa, non de leui ex persona defuncti s: quamuis ex sua persona de leui teneatur t.

turo. C. l. l. ex delict. def. in quan. hæ. teneat. C. s. l. curatoris, l. 1. de neg. gest. C. l. alio, C. de in lit. iur. l. ex depositi, l. 3. & l. ex contractibus, de actio. in P. l. in heredes, de magist. conuen. C. l. non similiter, l. 4. eod. P. l. fin. & 4. de fideiuss. tut. in P. t. l. 3. s. pen. de neg. gest. P. l. cum ostendimus, l. 4. s. de fideiuss. iur. lib. 27. P. tit. 7. s. l. tutores qui poss. l. 41. s. in eum, de adm. ministr. tuto. t. l. 1. s. nunc tractemus, de tut. & rat. distrah. v. l. si plures in 2. de adm. iur. P. Boer. decil. 59. num. 2. & 3. l. 1. & 2. si tut. vel cur. nō gessit. C. x. d. l. 1. & 2. eo. Barr. in l. 1. de tranf. C. & ibi gl. & interp. a. l. 1. s. plane, de tut. & ratio. distrah. in P. y. vt in l. 1. si plu. vna sent. fuer. cond. & ibi not. Bal. & Alber. in l. ea que, fam. l. cr. c. l. 1. s. nunc tractemus, de tut. & ratio. distrah. in P. 1. ex factis, de ne go. gest. in P. l. cum interdicitur, l. 6. arbi. iur. C. c. l. 1. de eo q. pro tut. nego. gessit lib. 5. C. tit. 55. & l. 1. eo. lib. 27. P. tit. 5. f. l. pen. & fin. eod. in P. g. l. tutela actio, 12. arbi. iur. C. h. d. l. tutela, & l. tutor qui repertorium, l. 8. de adm. ministr. tuto. in P. l. si tut. 61. eod. i. l. tutores, tutela, l. 8. arbi. iur. C. k. l. 1. de hæred. tuto. C. l. 5. tit. 54. l. l. ex plurib, l. 43. de adm. ministr. tut. in P. m. l. 2. & fin. de heredib. tuto. C. l. tutela, C. l. arbi. iur. C. n. l. 3. d. tit. de hæred. tut. o. d. l. 3. & l. nō quali, s. r. rem pup. fal. fo. in P. p. s. simili modo, quib. mod. tut. hnt. lib. 1. Instit. tit. 22. q. l. tutores, l. 40. s. tutorib, de adm. ministr. tut. in P. r. l. 1. de hæred.

l. l. de peric. tut. C. b. in l. tutores, 28. & auth. no nisi sine, de adm. ministr. tut. C. l. 1. de v. iur. pup. e. D. Lucie 6. P. fal. 1. d. l. ex quæ tu tores, de adm. iur. C. e. d. auth. nonif sine, & s. quoniam, tit. vt ij qui perli. obli. se hab. & c. in auth. col. 6. f. l. 4. s. quantas, de fideiuss. tuto. in P. g. l. tutor, s. s. pecunia, & l. non existimo, de adm. iur. in P. h. l. si sine herede, 33. s. hereditibus, co. l. 1. si plures, 19. eod. k. l. 2. de diuid. tute. C. m. l. Lucius, 47. s. cum in testamēto, de adm. iur. n. l. fin. C. de diuid. tute. l. 2. si tut. non gessit, l. cum interdicitur, 6. arbi. iur. in P. o. l. 1. de diuid. tute. C. p. l. tres, tutores, 56. s. non solum, de adm. ministr. tut. in P. q. l. 2. si tut. cur. non gessit, lib. 5. C. tit. 55. r. l. si tut. vel cura non gessit, l. si quis tutor, s. quin etiam, de rit. nuptia. in P. l. si tibi pater, de testa. tute.

19 Quod pertinet tamen ad infamiam iudicium, differunt defunctus & hæres: si quidem tutor aut curator de dolo proprio suo nomine, iudicio vel actione directa conuentus, damnatus infamis est: hæres tamen, qui de dolo defuncti nomine damnatur, minimè. Quia de perfidia alterius agit, & hæres tantum in æs alienum, non in tutelam succedat. Quare contra tutorem dolosè verfatum in litem iuratur, non autem contra hæredem, nisi & ipse in tutela, mortuo tutore, vel curatoris hæres in cura, defuncto curatore dolosè verferetur: quia tunc ex proprio dolo quilibet tenetur, quamuis ad negligentiam leuis culpa immunitas sit. Quædam enim sunt quæ hæres tutoris, quamuis tutor non sit, tenetur cæpta a defuncto implere & explicare, si is hæres legitimæ & idoneæ ætatis sit, in quibus ipse dolum committere potest. Et Cicero: *Si qua sunt, inquit, priuata iudicia summe existimationis, & penè dicam capitiua, tria hæc sunt, fiducia, tutela, & societas. Aque enim perfidiosum & nefarium est fidem frangere, que continet vitam, & pupillum fraudare, qui in tutelam peruenit, & socium fallere, qui se in negotio commixit.* Platonis de tutoribus lex etiam hæc: *Si tutor negligere aut malitiosè agere propinquus, aut ceterorum civium alicui videbitur, in iudicium adductus quadruplum damni restituat, cuius pars altera puero, accusatori altera deferatur. Postquam vero ad pubertatem orphanus venit, si malè secum egisse tutorem duxerit, ad quinquennium usque ab exacta tutela, in tutorem sibi agere liceat. Et si tutor quispiam condemnabitur, quid pati dariue debeat, a iudicibus decernatur.* Quæ per omnia in hæredibus tutorum locum habere non possunt, maximè in hæredibus eius, qui non iure tutor vel curator datus, administrationi se non immiscuit, qui nec dolum, nec culpam præstare debent. Datur & actio tutelæ in tutores, quos vulgò dicimus honorarios, qui nihil administrant, videlicet excussus prius facultatibus eorum qui gesserint. Imputatur namque illis, cur cum aliis gerentes malè gerere viderent, non fecerint suspectos. Tutor autem notitiæ causa datus, perinde ac reliqui tutores, in omnibus administrationis & actionis iure conueniri potest. Alia actio qua contra tutores competit directa, est de rationibus tutelæ distrahendis, hoc est, vt ego interpretor, de controuersia illarum rerum, quæ per tutorem subtrahuntur à rationibus redditis, & interceptiuntur: vel interciperentur, nisi peterentur à pupillis vel minoribus tanquam ablata. *Actione, inquit Paulus, de rationibus distrahendis nemo tenetur, nisi qui in tutela gerenda rem ex bonis pupilli abstulerit: quod si furandi animo fecit, etiam furari tenetur, & vtraque actione obligatur, neque altera alteram tollit.* Et conditio quoque furtiua competit, per quam rem pupillus consequitur. Actio hæc est in duplum, in qua tamen simplum tantum pœna. Vlpianus autem sic explicat: *In tutela ex una obligatione duas actiones esse constat, & ideo siue tutela fuerit actum, de rationibus distrahendis agi non potest: siue contra, tutela actio, quoad speciem istam, perempta est. Et tunc tutorem tamen, qui intercepti pecuniam pupillarem, & furari teneri, Papinianus ait.* Videlicet si animo furandi intercepti. Nam, vt Tryphonius ait, sine animo furandi interceptio rerum pupilli in duplum punitur per legem 12. tab. non tam propter furtum, quantum propter perfidiam: quod perfidè tutor se gessit. De rationibus distrahendis actione

non solum ij tutores tenentur, qui legitimi fuerunt, sed omnes qui iure tutores sunt, & gerunt tutelam. Estque perpetua, quæ minoribus & successoribus eorum datur: verumtamen in hæredem, cæterisque successores non dabitur, quia pœnalis est. Alia actio in tutorem est, ex stipulatu rem pupilli saluam fore, cum pupillo rem saluam fore satisfatum est. Agi autem ea tunc potest, cum & tutelæ agi potest. Daturque finita tutela, & ex quibus causis actione tutelæ agi potest, ex iisdem agitur ex hac stipulatione: & contra ex quibus non potest agi ex illa, nec quoque ex hac. Tenetur ob hanc cautionem, non solum verus tutor qui administravit, sed etiam qui pro tutore gerit, & fideiussores eorum. Is tamen qui non gessit, quia nec actione tutelæ tenetur, hac actione non conuenitur, sed vtili actione: quia suo periculo cessauit. Et hæc eadem quæ de tutoribus ex hac satisfactione diximus, vera in curatoribus cuiuslibet speciei erunt, siue puberibus, siue impuberibus, siue furiosis, siue prodigis, vel quibusdam aliis, vt fieri assolet, dati fuerint. Nomine quoque tutorum & curatorum qui satisfecerint rem minoris vel pupilli saluam fore, fideiussores conueniri possunt, & quilibet eorum in solidum: ita tamen, vt huic qui conuenitur cedantur aduersus fideiussores actiones. Neque conuenti à pupillo diuisionis beneficium obicere possunt: conuenti autem ab aliis possunt. Subinde alia actio subsidiaria directa minoribus ratione tutelæ, vel vtili ratione curæ malè administratæ datur, in magistratus qui eos dederint. In magistratus municipales, inquit Imperatores Dioclet. & Maximia. *Tutorum nominatores, si administrationis finio tempore soluendo non fuerint, nec ex cautione fideiussionis solidum exigi possit: pupillis quondam in subsidium, indemnitate nomine actionem vtilem competere, ex senatusconsulto, quod auctoritate Traiano parente nostro factum est, constitutum.* Conuenitur itaque magistratus, vt nominator tutoris vel curatoris minus idonei, postquam bona nominati, & fideiussorum eius, nec non collegarum, ad quos periculum administrationis spectat, excussa fuerint, nec per ea indemnitati minoris satisfactum est. Tenenturque pupillo ad ea, ad quæ tutores conueniri possunt, si idoneam cautionem à tutoribus vel curatoribus non exegerint, rem eorum saluam fore: nam omitendo eam cautionem, se ipsos fideiussores pro ipsis dedisse videntur, qua ratione & eius hæres tenetur. Si verò cautionem exegerit, tunc temporis cum cautum est, idoneam, etsi postea defuerit esse idonea, tutus est, & hæres eius ab hac actione. Similiter & hac actione non conuenitur, si duos tutores dans non exacta cautione, quorum vnus sufficiens, alius minus idoneus sit, & qui idoneus est, in solidum fuerit pupillo condemnatus, & satisfecerit. Non enim potest tutor condemnatus, pro contutore non idoneo conueniri magistratum, eo prætextu, quod à contutore non exegerit cautionem, nisi incio illo tutore contutor non idoneus datus sit sine cautione: tunc enim ex æquitate illi in magistratum datur actio. In condemnatione porrò magistratum tutelæ vel curæ nomine, duo distinguenda sunt: num tutores vel curatores dando, nullam ab illis omnino cautionem exegerint, an verò aliquam exegerint, sed non idoneam. Rursum, si omnino non exegerint, an

p. l. 1. de ratio nibus de tute. & ratio. distrah. 28 q. d. l. 1. pen. eod. r. l. 1. & 4. rem pupi. fal. fore. lib. 46. P. tit. 6. s. l. cum pupillus. l. 9. & l. n. 6. quasi. l. 4. s. hæc stipulatione, & s. generaliter, rem pupill. fal. fo. t. d. l. non quasi, s. i. d. l. n. 6. quasi, s. pen. & fin. x. l. fina. rem pup. fal. for. P. y. l. in magistratus. l. 1. de magistrat. conuen. l. 1. s. C. tit. 75. z. l. aduersus. l. 4. eo. & l. 1. eo. C. a. l. fi. eo. l. lib. 27. tit. 8. b. l. quod ad h. redem. l. 6. & l. 1. s. si magistratus, eo. l. c. l. proponebatur. l. i. iuncta l. 5. de magistrat. conuen. in P. d. l. in magistratus, eod. C. l. Lucius, s. pen. de administrat. tuto. in P. d. s. subsidiaria, de satisf. tut. lib. 1. Instit. tit. 24. g. l. 1. s. si prefes prouinciae, eo. in P. g. l. 1. eod. C. h. l. in principi. eod. in P. i. l. 1. 2. 3. 4. & 5. quan. ex fact. tut. min. conuen. poss. lib. 5. C. tit. 39. l. tu tor, 6. eod. tit. lib. 46. P. tit. 9. k. l. 1. 3. 4. eod. in P. l. in tit. de eo qui pro tutore, neg. gess. in P. & C. m. l. fin. quod fil. tut. autho. gest. esse dic. lib. 27. P. tit. 6. & l. falsus tutor, l. 1. eo. n. in l. 1. s. eo. o. l. 2. 3. 4. s. eo. p. l. nouissimè, 7. eo. q. d. l. nouissimè, in princ. & s. fin. r. l. huius actio nis, l. 9. s. has actiones, eod.

a. l. 1. & l. furti, 6. s. p. d. i. furti, 9. pen. & s. de de iis qui not. inf. P. b. d. l. furti, 9. pen. c. l. tutor qui reperitur, l. s. de administrat. d. l. 1. s. de fideiuss. & hæred. tuto. in P. e. l. 1. de fideiuss. tuto. P. l. si tutor post. de tutel. & rat. distrah. in P. f. Cic. pro Q. Roscio. g. Plato, lib. 12. de legib. h. l. hæres eius, l. 8. de fideiuss. & nominat. to. in P. i. l. 2. s. si parès, de adm. tut. P. s. sed si nullus, nouel. l. 1. k. l. quæro, 32. s. de testa. tut. re. l. 26. P. tit. 2. l. 1. de peric. tu to. l. 5. C. tit. 38. l. 1. de tut. & ratio. distrah. in P. l. 1. s. in tutela, l. 1. de tutel. & ratio. distrah. P. o. l. tres tutores, 56. de administrat. tut. P.

De contrariis actionibus tutelæ & curæ. Cap. II.

Lib. 27. P. tit. 4. Lib. 5. C. tit. 58.

- 1 Finito officio tutela datur contraria actio in minore tutore.
- 2 Et quid illa contraria actio.
- 3 Contraria pro tutore, & cura contraria, pendente administratione datur.
- 4 Res & causa, ob quas datur actio contraria tutela.
- 5 Tutor & curator quos sumptus repetant in minoribus factos.
- 6 Contraria actio tutela vel cura quibus, & contra quos datur.

Ratè iuris communis ordinem, ob euidenter æquitatem & summam pupillorum, & minorum utilitatem receptum est auctoritate prætoris, vt qui non possunt in ea ætate aliis efficaciter & ciuiler sine tutoris & curatoris auctoritate obligari: nihilominus obligentur tutoribus & curatoribus, qui negotia illorum & personas tractant & gubernant, vt illi promptiores essent in exequendo officio, securi de repetitione eorum quæ vtiliter impendissent. Ergo finito officio tutelæ, non quoadi durat, dabitur contraria in minore actio tutore. Videtur enim exceptio esse actionis directæ tutelæ, saltem tutelam, vt directæ considerat, & ad eius actionem aliquomodo refertur, & ideo contraria dicitur. Tutelæ autem actio, vt diximus, nõ nisi finita tutela, pupillo seu minori non conceditur. Verumtamen & placuit hanc actionem contrariam dari, etsi directæ non agatur: non enim semper pupillus agere vult, vel quia nihil ei debetur, vel plus in eum impensum est, quàm ei abest, vel de rationibus distrahendis agit. Contraria tamen eius qui pro tutore gessit, vel qui curam administravit etiam pendente gestione, & antequam finita dicatur, cõpetere potest: quia & statim vbi obnoxii sunt protutor, & curator directæ conueniri possunt, excepto aduultorum curatore. Res ergo ob quas datur actio contraria tutelæ, sunt, si aliquid impenderit tutor in rem pupilli, vt repetat, vel compenset, si pro eo fuerit obligatus vt liberetur: aut rem suam creditoribus eius obligauerit, si pro pupillo soluat. Sumptus porrò quos reperit, bona fide fieri debent. Et quos expedit pupillo ita fieri, quamuis plus in pupillum impenderit, quàm sit in eius facultatibus: alioquin enim si non expedit, dicendum est pupillum absolui debere. Non enim in hoc administratur tutela, vt mergantur pupilli. Quamobrè iudex qui de contrario iudicio cognoscit, vtilitatem pupilli spectabit, & an tutor ex officio sumptus fecerit. Potest & agere, vt pupillus illi mandet actiones aduersus contutores, vt salarium sibi soluat si debitum, vel si contutori debitum soluerit. Hac actio contraria non solum tutore, verum etiam ei qui pro tutore negotia gessit, competere debet, & vtilis curator pupilli furiosi, prodigi, videlicet contrarium iudicium negotiorum gestorum: item & curatori ventris. Et hæredibus eorum, & in hæredes pupillorum per 3. annorum spatium, datur, & fideiussoribus tutorem.

s. l. contra iuris, de pact. P. l. ob igari, de autho. tuto. in P. s. eo. ep. l. Julia, l. Julia, s. si quis à pupillo, de a. p. o. emp. cum similib. l. 1. de contr. & vti. act. tut. lib. 27. P. tit. 4. v. l. 1. s. finio, eod. in P. x. d. l. 1. s. fin. y. l. nisi, l. 4. de tutel. & ratio. distrah. cum similib. z. l. 1. s. fin. de contr. & vti. actio tutel. in P. a. l. 2. eod. tit. b. d. l. 1. s. sed si pro tutore, de cont. act. tutel. d. l. nisi, s. de tutel. & ratio. distrah. c. l. 2. & l. ratio nes, l. 2. de adm. minist. tut. C. ratio ponitur in glo. d. s. fin. l. nisi, in ver. dum negotia. d. s. tutores, de oblig. que ex qua cont. nasc. l. 1. s. p. terea, & l. 3. s. iudicio, l. 4. de in lit. don. tut. lib. 5. C. tit. 44. & s. tutores, & l. 1. s. cotra rium, & l. fin. de contr. act. tutel. in P. f. d. s. tutores, g. l. 3. s. iudicio, de contr. act. tutel. in P. l. 1. a. tutoribus, l. 34. s. fin. de administrat. tut. h. l. penult. de cont. act. tutel. l. 3. eo. in P. k. l. 1. & 2. de contr. iud. r. te. lib. 5. C. tit. 58. l. d. l. a. tutoribus, 34. s. fin. de administrat. tuto. m. l. 1. s. hæc actio, de cont. & vti. act. in P. n. pen. eod. in P. & l. 3. s. fin. eo. tit. C. o. l. si cum fideiussoribus, l. 5. de fideiuss. tut. in P.

De aliis curatoribus publicis in summa. Cap. 12.

- 1 Curatores operum publicorum reficiendorum qui.
- 2 Curatores rerum Caesaris qui.
- 3 Curatores ciuitatis Romae, reſtores ciuium, viarum, riparum, vicorum.
- 4 Curator angariarum.
- 5 Curator Calendarij reipub.
- 6 Curator operum publicorum.
- 7 Curator murorum reficiendorum munus Athenienſibus excellentius.
- 8 Curatores emendarum ſpecierum vini, olei, & ſimilium.
- 9 Curatores portiarum.
- 10 Curatores reip. qui, & in quantum teneantur.
- 11 Curatores reipub. quando pro collegis teneantur.

Praeter tutelaram & curarum praedictarum curatores, alios ſeſe offerre non dubium eſt: quales ij, quibus de mandabatur in republica cura habendi ſarta recta opera publica, & refectionis procuratio. Et qui curam habebant rerum Caesaris, procuratores & curatores dicebantur. Curatores ciuitatis triplices, alius generalis vel rector: alius ciuium Romanorum, qui ibi habitabant: alij vicorum, riparum, ac viarum. Curator ad cogendas angarias dari dicitur. Meminit & Papi-nianus curatoris Calendarij reipublicae, videlicet qui curam gereret libri, quo nomina & debita continebantur, vel qui ſecundum Calendarium, & inibi deſcripta nomina, vel exigeret, vel ſolue-

ret debita f. De curatoribus operum publicorum 6 ſtruendorum paſſim ſe offerunt exempla in titulo de operibus publicis s, & alibi. Et Aechines h, 7 nullum maius munus curatore murorum reficiendorum, apud Athenienſes, nec amplius fuiſſe dixit. Qui habebant etiam curam emendi frumenti 8 vel olei, curatores quoque harum ſpecierum dicti & creati, quos Graeci ολινας και ελαιεμπορος i. Refert & Ariſtoteles k, αναγκαιας αρχας ομιλατο- 9 μενας προς τας πολιμικας χρειας, neceſſarias functiones ad res bellicas expediendas cum vſus veniret. Αι δ' εν ειρηνη και πολεμω, inquit, αυλων τε και τευχων φυλακας ομοιως επιμελησαι εθαι, και εβελιαστας και σωματας των πολιων, id eſt, opus & bello & pace, portarum & manium curatores eſſe, & refectionis ciuium deſcriptioniſque in claſſes. Curatores reipub. 10 ſaepe in iure occurrunt, qui publica, ſeu ciuitatis negotia & res tractant. Ab iis & fides, & diligentia exigitur: nam ſi negligenter in diſtrahendis bonis ſe geſſerint, in ſimplum tenentur: ſi fraudem autem admiſerint, in duplum: nec tamen ad eorum haeredes poena deſcendit l. Tenentur ad vſuras pecuniaru, quae apud eos remanſerunt, Tenentur de periculo operum, & haeredes eorū, tenentur agros reipub. retrahere, à poſſeſſoribus licet bonafidei, cum poſſint ad auctores recurrere. Nec pro ſe tantum quilibet tenetur, ſed etiam 11 nomine collegarum, ſi interuenire & prohibere eos oportuerit: item ſi deteriora nomina facta ſint tempore curationis m. Nam & collegarum communi periculo pecunia, eſt inter illos diuiſa, datur n. Prior tamen exemplo tutorum, conueniendus eſt qui geſſit o. Non tamen pro geſtione ſuperiorum & antecellorum, curatores ſucceſſores tenentur, ſed ſinguli pro geſtis à ſe p.

f Secunda Africa. in l. qui ſitum, 62. de leg. 3. g in l. 1. & 2. de ope. pub. li. 50. P. tit. 10. & alibi. h Aechi. contra Ctesiphonem. i l. ſi de mune. & honor. in P. k Ariſto. 6. politico.

l Papi. l. Imperatores, l. 10. §. Imperatores, de adminiſt. rer. ad ciuit. per. lib. 59. P. tit. 8.

m hae omnia, in l. ſm. eod. n l. 3. eo. tit. de adminiſt. rer. rum. o l. 4. eod.

p d. l. 4. §. 1.

a l. ſi in aliquo celebrem ciuitatem, de offi. proconf. P. l. 3. §. 1. de oper. publ. in P. b l. ſm. de offi. pro cur. Caſa. in P. c de omnibus Volphi. Lazi, li. 3. cōm. reip. Rom. c. 15. Caſſiad. lib. 7. Vazia. de primis: d l. 1. quem ad. ciuil. mune. in dicit. li. 10. C. e Pap. l. ſi. ſi. ſi. reſcripſerit à curatore, de adminiſt. rer. ad ciuit. per.

Syntagmatis iuris vniuerſi libri decim tertij Finis.

DE

q s. r. de iur. Perſo. ap. Iuſt. l. 3. de ſta. hom. lib. 1. P. b l. quod attinet, de reg. iur. c 5. 1. de c. di. minut. d l. manumifſiones, de iur. in P. l. homin. l. 155. de verb. ſign. e Senec. lib. 6. Declam.



DE SERVIS, ET LIBERIS, IVRE QVE DOMINORVM. LIBER XIV.

De liberis & ſeruis in vniuerſum. Cap. 1.

- 1 Perſonarum diuiſio in liberos & ſeruos.
- 2 Aequalis omnium hominum, vnaque natura conditio.
- 3 Iure gentium ſeruitute induceta, diſtingui ceperunt appellationes hominum.
- 4 Libertas quid.
- 5 Facultas agendi aliud, quam actus.
- 6 Libertas per ſeruitutem non tollitur, ſed impeditur eius actus.
- 7 Seruitus ex diametro aduerſa libertati.
- 8 Libertas & ſeruitus corporis, anima, & vtriuſque eſt. Aut natura, aut hominum conſtitutione, & qui ſerui, aut liberi natura.
- 9 Lege vel conſtitutione qui liberi, vel ſerui.
- 10 Cato Vticenſis ne ſeruiret, ſe occidit. 10. 11. 19. Gratius libertate nihil, nec miſerabilis ſeruitute item.
- 12 Domini olim dicti omnes patreſu. & ſerui familiarae, quare. Dominica poteſtas viſa tyrannica, eod.
- 13 Domini appellationem reuſauit Octavianus, & Tyberius.
- 14 Domitianus odioſus, quod voluerit ſe dominum & Deum appellari.
- 15 Domini nomen proprium ſoli Deo, quare.
- 16 Domini Imperatores dicti, & res dominica quae.
- 17 Domini olim libera in ſeruis vita & necis poteſtas.
- 18 Seruos Vidius Pollio edendos murenſis obiecit.
- 19 Seruos no habuerunt Indi, Eſſei, Phocenſes, Locri.
- 20 Serui Chriſtiani Iudaei, vel heretici, & pagani eſſe non poſſunt.
- 21 Biturigibus non erant ſerui.
- 22 Theoſopham ſerui ingreſſi, liberi ſtatim ſunt.
- 23 Serui nulli temporibus Saturni.
- 24 Seruitus eſt vltimus gradus vilitatis humanae.
- 25 Seruum ſeruorum Gregorius 9. Sum. Pont. ſe. appellauit, & Iuſtinianus ſeruum. Seruus dimidius homo, eod.

Seruum ſeruum Gregorius 9. Sum. Pont. ſe. appellauit, & Iuſtinianus ſeruum. Seruus dimidius homo, eod. V M M A perſonarum diuiſio dicta eſt, vt alij ſint liberi, alij ſerui. Liberi à libertate, ſerui à ſeruitute dicti. Ab inirio quidem generis humani vna fuit qualitas & ſtatu, à quo poſtea diſceſſum, facta & 2 minuto capitis. Aequalis hominum prima conditio, & vno nomine homines naturali iure vocabantur d. Et vt Seneca ait e, neminem natura fecit liberum aut ſeruum, ſed fortuna haec nomina

impoſuit. Et D. Paulus, nec liberum, nec ſeruum apud Deum eſſe ſcribit f. Iure gentium autem 3 ſeruitute induceta, tres appellationes diſtinxerunt homines, vt alij liberi, alij ſerui, alij libertini dicantur s. Libertas eſt, naturalis facultas eius quod 4 cuique facere liber, niſi quod vi aut iure prohibetur h. Naturalis facultas dicitur innata poteſtas agendi, vel viuendi, vt, velis i: facultas quae ortu cui ex illa comitatur, Dulcius, & vltima, & vt facultas dicitur apud Galenum k, cauſa quaedam effectrix, vel per quam facimus, vel vt poſſimus facere datum eſt. Aliud enim eſt facultas agendi, aliud actus 5 qui ex illa facultate ſequitur: vt & aliud ab iis inſtrumentum, per quod facultas operatur. Habet namque omnis facultas inſtrumentum accommodatum, per quod dererius, & melius idē efficiat l. Neque facultas importat neceſſitatem, vt quod in facultate faciendi eſt, neceſſario fiat: ſed vt fieri poſſet, habet m. Neque quod in facultate fieri potes, eodem modo fit, cum & robur & imbecillitas 6 in facultate conſideretur n. Et proinde quamuis libertas, ſit naturalis facultas agendi quae velis, tamen extrinſecus vel intrinſecus actus poteſt impediri. Extrinſecus vi, ob quam libertas ne faciat impediri, ea tamē facultate nihilominus exiſtente in homine: non enim ideò tollitur aut deſinit eſſe, quod non poſſit operari. Vt non ideò minus hoſtis homo eſt, quod ab hoſte vincatur, & ſubiiciatur vi: viſ quippe maioris eſt rei impetus, cui reſiſti non poteſt o. & aduerſus quā parum valet cuſtodia p. At q; Ariſtoteles q intrinſecus per vim ea fieri dicit, quae per cupiditate ſunt. Atq; vtro modo prohibetur facultas libertatis, ne agat liberè: veluti & cū ius ſe obicit actui prauo, ne à facultate exeratur, vincitq; ne fiat. Vt pote fortior, quae habet vim cogentem r, & metum inferetem formidine poena s: vt ea facere nos non poſſe iure exiſtimemus, quae facta laedunt pietatem, vel ſunt contra bonos mores, vel leges t. Seruitus porro 7 aduerſaria, & ex diametro oppoſita libertati eſt, vt nihil aliud ſeruitutem dicat Ariſtoteles, quam priuationē libertatis v. Libertas & ſeruitus in homine, & corporis ſeparatim, & anima x, vel vtriuſque: vtraque & natura. & conſtitutione hominū. Liberi ſunt natura, etiā qui ſeruiunt corpore, & boni, qui ſibi in cupiditatibus imperat, & cū virtute ſecundū Dei praecipia viuunt, eſt ſub poteſtate dominica ſunt corpore. Sic ſerui quidā natura, quāquam nullius poteſtati domini ſubiiciantur. Ac ſicut, vt ait Ariſtoteles, ex generatione quaedam diſtincta ſunt, alia quidem ad imperandum, alia vero ad parendum. Quorumcunque eſt opus in corporis vſu, & hoc eſt in eis poſſimum, hi ſunt natura ſerui, quibus melius eſt vt imperetur. Eſt enim natura ſerui, qui poteſt alterius eſſe: quapropter & alterius eſt: Et qui tantum particeps eſt rationis, vt ſentiat quidem, at non libeat, & c. y Qui pecunia aut fortuna ſeruit, liber

f ad Galat. 3.

g d. l. manumifſiones, & s. r. de liberti. ap. Iuſt. in. h s. r. de iure perſo. l. 4. de ſta. homi. P. i Iuena. Saty. 3. Cic. pen. Par. rad. 1. O. E. & 4. ad Heren. Ariſto. lib. 6. Polit. c. 2. k Gale. li. 1. de ſimplic. medicam. facult. c. 1. & li. de plenitudine. l. Ariſto. lib. 4. de generat. animal. c. 1.

m c. cum ali. quib. de refer. in 6. l. 1. §. dies autē iuſtus, de appel. recip. li. 49. P. tit. 4. can. ſi forte, 2. q. 6. n Gale. 1. lib. de cauſ. puſt.

o l. 2. de eo qd meo. cauſ. p. Nerat. in l. ſi ea res, de acti. empr. lib. 19. P. tit. 1. q. Ariſto. lib. 1. Rhetori. ca. 10. r l. legis virtus, de legib. Theophi. ſ. ſ. ma itaque, de iur. perſon. in ſuis inſtit. s l. 1. de iuſt. & iur. P. ca. factae ſunt aut emle ges, 4. diſt. t l. filius, de condit. Inſtit. in P. v Ariſto. lib. 1. Polit. c. 3. x Philo Iud li qd omnis pro bus ſit liber.

y Ariſto. 1. Polit. c. 3.

a l. 2. & fin. de capti. P. l. cum no redempti, & l. cum & postlimini. C. eo. l. ad eod quidem de co. rer. domin. b l. postlimini. & l. postlimini. C. de capti. & postlim. reuer. in P. c l. postlimini. & s. transfuga. & s. status. de capti. nis. Quis potest transire & emanor. in l. 3. de re milit. in P. dicitur. d. si leuones. C. de episcop. aud. e l. de iis qui sunt sui vel alie. iur. f l. si manci. ita venie. ne proffit. C. Spartian. in Adria. h Anto. Pano. li. 2. de dict. & fact. Alph. esp. 39. i l. de iis qui sunt sui vel alie. iur. k l. i. s. his itaque. de com. fer. manum. C. l. c. de iud. c. mancipia. 54. dist. l. vni. ne Christ. mac. Ind. hab. m Exodi. c. 21. n l. 2. de iis qui sunt sui vel alie. iur. o Alia. lib. 6. de vari. histor. c. 76. p Exo. 21. Deuter. 5. q l. vni. s. fed scimus. de Lat. lib. toll. C. s. si vero ab initio. & s. ne multo potius. de nupt. colla. 4. l. i. s. his videlicet. de bo. lib. C. l. fin. pro derel. in P. cum siml.

138 captos, vt est euadant manus hostium a: restituit enim postliminij ius pristinum statum b, exceptis transfugis, qui hoc iure non vtuntur c. 8 Quinto, qui seruum profuturisset publice, iure ciuili nouo cogitur manumittere d: iure Pandectarum tantum cogebatur vendere e. Muld magis si in veditioe ancilla cautum sit, ne prostituatur ab emptore, siquidem prostituta venditore consentiente, libera fit f. Adrianus lenoni vel lanistae seruum vel ancillam vendi causa non praestita vetuit g. Et lex Hispania, Serna, qua a domino liberat fuisse perit, libera esto h. Pius Caesar, ad impudicitiam cogentem seruum dominum, cogedum eum vendere rescipit i. Sexto, si plures sunt domini vnius serui, & vnus ex illis velit manumittere, deponendo vel dando pretium alijs condominis, potest solus alijs inuitis manumittere k. Septimo, si Iudaeus emerit seruu Christianum, fit statim liber l. O & auid lege diuina m, Si percussit quis oculum serui sui, vel ancillae suae, & in facie eius fecerit, dimittit eos liberos, pro oculo quem eruit: dentem quoque si excussit seruo vel ancillae suae, similiter dimittet eos liberos. Iure ciuili Pij Caesaris rescripto, durius habiti serui quam aequum est a dominis, vel infami iniuria affecti, vendi a dominis iubebantur, ita vt in potestatem dominorum non redirent n. Refert Aelianus o, cum Lacedaemonij contra seruos Tenarentes, qui erant ex genere Eilotarum, per vim ac perfidiam insurrexissent, indignatum Neptunum terram Spartham concussisse, vt ex vniuersa vrbe quatuor solum aedificia p relinquerentur. Item alia non d, Si emeris seruum Hebraicum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit, cum tali exeat. Si habens uxorem, & vxor egredietur simul. Sin autem dominus dederit illi uxorem, & peperit filios & filias, mulier & liberi erunt domini sui: ipse vero exibat cum vestitu suo. Quod se dixerit seruus, diligo dominum meum, & uxorem ac liberos, non egredietur liber: offerat illum dominus d'is, & applicabitur ad hostium & postes, perforabitque aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum p. Seruus aegrotus domo a domino pulsus, nemini pro cura commendatus, iure Codicis consequitur libertatem, nullo etiam iure patronatus domino reseruato q.

De Ingenuis & libertinis. Cap. 7.

Lib. 1. Instit. tit. 4. & 5.

- 1 Libertas natua, & factua, ingenuitas & libertinias.
2 Ingenuus quis.
3 Ingenuus ex libertino natus.
4 Ingenuus est sententia talis declaratus.
5 Libertus quis, & libertinus, & 6.
6 Patronus quis.
7 Patronatus ius quot modis quaritur.
8 Libertinorum tres species, Ciuium Romanorum, seu Iunianorum, & dedititiorum.
9 Ius nudum Quiritum sibi latum dominorum.
10 Liberti in Germania parum absunt a seruis, nec seria illis committuntur.
11 Orcini liberti quis, & proprij item qui.

139 Vtata causa naturalis status, inter homines libertatis, fecit & simul liberorum duas species: per natiuam, & factitiam ex facto hominis libertatem. Prior ingenuitas dicitur, altera libertinias: & in de ingenui, & libertini r. Ingenuus est, qui ex matre libera natus est, statimque vt natus est, liber est: siue ex duobus ingenuis matrimonio editus, siue ex altero ingenuo, altero libertino: ex matre libera, patre seruo, sufficitque aliquo tempore matrem fuisse liberam, vel conceptionis, vel natiuitatis, vel medio tempore, etsi in alijs sit ancilla facta s. Et qui nascuntur ex libertis, non liberti, sed ingenui sunt t. Ingenuum etiam v eum accipere debemus, de quo sententia lata est, scilicet esse ingenuum, quamuis fuerit libertinus: quia res iudicata pro veritate habetur. Libertini sunt, qui ex iusta seruitute manumissi sunt x. Libertinus statim ostendit, libertus personam singularem, vt notauit Valla y: Ideo relatio est inter liberum & patronum. Patronus namque is, qui ex iusta seruitute manumisit, & ita fecit sibi ex seruo liberum, vel collusionem detexit, vel iurauit libertum suum, vel cui libertus adiudicatus est z. Et contra libertus manumissus dicitur a. Et beneficij dati libertatis, patronatus est remuneratio ad quam natura tenetur b. Atque tot modis ius patronatus quaritur, quot a iusta seruitute liberari quis potest, & libertatem nancisci. Libertinorum olim tres erant species, quia tres erant gradus libertatis concessae c. Quibus dabatur plena libertas, fiebant ciues Romani: quibus minor, Latini libertini fiebant, & data dicebatur Latina libertas ex lege Iunia Norbana, quae sublata postea d. Alijs autem dabatur minima quoque dediticia dicebatur, quae tantum competebar tempore mortis manumissi ex lege Aelia Sentia, sublata quoque postmodum e. Et ita tempore Iustiniani tantum vna libertas dari coepit minore & minima sublatis, facti que omnes libertatem assecuti ciues Romani, id est plene liberi f. Sicuti & sublata illa differentia g seruorum, per quam nudo iure Quiritum, quidam non plenum dominium sed semiplenum habere dicebantur h. Liberti apud Germanos parum distabant a seruis, nec illis, nisi raro, alicuius momenti quicquam nec in domo, nunquam in ciuitate, committebatur, vt ait Cornelius Tacitus h. Libertorum etiam in iure erant duae aliae distinctae species, Orcinorum, & propriorum i. Orcini erant, quibus in testamento relinquebatur directio libertas a testatore, & fiebant liberti testatoris mortui & filiorum eius, non haeredis manumittentis k. Item si rogatus erat haeres manumittere, nam Senatusconsultum sub Rubrio Gallo, & Caelio Pifone Cos. factum, statuit libertate fiduciarum perinde praestandam esse, ac si directio esset relicta: & ideo quibus relicta erat ita, erant quoque Orcini l. Orcini porro, quia mortui testatoris celebratur dicti, vt ab eo manumissi, ab Orco dicti, i. morte vel loco mortuorum, vt apud Plautum m. Bene vale, apud Orcum te videbo. Sic Varro n, loquens de deligendo agro salubriori, & insalubre etiam feracem non habere fructus certos dicit. Etenim, inquit, vbi ratio cum Orco habetur, ibi fructus non modo est incertus, sed colentium vitu. Proprij liberti sunt, qui a dominis viuis suo iure manumittuntur. Sunt & Orcini ex fideicommissio manumissi, in vno liberti manumittentis, videlicet vt in muneribus ciuilibus manumittentis originem sequantur, non eius qui manumitti iussit o.

1 s fin. de iur. perso. Ma. cia. in l. & libertorum. l. s. de sta. homin. s s. de ingen. l. & seruu. s. ingeniu. Instit. Paull. l. 3. recep. sent. de lib. ag. nos. tit. 5. t. l. quod ex libe. ra mulie. re. de oper. libe. in P. d. s. l. de ingen. v. l. ingenium. s. de sta. hom. P. l. res iudica. (s. de reg. iur. v. Caius, in l. i. libertini. l. 6. de sta. hom. s. l. de libe. l. 4. de iust. & iur. in P. v. Laurentius Valla. l. a. eleg. ca. l. i. si libe. inge. esse dic. in P. z. l. adoptium patrem. s. patronum, de in ius voc. P. a l. 3. de ius & legi. haered. in P. l. in co iure, de rit. nupt. b. l. sed & si lege. s. confu. luit. de peit. haered. in P. c de quib. vide Vlp. in trug. tit. 1. d. l. vni. s. illud. de Lat. lib. toll. C. e l. de dediti. lib. toll. C. f s. libertinorum, de libe. ap Iustitia. l. a. C. commu. de manumiss. g l. vni. de iud. iure Quirit. toll. lib. 7. C. 1. 25. h Cor. Tacide mo lib. Germ. i l. cum testamento. l. 2. de iur. & fac. ign. lib. 1. C. tit. 21. k s. fin. de iug. reb. per fideic. relic. l. a. Instit. tit. 24. l l. 3. s. plane, de legi. tutor. in P. l. cum vero. l. 25. s. subuentum, de fideic. libe. l. 40. P. tit. 5. m Plautus, in Aduat. n Varro, lib. 1. de re rust. c. 4. o l. libertus, l. 17. s. ex censu, ad municip. l. 50. P. tit. 1.

De

De patronis, & iure patronatus libertorum. Cap. 8.

Lib. 37. P. tit. 14. Lib. 6. C. tit. 4.

- 1 Patronatus ius inestimabile.
2 Patronus unde dicatur, & obsequia liberti.
3 Patrono debet libertus obsequia, & honorem.
4 Lis nulla mouetur sine licentia praetoris in patronum.
5 Ingratus libertus in seruitutem reuocari potest, & quis ingratus.
6 Libertus tutelam filiorum patroni subire tenetur, aliter ingratus eod.
7 Libertus patrono praestare operas cogitur.
8 Operas obsequiales, & fabriles ex conventionione eod.
9 Operas obsequiales, & fabriles in quibus differunt.
10 Operas fabriles quando, & quatenus imponi possunt, aut non, in manumissione.
11 Operas liberte amittit patronus, quam patitur nubere.
12 Operas praestare patrono tenetur fabriles, qui eius libertum occultauit.
13 Patronum liberum, & contra patronum libertum egenum cogitur alere.
14 Actio Caluisiana quae eod.

a l. naturales, s. si de praes. verb. b l. fin. de iur. patron. in P.

c l. 1. de obseq. a liber. patro. praestand. l. 1. de ingra. libe. l. 6. de bon. libe. & iur. patron. C. d Plato, 11. de legib.

e l. 4. s. praetor ait, de in ius vocan. in P. l. veniam, C. co. tit. f l. 1. de ingra. libe. C. l. 2. & 3. de liber. & co. liber. C. g l. ingratus, de iur. patron. in P. h l. 1. & 3. de oper. libe. l. 38. P. tit. 1. i Caius, l. cum patronus, l. 22. eod. k l. si non forem, s. liber. de con. dist. ind. b. l. l. de oper. libe. in P. l. 1. C. eod. & ferē cor. tit. m Vlp. in l. fabriles, 6. & l. opera, l. 9. de o. pe. libe. in P.

teneatur suo victu & vestitu subministrare patrono, nisi valde inops sit: non autem fabriles ex stipulatione debitas, & ita puto conuenire leges quae alioquin inter se pugnant videntur n. Arque obsequiales ita temperandae erunt, vt petantur per patronum a liberto tantum quas liberti aetas, institutumque vitae, dignitas, necessitas, valerudo patitur o. Caeterum non semper imponi possunt operae fabriles in manumissione, nec impositae debentur: veluti si qui manumittit, aliunde quam ex voluntate propria & spontanea faciat: veluti quia grauatus, vel quia praemium accipit, vel alio modo cogitur p: vel si seruus emptus est propriis nummis ab eo, a quo manumissus est q. Sed & debita operae amittuntur libertae, si eam pariatu patronus nubere, quia debetur tunc marito r: saluo tamen iure patronatus s. Singularerque & illud, vt si quis libertum occultauerit alterius, pro eo operas fabriles teneatur praestare t. Quarto, in iure patronatus vtilitas, vt libertus teneatur alere egenum patronum v: vt vicissim patronus libertum inopem, alioquin ius patronatus amittitur x. Quinto, ex hoc patronatu pendet ius patroni succedendi liberto locupletit, id est, qui plus quam centum aureos habet in facultatibus: adhibita etiam actione Caluisiana, qua reuocantur alienata in fraudem istius successioneis y.

Quibus modis ius patronatus amittitur. Cap. 9.

- 1 Patronatus ius finitur denegatis alimentis liberti, & reuocato in seruitutem liberti restituta in gennitate.
2 Aureorum anulorum ius quale.
3 Anulus quale olim insigne.
4 Patronatus nullum ius manumisso seruo in praemium.
5 Patronatus etiam ius amissum, si cogat patronus libertum iurare ne nubat, aut si pretium pro operis accipiat.
6 Vxorem non ducere, iurare cogi non potest libertus eod.

139 Esinit autem nomen & ius patronatus primò, denegatis alimentis liberti z: secundò, reuocatione in seruitutem propter ingratitude a: tertio, si libertus restituitur natalibus, id est, ingenuitati per principem: nam & in ea restitutione consensus patroni, cuius interest, accedere debet b. Est quoque medius quidam status inter ingenuitatem & libertinitatem, eorum qui assequuntur ius aureorum anulorum a principe, quo pro ingenuis quidem qui hoc impetrauerant, habebantur, sed saluo, integroque remanete iure patronatus, permissumque illis aureos anulos ferre c: ita differentes a restitutione natalium, qua ingenui fiebant d. Symbolum in libertis ingenuitati restitutus, anulus recte constitutus. Siquidem, verum est quod annulus ab anno dicatur: quia vt annus in se per circuitum redeat, sic & libertas restituta in suum pristinum statum e: quare & quidam annu duplici, n, centent scribi, non cum simplici n, vt qui deducunt ab ano, quasi anulus sit paruus anus, vt alij dicit reu. vna. vt Festus: alij dicit reu. vna. vt Seruius Gramaticus. Subinde tamē ius hoc desit postulari, & omnes liberti ingenui dicti sunt, saluo iure

n l. imponi, l. pen. de ope. libe. in P. l. 1. suo viciu, l. 18. & seq. eod. o l. eius stricti. cij, cum l. seq. eod. in P. p l. si quis haec lege, de ope. libe. in P. l. 1. & c. eod. q l. si ius num. mis, l. 7. C. co. tit. r l. licet, de o. per. libe. s. l. quod ex libe. ria, C. co. t. l. fin. C. co. v l. 1. s. C. co. x l. Diu. Claudius, s. si de iur. patro. P. l. si quis a liberis, s. solent iudic. es, l. alimeta, & l. si de liber. agnos. in P. l. si patronus no auerit, de bo. libe. in P. y l. si libertus minor, de iur. repatron. in P. l. licet testa. tor, & siue libe. rtus, cor. tit. facit tit. de success. libe. rt.

z l. si Claudius s. fin. de iure patron. cum similib. a l. de ingra. libe. C. l. 2. & 3. de libe. & cor. libe. b l. 2. & fin. de natal. restit. in P.

c l. v. pen. & si. de iur. aureo anulorum. d l. sed si hac lege, s. patronum, de in ius vocan. P.

e in l. manumissiones, de iust. & iur. P.

a auth. sed ho- die, tit. de iur. aureo. annulo. C. & s. ut li- ber. de caer. aur. annulo non egeant, in au- then.

b Plin. li. 33. c. 1.

c l. pen. de iur. patro. in p.

d Ladigere, & l. qui contra, de iur. patro. in p. e l. 4. de operi. liberti. C. f. l. 1. C. eod.

3 patronatus patrono. Sic anulus promiscue vsur- patus est, nec distinctionem adiecit: sicuti & vsus anulorum ex singulari nota, popularis postea fa- ctus. Si quidem olim prisca temporibus anulus primium ferreus, dehinc aureus ordinem populi equestrem ostendebat. eratque eius insignis, di- stinguens equites a Senatoribus & plebe: repu- diatus tamen postea, cum primium dignitas adilis curulis data Cn. Flauio, qui primus fastos publi- cauit. Quarto, ius patronatus amittitur, quando non vindicante filio patris mortem, seruus dete- gens homicidas, pro premio manumittitur. Quinto, lege Aelia Sentia priuatur patronus iure, si iureiurando adigat libertum generandi compo- tem, ne nubat. Et sexto, si pro operibus promif- sis praestandis patronus petat pretium, renunciare videtur iuri suo: cum pretium non debeat acci- pere futurarum operarum, nisi in casu inopiae no- mine alimentorum.

De iure patronatus clientelari, & eius personis, colonis, adscri- ptitiis, & censitis.

Cap. 10.

- 1 Clientes & liberti pares facti.
2 Clientes qui, & patroni eorum.
3 Clientela publica, & priuata.
4 Clientum & patronorum leges & iura ex Romulo.
5 Peneſta Meneſta, ſubditi iuriſdictioni domino- rum inter clientes.
6 Coloni inter clientes. Adſcriptitij & cenſiti qui, 6. & 8. & 10.
7 Mariandini ſerui qui.
9 Originarij alieni qui.
10 Colonorum adſcriptitiorum durior, quam cenſito- rum conditio in quibus. Adſcriptitij ſerui non ſunt. eod.
11 Adſcriptitij ſub clientela dominorum ſunt, vt in aliam nequeant tranſire.
12 Clientelam colonorum, & iuris diſtionalium do- minorum non fuiſſe clientelam Romanorum, & Romuleam docetur.
13 Clientis proprie homo ligius. Ligius homo quis, eod.
14 Soldurij Gallorum qui. Ambacti Gallorum qui, eod.
15 Sepeliebant cum defuncto Galli, quae ipse magis di- lexerat, & in rogum inferebantur & animalia, & clientes, & alia.
16 Soldurij differunt a ſoldatis & ſolidariis.
17 Soldata quid in feudis.
18 Militaris annona quomodo militibus diſtributa Romanis.

g Vly in l. five ro plures, de iis qui deiecerunt in p.

h in l. s. ff. iuncta l. 3. de vsu & hab. in p. i l. non dubi- to, de captiu. in p.

Via Vlpianus, & aequalis conditionis facit clientes & libertos, quod ad ius habitandi cum patronis pertinet, & commodè libertis clientes subiungun- tur: de istis quoque pauca. Clientes vocat Pro- culus Iurisconsultus, homines liberos qui com- muniter cum foedere, personam eius, cuius erant clientes, obseruabant. Erant & clientes, qui se in potentioris cuiusdam tutelam applicassent cum suis, vt eius patrocinio & defensione protegeren- tur in capite & fortunis: ipsi suos ipsos patronos a defensione ita dictos, obsequio & obseruantia colentibus. Erantque & publicæ, & priuatæ clien- telæ: publicæ, veluti si pagus quidam, aut ciuitas,

regnum alicuius magnatis, regis, vel imperatoris patrocinio se concederet. Priuatæ, dum priuatis priuati se concedunt. Leges porrò harum clientelularum constituit Romulus, vt author Dionysius Halicarnassæus, quibus munus patronorum dicitur, clientibus de iure respondere: absentium atque presentium curâ æquè agere: lites pro clientibus suscipere, vt patres pro filiis: accusatoris im- petum repellere. Clientum autem munus, vicif- sum patronos filias elocantes matrimonio pecu- nia iuuare, si pecunia egerent: ab hostibus captos redimere, multas æstimationes litium priuatarum deperditarum, exsoluere pro eis sumptu proprio. Commune vtrisque nefas, alteris alteros accusare, aut aduersum ferre testimonium, aut censeri inter inimicos. Conuictum autem de his crimini- bus, cuique patere ius occidendi. Possent inter clientes referri serui, quos vocat Athenæus Pene- stas & Meneſtas. Possunt & dici clientes hodie qui subiiciuntur iurisdictioni dominorum loco- rum seu oppidorum, & illi patroni qui præfunt: quia superiores leges Romuli optimè illis con- ueniunt. Hisque plura potestis addere, quæ tradit Budæus, & Cælius Rhodiginus. Videndus quoque Gellius, disputans quo ordine ponatur tutela clientum, & num præferenda hospitiibus, & aliis amicis. Sed quia & colonos clientes aliquo modo dici posse persuasum est, inter eos & adscri- ptitios fuisse opinor, qui se cultura prædiorum minorum cum suis, vel glebæ dabant. Quales fue- re Mariandini serui, qui sese Heracleotis volun- tariè subiecerunt, ea stipulatione & lege, vt sibi vitæ necessaria ministraret P. Adscriptitij & cen- siti additi erant prædiis, vt nec in alia prædia do- minus mutare posset, indeve fugientes ad ea re- ducerentur. Idem ius in originariis, id est natis ex adscriptitiis, eiusdem ac patres conditionis: ve- luti terræ membra, & glebæ ita adscripti, vt nec momento quidem temporis ab ea debeant abesse vel amoueri, nec vendi separatim sine prædiis a dominis prædiorum possint. Hi adscriptitij colo- ni, deterioris sunt conditionis, quàm coloni qui dicuntur censiti. Nam censiti tributa præstant tan- tum dominis prædiorum, & faciunt eorum fructus suos, vt hodie qui a dominis emphiteotico iure, prædia sub annua pensione & laudimiis accipiunt. Adscriptitij autem non item, sed sunt veluti in- strumentum & pars fundi, viuentes sub specie quadam seruitutis: quanquam ideo serui non sunt, sed ingenui. Verumtamè omnes in clientela cen- sentur esse eorum, quibus tributa pendunt, potif- simum si iurisdictionem habent, & eorum quo- rum, prædia colunt, quibus adscripti sunt. Quamob- rem & cautum ne huiusmodi possint transire in alienam clientelam, neve extraneus horum susci- piat patrocinium. Cæterum illud annotatum volo, non omnes clientes vel patronos vnus spe- cie esse, sed respectu diuersarum rerum diuersa continere patrocinia & iura. Cæterum ista clien- tela colonorum & minorum iurisdictionaliu, non proprie erat clientela Romanorum, quæ nihil concedebat rerum, vel feudi ad incundum hoc ius patronatus: sed in ea tantummodo in fi- dem se recipiebant potentiorum inferiores, fra- dere facto, & defensore, quem eligebant. Vnde & cliens mihi proprie esse videret, qui & homo ligius, in tractatu Feudorum dicitur: ab eligendo patrono, vel quod ligabat se patroni ami- citiæ & debebat, vt in Feudis docemus. Galli ho- rum species habebant Soldurios & Ambactos Soldurio

k Halle. lib. 2. Histor. Roma.

l Athenæ. li. 6. c. 7.

m Budæus in op. not. p. 100. Pandect. l. 10. dubito, de cap- titiu. n. Cæli. Rhod. lib. 2. c. 41. o Gellius, lib. 5. c. 15.

p Athenæ. d. li. 6. c. 7.

q Lomnes, & l. quædam modi, & l. origina- rios, & l. defini- mus, de agri. & cens. l. 1. C. r. l. cum satis, eod. s. l. colonos nunquam, eod. t. l. quemad- modum, eod.

v l. iusta, l. 1. & c. & no. de iur. e. phyr. C. l. si ager vecti, vel empti. p. in p.

x l. in quib. caus. colo. do- mi. accus. p. ff. lib. 11. C. l. de Colon. Thra- c. mox eo. lib. y l. v. nemo ad suu patro. suscip. ruitica. aut vic. eor. eo. lib. 11. l. 1. & 3. de patro- cin. vicor. lib. 11. C. Theod. tit. 24.

z de Ligio, nos plura etiam in feudorum tra- ctat. lib. 6. c. 2. nu. 28. & seq. ad Soldurios etiam dicitur, li. 6. c. 1. nu. 27.

14 Solduriorum, quos & deuotos Cæsar vocat, ea erat conditio, vt omnibus in vita commodis vnâ cum iis fruere, quorum se amicitia addixif- sent, etsi quid eis per vim accidisset, aut eundem casum subirent, aut mortem sibi consciscerent: ne- que adhuc hominum memoria repertus est quis- quam, qui eo interfecto, cuius se amicitia deuou- isset, mori recusaret. Inde autem dictos puto ego à firmitate fidei, nam voces illæ sunt vulga- res, nostrates, & maternæ, quibus componitur verbum, Soldurius, sol dure, aut sol endure, quod est solus durat, vel solus patitur, scilicet cum de- lecto amico solus tolerat, vt apud Virgilium b, Durate, & vosmet rebus seruate secundis. Loquitur autem Iulius Cæsar, dum de Solduriis agit, de Aquitania, cuius idioma quoque est, vt Tectofagum in ea appellatione, ex qua declinaui etymon nominis commune. Clientes etiam ap- pellat Cæsar, quos antea Soldurios dixerat, dum ait: Clientibus Gallorum nefas esse, etiam in extrema fortuna deserere patronos. Id ipsum etiam tribuit Va- lerius Max. Celtiberis, vt potè à Gallia transla- tum. Et Tacitus, Germanis. Confirmat hos Sol- durios clientes esse, quod Cæsar etiam scribit alibi, dum de funere patronorum ait: Funera Gallorum sunt pro cultu magnifica & sumptuosa, om- niæque que viuus cordi fuisse arbitrantur, in ignem in- ferunt, etiam animalia. Ac Paulus supra hanc me- moriam, serui, & clientes, quos ab illis esse di- lectos constabat, iustis funeribus confectis vnâ

cremabantur. Vt inde colligamus Solduriorum deuotionem, qua etiam vitam arbitrio patrono- rum fideique subiicerent. Neque mihi placet, vt Soldurios Gallorum eisdem dicam cum soldaris vel solidariis. Nam Soldurij nulla mercede con- ducti seruiebant, & adstabant in periculis cum patronis, vt dixi: at solidarij milites erant stipen- diarij, Sic Radenicus, innuit in his verbis, vt largitione pecunie milites, qui solidarij vocantur, col- ligeret. Sic in supplemento Chronici Sigiberti, 17 Sumpsit Henricus rex pecunias de feudo vniuscuius- que lorica: capitales barones secum duxit, solidarios vero milites innumeros. Soldata in vsibus feudo- rum, est præstatio quædam annua gratuita, quæ à neutra parte transit in hæredem: morte enim dantis, vel accipientis interueniente finitur. Sol- data verò dicitur, quia plerumque in solidorum donatione consistit, quandoque in vino & anno- na. Solebat enim stipendium militibus olim per annonam distribui per singulos dies, in singulos annos expeditionis tempore: veluti bucellatus panis, quem bis coctum vocamus, duobus die- bus, ac panis alius tertio: vno die vinum, alio acetum: vno die lardum, caro veruecina biduo: ex com meatu publico. Cui annonæ interdum etiam pecuniæ erogatio accedebat, & vestitus, & alia id genus militibus necessaria. Quando an- nona loco pecuniæ in solutum militibus dabatur, dicebatur stellatura: quia per tesseras stellatas, species alias pro annona accipiebant.

a Iul. Cæsar, li. 3. Commen. bel. Gal.

b Virgil. l. A- neid.

c Iul. Cæf. lib. 7. Comment. bel. Gal.

d Val. Max. lib. 2. c. 1. e Corn. Tacit. de morib. Ger. manor. f Iul. Cæf. li. 6. Commen. bel.

g Radenicus, lib. 3. c. 20.

h de soldata dixim. in Feu. lib. 6. c. 3. nu. 7. i in §. ff. de di- ca. dux. Masc. li. 2. Feu. rit. 30. k l. 1. & l. iube- mus. l. no. de e- roga. milit. an- no. l. 1. C. tit. 38. de anno. in l. fortissimi, l. 6. eod. tit. l. 1. iubeamus, l. 16. c. 1. suis 55. eo. de erog. m. l. 2. 4. de milit. veste, li. 12. C. tit. 40. n Volpagan. Lazius, lib. 12. coment. Reip. Rom. c. 6.

Syntagmatis iuris vniuersi libri decimi quarti Finis.



DE PERSONIS ECCLESIASTICIS MAIORIS ET MINORIS DIGNITATIS ET OFFICII. LIBER XV.

De præstantia potestatis ecclesiasticæ in laicam. Cap. I.

- 1 Continuatio libri 15.
2 Potestas publica diuisa, & persona eius: in ecclesiasticas, & laicas.
3 Christianorum duo genera, clericorum & laicorum.
4 Potestati ecclesiasticam maiorem seculari docetur.
5 Anima præstantior, & spiritalia corpore & corporeis.
6 Persona ecclesiastica digniores ob mysteria Dei, quæ pertractant.
7 Honores ecclesiasticos abrogati à tyrannide, restituti à Leone & Antonino.
8 Sacerdotium prælati imperio etiam apud Gentiles.
9 Imperatores summum pontificatum gesserunt.
10 Reges Aegyptiorum ex sacerdotibus.
11 Pontificum summorum in reges potestas.
12 Imperium, & regna Gallia translata per summos pontifices, eod.
13 Pontifici debent reges, & Cæsares obedire: is autem Deo, Resisterunt episcopi Cæsaribus, Ambrosius Theodosio, Innocentius Archadio, Liberius Constantino, eod.
14 Summus pontifex rex seculi à Tertulliano dictus.
15 Summi pontifices, & sacerdotes num vnanuntur gladio materiali.

OTVM hominem simul & vna comprehensione corporis & animæ iam superioribus libris considerauimus, & naturales differentias qua potuimus faciliori methodo docuimus ex generatione legitima: atque de distinctione, quæ ex potestate priuata, ex naturali quadam causa proficiscitur, breuiter quæ & scitu necessaria & vtilia videbatur, exposuimus. Nunc peruenit series tractationis ad eam partem, quæ de potestate publicæ personarum pollicetur notionem. In qua publicam potestatem in duo summa genera diuidi par est: Nempe in ecclesiasticam & secularem. Homo considerandus est in suis præcipuis partibus, quibus consistat anima & corpore. Sic aliis cura potior est, vel excellentior rerum spiritualium, earumque quæ ad salutem animæ pertinent: aliis maior corporis, & rerum, quæ ad politiam & quietem reipublicæ, & quæ eius sunt administrationis.

vnum clericorum est, spiritualibus deditum, & sacris inferuiens: aliud laicorum, qui curant secularia. Et in his duobus generibus, alij sunt imperantes, seu præpositi: alij subditi. Duæ potestates præcipuæ, duoque genera subditorum sufficiunt, nec plura legitime esse possunt: quia non sunt aliæ partes principales in homine, præter animam & corpus, quibus potestates impostæ sunt. Nisi mixtam inde constituas & omnimodam, quæ habet imperium in corpus & animam, quæque soli Deo omnipotentem conuenit, qui postquam occiderit corpus, potest animam in æternam gehennam mortemque secundam mittere: aut nisi temporum quorundam obseruas necessitatem & Dei madata, quibus vtraque potestas in diuisa penes vnum principem certis de causis & cum certis legibus fuit, vt ex narratione sequentium Deo fauente apparebit. Potestas ecclesiastica seu spiritalis maior seculari. In cælo duo luminaria magna, sed vnum maius, Sol, aliud minus, Luna. In homine quoque duo luminaria magna, maius, ratio, minus, sensus. Maior & honestior visus qui melioribus & honestioribus præest. Anima plus quàm corpus, & corpus plus quàm vestimentum, id est, plus quàm externa bona. Corpus conditum animæ causa, & bona externa propter hominem. Et propter quod vnum quodque tale, & illud maius. Nobilior anima, & spiritalia omnibus corporalibus, & fortiora spiritalia illis. Vt & princeps cura Iustiniano primum animas, deinde linguas subditorum fieri eruditas. Proinde qui curam gerit animarum & rerum earum, præstantiori exornabitur potestatis dignitate. Et vt anima præest corpori, imperat & iubet, vt regina in proprio regno: Sic qui imperat animam, & potior erit imperante corpori. Si vinco enim te vincentem, & vincam te. Nec dubitauit D. Paulus corpus excommunicati dare in interitum carnis, vt nobilior pars, anima videlicet, salua esset. Grauior & pœna habita excommunicatio, quod hominem interiorem animam videlicet, feriat. Dignius & secundò ecclesiasticarum personarum officium, ob mysteria quæ pertractant, vnde non tam honori earum tribuitur, quantum maiestati Dei, cui inferuiunt: cuius ratione & tot priuilegia, & immunitates etiam ethnici suis sacrificiis concesserunt. Et Leo & Antoninus CC. irritis tyrannorum decretis, Antistitibus, quos patres pietatis, vocat, honores restituerunt, & priorem locum residendi ante alios in consilio episcoporum & extrâ. Principes seculi subditi legibus pontificalibus potissimum in causis fidei: imò & sacerdotibus per episcopos factis, qui solvendi & ligandi habent potestatem. Sic & iussit D. Petrus. Sic omnes etiam qui fidem veram sectantur (nò enim loquor de hereticis) admittunt. Et antiquitus sacerdotium prælatum imperio, &

c. D. Lucæ 22. c. vnam sanctam, de maiori. & obediens. li. r. Extraua. com. tit. 8. d. d. cap. vnam Sanctam. e. Gene. 1. f. 5. nos autem, de defenso. ciuitat. in auth. coll. 2. g. D. Matthæi, 6. Lucæ, 22. D. Augusti, de catechizandis rudibus, can. fedulo, 39. dist. 1. sanctimus, de sacrosan. eccl. h. Aristot. lib. 1. de partib. animal. c. fin. i. in pecudum, de vitu. P. 5. in pecudum, de vitu. ap. Iustin. k. c. 2. de transla. episc. apud Greg. l. c. inter corporalia, eo. tit. in 5. illud verò, in proœmio Pand. n. l. de accessio nibus, de diuer. & tempora. præscripti. o. l. ad Cor. 5. p. can. 1. & c. si quis episcopus dānatur, ca. audi. 12. q. 3. c. corripitur, 24. q. 3. q. Paulus, in l. nò distinguemus, l. 37. sac. sacerdotio, de recep. arbi. lib. 4. P. tit. 8. r. Dion. Hal. l. 2. Antiq. Rom. l. quisquis emensis, de emensis, de episc. & cle. lib. 1. c. 1. s. d. decernim, l. 15. de episc. & cler. C. t. can. duo sunt gladij, 96. dist. D. Ambrosii. in ca. cōuenior, 23. q. 8. extrauag. vnam sanctam, de maior. & obed. v. c. amnis v. trisq; sexus, de poenit. & remission. ap. Greg. x. 1. Petri, c. 4. de maior. & obed. li. 1. Decret. tit. 33. y. c. clam ad verum, 96. dist. c. per venerabile, in fine, qui filij s. legit. c. solit. de maior. & obed. ap. Greg.

a. 1. Reg. 10. & 16. & in 2. Reg. c. 2. & 5. & in 1. Reg. c. 1. & 19. & Paralip. 2. c. 23. b. c. 1. 5. vnde in veteri testam. to. & de sacra vndio. lib. 1. Decr. tit. 35. c. Iul. Cæsar, li. 6. Comment. & bell. Gallic. d. Corn. Tac. de mori. Germ. e. Val. Maxim. lib. 1. c. 1. f. Dio Cassius, lib. 53. Hist. g. Berofus, lib. 5. Desfor. h. Plato, lib. ciuili, vel de regno. i. Diod. Sicul. li. 4. Biblioth. c. 1. k. can. alius, 16. 95. l. c. venerabile, de electione li. 1. Decret. tit. 6. m. Blond. lib. 2. Deca. 2. Plati. in Gregori. 5. Krantius lib. 4. c. 23. n. D. Ignatius, epist. 9. o. Ambrosii. 5. lib. Epistola. epist. 28. Rufin. lib. 2. cap. 18. Eutro. lib. 12. p. c. nos si incompetenter, §. 1. 2. q. 7. q. Amia. Marcel. li. 5. & Athanasius. r. Tertull. li. 1. ad vxor. s. D. Matthæi. c. 26. t. c. in Archiepiscopat. de rapt. c. sententia sanguinis, ne cle. vel mo. & c. c. occidit, & can. legitur, 2. q. fi. c. nos si incompetenter, §. i. s. ita, 2. q. 7. v. 1. Reg. 14. & 15. x. 3. Reg. 18. y. 4. Reg. 1. z. 4. Reg. 2. a. 4. Reg. 11. 2. Paral. 22. b. Iudith. 4. c. Actuum, 5.

reges Israël electi & iniuncti à sacerdotibus & prophetis: vt nunc etiam, non contrâ. Et eadem causa impellente, erga sacra tractantes fuit apud ethnicos præcipua reuerentia: ita Druidæ Gallorum sacerdotum monarchiam suis legibus Gallorum temperabant secularem. Et sacerdotes Germanorum à cultu veri Dei abhorrentium, in conuentibus ius habebant imperandi, & silentium indicendi. Apud Romanos Scipio & Figulus, ad Tiberij Gracchi pontificis summi idolorum iussum, falces & imperium deposuerunt, & potestate regia consulari se abdicarunt. Ea ratione, vt de religione dispensare possent Cæsares, summum pontificatum gesserunt aliquando, & inaugurabantur omnibus sacerdotibus, vt omnes religiones & sacerdotia in sua manu haberent. Sicut apud Assyrios vt refert Berofus, Belochus, eorum rex à Belo nomen sumpsit, quia cum imperio voluit summum pontificatum Iouis Beli exercere. Et Aegyptiorum rex non aliud quàm à sacerdotum collegio deligebatur. In Æthiopia quoque sacerdotes qui in Meroc erant suorum deorum cultui dediti, tâta pollebant autoritate, vt quando illis visum esset, regibus nunciarent, vt mortem oppeterent: vsque ad Ergamenem regem Græcis doctrinis philosophæque deditum, qui Ptolomæi II. tempore hanc sustulit consuetudinem. Zacharias summus pontifex ecclesiæ Dei regnum Gallicum à Ludouico in Pipinum transtulit. Et Stephanus II. summus pontifex imperium à Græcis in Germanos, & Carolum Magnum Pipini filium. Confirmavit & Germanis maiori priuilegio eligendi potestatem Gregorius VII. sum. Pont. Saxo, circa annum 995. Et iubet Diuus Ignatius, Presbyteri, inquit, atque omnis clerus, simul cum omni populo, cum militibus & principibus, sed & Cæsares obediunt episcopo, episcopus Christo. Diuus Ambrosius in Theodosium I. Cæsarem potestatem hæc exercuisse nemo ambigit, qui Imperatori sacris interdixit, & de cancellis ecclesiæ vtriuque, donec poenitisset de crimine, quod in Thessalia ob seditionem motam, occiditque tribunal vnum, septem millia militum, occidisset. Id ipsium & probauit Innoc. I. in Archadio Cæsarem. Restitit & liberius sum. Pon. conuentibus à Cæsare indictis contra Athanasium. Tertullianus Pontificem Max. vocat regem seculi. Duo gladij Petro fuerunt, iurisdictionis vtriusque symbolum referentes, quos sufficere dixit Deus Dominus Iesus Christus: tamen exercitium ei materialis & corporalis prohibuit, & in vaginam reitineri ab eo iussit. Nec voluit ecclesiam suam mortem temporalem inferre passim. Quamuis in lege antiqua sacerdotes eo vterentur, qui adumbrabat ecclesiam nostram: quemadmodum vsus eo Samuël in Agag rege. Elias in prophetas Baal, & in quinquagenarios Ochofise: Eliseus in pueros irrisores: Ioiadas in Athalam: Eliachim in Holofernem: & ipse D. Petrus in Ananiam & Saphiram.

De episcopis in vniuersum. Cap. 2.

Personarum ecclesiasticarum nomenclatura varia vnde. Episcopi nomen sollicitudinis olim sine beneficio

- temporalis, & quid significet. Item 6. Episcopi ethnici qui. Cretary, & Forriers Gallis vnde, eod. Episcopi rerum venalium obseruatores. Episcopi regis oculi, & magistratus gentilium Armoste qui magistratus dicti, eod. Episcopi apud nos Christianos qui dicuntur. Episcopi in locum præfulum prouinciarum, & in locum gentilium sacerdotum. Episcoporum gradus inter Christianos & ethnicos, & quomodo successerunt. Panepiscopus Deus. Patriarcha qui, & patres qui dicti. Patriarcha quinque tantum episcopi in orbe, & horum ordo dignitatis. Patriarcha Romanus summus Pontifex, Papa dictus summus Pontifex, eod. Papa episcopi omnes dicti. Papa quid significat, eod. De Papa nomine Krantij lapsus.

Personarum ecclesiasticarum nomenclatura varia, vel à cura commissa, vel ab officio, vel ex his duobus, vel ab ordine, vel gradu ecclesiastico trahitur. Episcopi nomen, sollicitudinis & curæ est, cui & postea beneficium additum fuit. Attendite, inquit diuus Paulus, vobis & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus posuit, episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine, & empororou, vel empororou Græcis, speculor est, confidero. Cicero huius dictionis exprimit his verbis vim: Vult Pompeius me esse, quem tota hæc campania & maritima ora, habeant episcopum, ad quem delectus & negotij summa referatur. Erant inter ethnicos episcopi, qui inter milites metatoribus, qui nunc Cretarij aut Forriers, à foribus dicuntur, præerant. Quod circumeundo dispicerent pro dignitate cuiusque, hospitij commoditatem. In qua significatione vtitur Cassiodorus, dum ait, Et primum quidem interrogare militem, quis cum ad meritum duxisset episcoporum. Erant & episcopi qui venalibus præerant rebus, & inspiciebant, vt recta æstimatione singula venirent, quæ in vsum essent quotidianum, munusque id erat personale: quod & antistitibus sacris episcopis iniunctum quidam putat. Arrianus tradit apud Indos empororou munus fuisse, videre quid in quaque regione fieret, vt cognita ad reges vel magistratus referrent. Tales erant apud Persas magistratus dicti, oi βασιλεως δοθαυμοι, & in Attica qui mittebantur ad iudiciu exercendu in ciuitatibus ditioris Atheniensium. Sic enim scribit Aristophanis scholiastes, dum interpretatur illum versiculum, empororou hno depro to vna meo laxon, & c. Communi omnium suffragio electus episcopus venio huc, oi παρὰ ἀθηναιων, inquit, eis τὰς ἐπιόδους πόλεως ἐπιστομῶδες τὰ παρ' ἐνδοσίοις περιπέμμενοι ἐπιστομοι καὶ φίλαυτοι ἐκαστοί, & οἱ δὲ λαόνες ἀμωσας ἐλεγον, id est, Missi ab Atheniensibus considerare que singulis opus erant in ciuitatibus subditis, episcopi & custodes dicebantur, quales Lacedæmonij Armostes dixerunt. Inter nos Christianos, qui curam actuum in sacris dispiciendorum, & sollicitudinem disciplina ecclesiasticæ conseruandæ & emendandæ susceperunt, episcopi quoque dicti sunt, cuiusque tituli seu sacerdotij quo inaugurantur iuxta concilium Alterum. Huius generis sunt sacri præules in ecclesia præcipui in locum apostolorum subrogati. Annotauit & Vuolphgangus Lazius, in Italia & aliis

d. Actu, c. 20. e. Cicero. lib. 7. epist. ad Articum. f. Cassiod. lib. 4. Variat. g. Archad. in l. 5. Irenarche, de mune. & ho. no. li. 99. P. 11. 4. h. l. 1. de episc. audien. C. c. r. de empio. ap. Greg. li. 3. tit. 17. i. Arrian. lib. 2. historia & in reb. Indicis. k. Scholiastes Aristophanis. in anibus, tradit & Suidas, vide & Augustinum lib. 19. de ciuit. c. 19. l. c. clerico, 21. dist. m. can. 1. q. 1. n. c. vlt. 68. dist. c. in nouo. 21. dist. c. videntes, 12. q. 1. ca. dominus, 93. dist.

a. 1. ad Corinthios. 4. ibi, sic nos existimet homo, & c. b. ca. duo sunt 12. q. 3.

& aliis prouincijs prætorialibus videlicet subiectis prætori Italiae, successisse in locum administrantium, & in sedem illorum episcopos sacros: atque præfuls vocem, quæ tribuitur episcopis, olim fuisse præfuls propriam, docetque ex Casiodoro b. Episcoporum sacrorum quinque gradus sunt: præcipuus iis præest vnus, qui panepiscopus dicitur: alij patriarchæ, alij archiepiscopi, alij simpliciter episcopi, alij chorepiscopi c. Quæ admodum & præfuls superstitionis seu idololatriæ, varij fuerunt præfectorum gradus, & sacerdotum: quorum alij pontifices summi, alij pontifices, archiflamines alij, alij flamines. Quibus subrogati sunt sacri antistites, ad expungendam & abolendam idololorum memoriam, ferè iisdem sacerdotij nominibus, sed longè alio existente sacerdotio. Sic Romæ teiecto summo pontificatu idololatriæ vniuersalis & totius orbis, subrogatum est caput totius sanctitatis terrestris, & summus pontifex veræ & catholice religionis d. Et in locis in quibus pontifices archiflamines, & flamines gentilium, plantati archiepiscopi, & episcopi, & sacerdotes fidei nostræ e. Nec tantum Romæ id factitatum est, sed etiam in Britannia, vt testatur Gildas f, & Gothfridus g. Et in alijs præstantioribus prouincijs, & in earum insignioribus ciuitatibus, quibus tantum istæ maiores dignitates conceduntur. Panepiscopus, id est, omnium summus, & præcipuus episcopus Deus est apud Dionysiu Areopagitam, in diuinis nominibus: & apud vatem Erythream, in Sibyllinis oraculis. Is enim sua prouidètia & virtute, omnium curam habet, omnia inuenerit, omnibus prouidet. Dominus noster Iesus Christus summus verusque sacerdos, qui seipsum obtulit sacrificium pro omnium salute, in ara crucis patri Deo, cuius cura de nobis omnibus h. Patriarcha, Græcis πατριάρχας dicitur primus vel princeps seu honorabilior inter patres, seu inter præstantes, vt legimus in sacris literis fuisse i. patriarchas i. Patri nomen, non tantum ad genitores pertinet, sed etiam eo nomine honorabiliores digni sunt. Sic enim Græcis πατὴρ pater dicitur, quasi πατὴρ ἀπὸ τοῦ πατρὸς. Quamobrem senatores à Romulo facti pro consilio reipubl. dicti sunt honoris causa, patres ab eo, & illorum filij & posterij Patritij k. Et item venerandi & seniores patres: & hoc nomine Fabium Maximum honorauit Minutius, his verbis apud Plutarchum l: πατὴρ δὲ ἵσ' ἑχόντων ἀποδοξασθέντων τιμωμένων ἢ ἔχοντων ἀποδοξασθέντων. Ἐπει τῆς γὰρ τῆς χάριτος μέγαν δὲ παρὰ τὸν χάριτος ἀπὸ τῆς ἐνανθῆν μὲν ἢ ὑπεκείνου μόνος, σαζομαι ἢ ὑπὸ τῶν μετὰ τοσούτων. Quamobrem episcopi, & qui præstât cæteris autoritate in ecclesia, patres dicti m. Et in sacra pagina illi quoque patres, qui doctrina, & verbi sacri prædicatione nobis verbi Dei ingenerât cognitionem. Hac ratione & D. Paulus Corinthios alloquitur n: Si decem millia pedagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Et rursum, ad Galatas o, Filij mei quos uerum parturio, donec formetur in uobis Christus. Patrem ergo nominari, dignitas est: maior autem, patriarcham seu patrum principem dici. Porro Patriarchæ quinque tantum in orbe & in ecclesia catholica, & totidem patriarchatus. Quorum adhuc vnus summus & vniuersalis p, vt omnia ad vnitatem & pacem reducatur, & is primus & summus patriarcha, est Romano pontifex, qui sedet in prima, & apostolica, & digniori sede. Post hunc ordine quatuor alij dignitate se

consequuntur: Constantinopolitanus, Byzantij sedens, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, secundum definitionem sextæ & octauæ Synodi q, & concilij generalis r, & decretis Nicolai, Anacleti, & aliorum summorum pontificum s. Nihilominus & ij patriarchæ, episcopi dicti, & summus ipse pontifex t. Appellatur etiam Papa episcopus Romanus à D. Ignatio, his verbis ad virginem Dei genitricem scribens: Verus est sermo, quem audiui Roma de te apud beatum Pappam Anacletum, cui successit beatitudine dignus Clemens, Petri & Pauli auditor. Hocque nomine Papa etiam nunc dicitur summus Christianorum pontifex in terris. Quemadmodum etiam apud 13 Græcos cæteri patriarchæ, necnō & reliqui simplices episcopi, Papæ nominantur: non alia ratione, quam qua patres appellati. Cuius rei fidem faciunt epistolæ, quæ inter apologetica Athanasij laguntur, quarum hæc inscriptiones, Ichyrus Beato Papa Athanasio. Et rursum, Victor & Constantinus Maximus scribunt Beato Papa Athanasio. Et apud Gregorium Turonensem, episcopi nomine, petenti clerico vas vel vrcem ecclesiæ inter prædam ab ecclesia sublatâ, Clodoueus Francorum rex quamuis infidelis respondit, quæ Papa poscebat se adimplerum v. πῶς ποὺς Græcis maior pater dicitur: seu vnus. Iulius Pollux enim sic explicat, lib. 3. onomasti. κλέται δὲ ὁ μὲν πατὴρ ἢ μὲν πρὸς πατὴρ ἀπὸ τοῦ πατρὸς. Neque vox tam noua est, vt fastidium mouere possit doctis: nam & vulgus Græcorum sic charum parètem vocabâr, vt apud Homerum x, Nausicaam puellam legimus sic compellantem patrem: πατέρα φίλ' ἢ καὶ πατέρα ἰσοπαλίσεως ἀπὸ τῆς ὕλης, ἢ ὁμοίων, &c. id est, Pater charè, velis ne mihi apparere curram excelsum rotundum &c. Scythæ hanc appellationem quoque vt mitiorem & benigniorem norunt. Et vt Herodotus y, Ὁ ἡγετὴς Σκυθῶν vocatur etiam Νεπρῶνο, sacrificium appellantes Vestam lingua sua Ταβίης, Iouem Pappam rectissime. Itaque summus pontifex Papa per antonomasiam, solusque pater dicitur: Quando & verum sit quod D. Hieronymus z scribit, quemque subditum esse debere suo pontifici, quasi animæ parenti vel patri. Et hoc loco videtur mihi lapsus Krætzius a, dum ait summum pontificem non fuisse dictum patrem, nec sanctissimum dominum olim.

De summo pontifice sedis apostolicæ. Cap. 3.

- 1 Papa, seu pontifex summus, vnus summus, sine pare, & rationes. & 4.
- 2 Item apud Hebræos.
- 3 Roma sedem primam & apostolicam esse, & potestatem culmen docetur.
- 4 Papa plena potestas, & beneficium maius summus pontificatus.
- 5 Et qua possit solus sum. Pontifex.
- 6 Concilia vniuersalia quare non debeant, nec possint congregari alia autoritate, quam summi pontif. non Imperatoris, vel regis.
- 7 Schisma in pontificali autoritate abominabile.
- 8 Pontifices summo pontifici subditi, vt membra.
- 9 Pontificibus subditi & laici Imperatores, & magistratus inter gentes quoque.
- 10 Rex sacrificulus cur introductus, eod.

q c. pen. & fin. 27. diff. r c. antiqua, de priuileg. lib. 5. Decret. tit. 33. s in can. omnes, & cap. sacrosancta, eo. 22. diff. t ca. prima fedes, 99. diff. a l. 4. de Summa Trinitate, & fid. catho. c. ca. in nomine, 23. diff. in ca. omnes, 22. diff. in ca. d. Ioannis, ca. 21. d. Matr. c. 16. ca. sacrosancta, 22. diff. e. quanto, de translatio. episc. c. ca. ecclesia, de consec. dist. 2. ca. Nonatians, 7. q. 1. d. cantic. c. 6. e. c. cum non ignores, de præb. f. ad Ephesios, e. 4. d. Ioann. Euang. c. 17. A. d. 4. ad Gal. 3. g. ad Eph. 4. h. ad Eph. 4. Malachi. i. ca. saluator, de præben. in extr. communi. c. de Summa trinitate apud Gregor. ca. loquitur, & can. pen. 14. q. 1. ca. in apibus, & can. Nonatians, 7. q. 1. k. Luitius (scpe, potissimum in 30. vbi agit de summo pontificatu, & lib. 10. l. Iulius Cæsar, lib. 6. comm. bell. Gall. m. Leni. cap. 8. num. 35. Iudith c. 15. n. D. Chrysofomus, in illud c. 21. diui Ioannis seque re me. o Theophilus, in ca. 21. Diui Ioan. p. D. Augustinus, in diu. d. Diui Ioannis. q. d. Ambr. in ca. 5. Lucæ, super illa verba, sedens Iesus docebat de nauicula. r. D. Bernar. li. de consideratione ad Eugenii papam. s. D. Thomas, in 4. summe contra gentiles, & 2. Sententiarum, dist. 10. vltima. t. Athanasius, epistola ad solitarios.

- 10 Imperatores inaugurati sacerdotiis quare. Pontifices summi fuerunt Imperatores aliqui ethnicorum, eod.
- 11 Pontifex Romanus summus ex omni aetate Ecclesie catholica.
- 12 Pontificis summi qualitates, & insignia, & vestitus & ornatus.
- 13 Religio peperit diuitias, quæ eam suffocant.
- 14 Prelatorum, & ecclesiasticarum personarum luxus improbandus.
- 15 Summus pontifex vnus tantum esse vno tempore potest. Schismata aliquot notata, eod.
- 16 Pontifex summus quis eligi possit.
- 17 Pontifex sum. a quibus eligatur. & 18. à viuente, clerico post approbante, debinc principe. Linus & Cletus adiutores in temporalibus D. Petri.
- 19 Imperatoris consensus quando adhibitus, & sublatum in electione summi Pontif.
- 20 Pontifex sum. à cardinalibus eligendus: & de forma electionis.
- 21 Pontificis sum. electioni quæ obici possunt.
- 22 Pontifex summus non potest eligi femina, quare.
- 23 Pontifex sum. electus, quare sella forata sedere iubetur primum.
- 24 Pontifex sum. electus intronizatur, coronatur, confirmatur: & quid gerat ante hæc, & differentia rescriptorum ante & post emissorum.
- 25 Bulla integra, & non integra in rescriptis sum. pontificis ratio.
- 26 Pontificatus summi dignitatis finis.
- 27 Pontificis summi potestati quæ reseruata.

N dignitate summi pontificis vnitas consideratur, vt ille sit primus omnium ecclesiarum princeps a, nemo autem aliorum pontificum sit illi par. Dominus noster Iesus Christus, vnus solum vniuersarum omnium suarum pastorem reliquit D. Petrum: & vni soli, præsentibus omnibus apostolis, pascendi oues & agnos reliquit sollicitudinem à morte suscitatus, ad patris dexteram ascensus b. Ecclesia vna catholica & vniuersalis c, vna columba d, sponsa vna & mater electa, quæ vnus debet esse viri e: vna fides f, vnum baptisma g, vnum eorum generale principium. Vnus Deus h, vnus eius vicarius i. Cæli omnes vnus prioris motu rapiuntur, singulis subinde proprium motum habentibus: vnicus inter astra Sol præcipuus. In hoc corpore physico nostro mēbra vni spiritui, vni capiti inseruiunt. Erat & summus sacerdos apud Ethnicos, auctore Liuio k. Inter Druidas Gallorū sacrificulos vnus præerat, qui summam inter eos haberet potestatem l. Et apud ethnicos Francos, erat vnus summus pontifex, cuius sapè meminit præfuls Francorum historia Hunibaldi, & Tritemius in prim. c. breuiarij annalium Francorum. Et apud Hebræos sacerdos magnus dictus pontifex, D. Chrysofomus etiam sic scribit m: Si dixerit aliquis, qualiter Iacobus thronum assumpsit Hierosolymorum? illud vtiq; dicem, quoniam Christus Petrum intronizauit orbis terrarum magistrum. Quæ etiam refert Theophilus n. D. Augustinus p, & Ambrosius q: omittit & sciens prudensque quæ de apice huius dignitatis scribunt D. Bernardus r, & Tho s. Indico tantum Athanasium cōsignatum literis reliquisse t, Romæ sedem esse apostolicam & potestatem culmen: idq;

aliquando hostes ecclesiæ Arriani confessi sunt, eam sedem matrem appellantes, vnde per vrbem reliqui missi essent prædicatores, vt narrat Sozomenus v, Tertullianus quoque z, eam sedem primam dixit, & successisse beato Petro, eamque præcipuam & ad quam solummodo in dubijs fidei esset recurendum. Victor episcopus Vticensis y, ecclesiarum dixit caput: Cyprianus z, Petri cathedram, ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis orta sit. Extrat & in constitutionibus iuris orientalis à Michaële Palæologo editis a, conuenit per legatos orientalis ecclesiæ missos ad Romanum summum pontificem de faciendis ecclesiæ orientalis cum occidentali cōcordia, qua inter alia capitula continetur. Primum, vt in sacrorum voluminibus, hymnodisque, Papæ cum quatuor alijs patriarchis mentio fieret. Secundò, vt liceret cuius Romam veterem, quæ curia maior & perfectior esset, appellare. Tertio, vt illi principatus in omnibus deferretur. Et rursum institutum fuisse primum gradum, & successionem ecclesiasticæ præminentie à beato Petro tradit Tertullianus b. Idipsum leges apud Abdiam Babylonicum c, Nicephorū Calixtum d, Eugenium e, Egeffipm f, Epiphaniū g, Quamobrem, pontificatus ipse, beneficium dicitur h: idque maius, excellentiusque i, in quo sit potestatis plenitudo dispensandi, potissimum in beneficiorū collationibus k. Qui in eo præficitur, omnia iudicat, & à nullo ipse iudicatur, nec quidè ab ipsis regibus & imperatoribus l: vt neque synodis constitutionibus potestas eius videatur coarctari, imò semper excepta m, vt potius sedi apostolica credatur, quam totius mundi aduersanti opinioni n. Sine huius sum. pont. voluntate, nec cogi debent vel possunt legitime ecumenica o concilia: nec eorum decreta, nisi eodem iubente, vbique terrarum seruari possunt. Sicuti prouincialia, nisi volente proprio episcopo vel archiepiscopo, in prouincia seruari vel sanciri nequeunt p. Et si benè ad amussim concilij vniuersalis substantia perpendatur, constabit etiam pertinacibus: illud non posse imperari aut congregari q ab alio, quam à summo pontifice, non à rege aut ab imperatore: etenim concilia ecclesiastica non possunt nisi per personas ecclesiasticas iniri vel decerni. Episcopi porò vel sacri patres nolent conuenire, neque possent, iubente imperatore vel rege: cum, quod reges vel imperatores in clericis imperium non habet, ecclesiasticòsve antistites: tū etiam, quod hodiè nullus sit imperator, nec vnquam fuit ab instituta ecclesia, cui per vniuersum orbē omnes æquè obtemperauerint. Imperant namque sine Cæsare, & spreto eius iussu in suos subditos, veluti monarchæ, reges Galliarum, Hispaniæ, Portugaliæ, Angliæ: & in oriente alij imperatores & reges, qui Romanorum Cæsarum cōtemptis legibus, suis viuunt. Quamobrem eis subditi antistites, quod Romanus vel alius princeps iuberet, facillè cōtemnerent, nec vnquam in vnum cogilocom possent. Et rursum, si conuenissent, nec decreta eorum postea vbique eorum autoritate seruaurentur, vel reciperentur, etsi ius esset principibus statuendi de his, quæ religionis sunt. Quare necessarium fuit vnū esse & solum præfulm, ad quem summa totius religionis, & potestas vniuersa in sacra referretur, cui omnes Christiani obtemperent, cuius iussu antistites sacri diuerforum regnorum veniant, conueniant, decernant, & decreta aquid se seruari faciant, vt ab illo approbata,

a Vuolphgangus Lazius, li. 2. reipub. Rom. c. 2. b Cassiod. li. 3. variar. epistol. Theodorici ad Aedodatum. c de quibuslibet in ca. clericos, s. ordo episcoporum, 2. diff. d ca. Beati Petrus & Paulus, 3. q. 7. e c. vrbes, ca. in illis, 80. diff. f Gildas, de vita et moribus Britonum, g Gothfridus Monomachus Brito seu Anglus, in historia Britonum, & Tritemius, lib. 1. cōpendij annalium Francorum, ca. 1. de priuileg. li. 5. Decret. tit. 33. h D. Paul. ad Roma. c. 23. 4. 5. 8. 9. i Actuum, 7. c. & 1. Paralip. c. 8. & Thob. 6. k Luitius, in r. Diony. Halic. in 2. Salustius, in bello Ingurthino, l. de c. mēda. C. Iustij, l. Plurati. in vita Fab. Max. m ca. sexta synodus, 16. diff. can. fi. 68. diff. n. ad Cor. 4. o ad Gala. 4. p vide Iustorū, anno 557.

v Sozomenus lib. 4. historiz tripartita, ca. 16. x Tertull. lib. de vrbiscriptione contra heret. y Victor. lib. 2. perfectionis Aphricæ. z Cypria. lib. 1. Epistola. ep. i. a in r. lib. 3. Orientalis, in pen. constitutione qua Michaël Palæologi cō. b Tertull. li. 4. epist. ep. 2. c Abdias Baby lonic. 1. historiz ap. to. d Niceph. Calix. lib. 2. c. 35. e Eugenius, lib. 2. c. 11. f Egeffip. lib. 3. c. 3. g Epiph. to. mo 2. lib. 1. c. 6. tra heres. heresi 27. h c. 1. de male dic. ca. clericos, 21. diff. i ca. sacrosancta, 22. diff. k can. propositio, de consec. sac. c. illa, de electio. apud Greg. C. c. m. pastoralis. s. fi. de sententia & re iudic. l. c. nemo, ca. lorum c. facta subditio, & ca. eundem per mundū, 9. q. 3. m can. signifi. casti reges, de electio. apud Grego. n c. ac est fi. des. 14. q. 1. c. x D. Hieronymus ad Damasium. o can. nec licuit, ca. synodum, c. nullus, c. concilia, 17. diff. p c. 1. & c. quādo quidè, 18. diff. c. habeatur, & c. quinque syno. ead. diff. num autē Papa sit supra concilium, vide Duarenum de benef. lib. 3. cap. 23. 1. de colla. in prag. fane. q. c. diligenti, de foto cap. contra s. h. in c. c. scribendo, c. de epist. & elec.

qui imperandi ratione earum rerum quae salutem animae & fidem respiciunt, habeat potestatem. Sic enim & apud patres antiquos legis Moisaicae statutum erat à Deo, ut qui superbisset nolens obedire sacerdotis summi imperio, qui eo tempore ministraret Domino Deo ex iudicis decreto morderetur, & auferretur malum de Israël. Cuius legis translatio facta in Christianam ecclesiam quia translata in eandem est sacerdotium, perfectiusque in ea est, quod perfectior veritas est, quae in Christiano sacerdotio tractatur, umbra, quae erat in lege antiqua. Schisma in potestate pontificali & nunc quemadmodum in antiqua lege, abominabile & horrendum est: cui ultimum imminet supplicium, exemplo Chore, Dathan & Abironis. Symbolum huius erat in praecepto, ne summus pontifex vestem suam scinderet. Et vestis illa incōstitutio Domini nostri Iesu Christi, desuper contexta per totum, quae etiam mansit integra inter milites & carnifices, ut scriptura Dei impleteretur. Multo magis & inter Christianos, potissimum inter alios minores pontifices, qui creati & autoritate donati ab eo summo pontifice, non à regibus vel Caesaribus sunt: quamquam aliquando per illos ad praelaturas & dignitates nominentur. Quae nominatio & summo pontifici, ut soli qui auctoritatem habet ordinandi, sit: Non secus, quam apud Ethnicos quoque Pontificibus ius erat in flammis sacerdotisque, statuendi & destituendi, si quid contempserit, negligētia religionis admiserit, & animaduertendi in vestales seges in conferuando igne perpetuo, vel in delinquentes. Neque certe æquum est, aut erit monstro simile, à capite membra discedere: sunt autem inferiores praesules summi membra, in partem sollicitudinis eius, non in plenitudinem potestatis vocari. Nec minus principes seculi, alique ex populo Christiani cuiuscunque sint imperij, huic capiti inferuire debent: & ideo & quae fidei sunt illis recte imperari à summo pontifice possunt, sicut & inter gentiles, ille illorum superstitionis primus & summus antistes consulens ipsos qui imperium tractabant, in prouincias fortitas ire verbari. Et ideo gērum reges ne pontificibus sacrorum subiicerentur in omnibus, & ipsi curam gerebāt sacrorum & caeremoniarum auctore Aristotele. Et Seruius in illum versus Virgilij.

Rex Anius, rex idē hominū Phœbique sacerdos m.
 Et & necessarium fuerit sublati de medio Romanorum, regibus, regem sacrificulū creare, qui in sacris regis solitas ageret partes. Ea quoque ratione monuimus gentiles Caesares inauguratos omnibus sacerdotiis, ut quae religionis essent, tractarent nullo vetante. Vnde sibi hunc titulum pontificis summi inter praecipuos vsurpant, ut constat ex inscriptionibus titulorum, Augusti, Vespasiani, Traiani, Septimij Seueri, & aliorum. Meminit & Lampridius Alexandrum Seuerum Christianos passum, & tantum detulisse pontificibus, & quindecimuiris, atque auguribus, ut quasdam causas sacrorum à se finitas, iterari, & aliter distinguere pateretur. Ex quibus aperte docetur eos falli, qui comminiscuntur à tempore tantum Eucharisti sum, pontif. Pontificem Romanum, seu sedem apostolicam esse caput ecclesiae catholicae: nam antea Christiani idem per orbem sentiebant quamuis non aperte, ob tyrannorum persecutiones. Traiani, Hadriani, & Nerue & anteriorū Neronis, & Domitiani. Et si non

disiteamur Eucharistiū titulos vrbis Romae presbyteris diuississe, & septem diaconos instituisse, qui veritatis gratia concionatores obseruarent. Atque vnā fanciuisse sacerdotes non esse affligendos à subditis sed valde colendos, sub anno Domini 105. Fallitur quoque qui putat primum Papam, & summum Pontificem ordinatum Bonifacium 3, per Phocam qui 61. imperator factus est anno Domini 605, secundum Gregorium 5. Nam Phocas quidem defendit electionem Bonifacij 3. Verum & ante Bonifaciu 3, & ante Phocam erant episcopi seu pontifices summi, vniuersales, & Papae dicti, ut ante docui. Magna certe dignitas huius pontificatus summi, & idcirco virum egregium, & praestantissimum desiderat, & sanctissimum: qualem vestimenta, & insignia in veteri lege demonstrant, Nam in primum erat foeminalia, circa ferenda, castitatis symbolum. 2. tunica lineae, honestatis, puritatis, & innocentiae: 3. balteus circa lumbos, iudicium, quod superflua restringenda sint: 4. erat illi mitra in capite: 5. lamina aurea sub fronte pendens, in qua scriptum erat nomen tetragrammaton יְהוָה adonai: 6. superhumeralis aureum: 7. Rationale iudicij: 8. tunica iacynthina cum tintinabulis aureis, & malis punicis in fimbriis: Aderat & cocculus, & byssus, & purpura bis tincta, & alia quae Moyses describit in Exodo, cap. 28. quae explicat ibi sacri interpretes. Ethnicis pontificibus & auguribus, turrita erat gemmata, & regia corona, ut constat ex Lampridio 7, & Herodiano 2, dum agit de Bassiani ornatu sacerdotali. Secundum Panormitanum a pontificis summi nunc insignia sunt: vestis purpurata, equus albus, fringum & calcaria aurea, quibus & vitur eius legatus nempē quando legatione fungitur ultra mare, adduntur & alia pontificis insignia, soli concessa, quae & mystice quid inesse ei debeat: dignitatem eius testantur. Dominus noster Iesus-Christus ecclesiae constituit suae vicarium primum, in sanctitate praestantem, in paupertate eximium, in humilitate maximum, in virtute supremum D. Petrum: non fastu, sed simplicitate, pedibus nudis ambulatē. Illa 13 recens tunc ecclesia & tyrannorum vi oppressa, paupertate, & vitae puritate, spiritus sancti virtute feliciter propagauit logē latēque fidei & Christiani nominis surculos, & vicit tandem impiorū crudeles proprio sanguine minas, & disseminato vbique verbo Dei, sedatisque persecutionum fluctibus, religio sancta & immaculata peperit diuitias: tandiu tamen fides clara emicuit, quandiu diuitiae non suffocauerunt matrem, & luxuriam immodicus non obsedit praelatos. Verendum autem nunc est, nisi ad primum ecclesia redeat viuendi morem, & ad rerum humanarum contemptum, tot adhuc fluctibus apud nos agitantam iri, quot iam in Asia & cum prodiret in orbe iactata est, donec expurgata igne persecutionis, in suam restituatur puritatem. Ego pusillus 14 homo nihil ausim iudicare de vestitu aurato & sericato vel oloferico & vario cleri, minus de summi pontificis, cardinalium, & episcoporum apparatu: dicam tamen quod sentio, omnem luxum & pompam, & magnificum ornatum esse ab omnibus Christianis respuendum, maximè ab ecclesiasticis: exceptis iis, quae ad insignia pertinent dignitatis, & ad necessitatem officij, vel humanae naturae. Quemadmodum sub Gregorio 4. anno 830. synodus interdicti ecclesiarum ministris, & vniuerso clero pretiosiores vestes, aurum &

a Deuter. c. 17. e. per venerabilem, qui filij sint legit. c. abut. n. q. 3.

b c. translatio, de cōstitutio. ad Gala. c. 4.

c. c. denique, 7. d. Numero, c. 19. e. Leuit. c. 10.

f. Dini Ioan. enang. c. 10. & D. Matthe. 12. & D. Marc. ca. 15.

g. Val. Max. lib. 1. c. 2. Iulius obsequens, lib. 2. prodig. Liu. 9. dec. 1. li. 2. 4. 8. Dio. yf. Halic. lib. 8 & 9. Plineus, lib. 2. epistolar. Orof. li. 23. c. 4. h. c. cum nō liceat, de praescri. ap. Greg. 1. c. mandata, eo. tit. de praescript. c. ad honorem, & aucto. & vspal. li. k. Corne. Tac. in 1. Aristot. 3. Polit. c. 10.

m. Seruius, in vers. so. lib. 3. Aeneid. Virg.

n. Pomp. Lert. de sacerdot.

o. Dio Cassi. lib. 50.

p. Aelius Lampridius, in Alex. Seuer. q. Eucharistiū, sedisse testatur Irenaeus, lib. 3. aduer. haeres. c. 1.

r. Isidor. tom. 1. consilio. Polydor. Virg. li. 4. de inuentor. rer. c. 9. s. Grego. 11. epistol. c. 1.

t. vide Platina in eius vita, & Sabellicum.

v. can. officij, 2. 4. q. 1.

x. Ratio in canon. si Papa, 4. 0. dist.

y. Lamprid. in Alex. z. Herodianus, lib. 5. a. Pan. in c. antiqua, num. 4. de priuileg.

b. Hostiens. in d. c. antiqua.

a. Platina, in Greg. 4. Ioan. Trin. in Cron. Gal. Pichus, in tit. de vestibus. Olobar. lib. 11. c. b. Bond. 10. Dec. c. Gagui. lib. 9. c. Tomo 2. C. d. in Con. Constantien. Con. c. 1. de hoc schismate vide historiam Theodorici de Niem. c. 1. 2. 3. dist. 79. f. ca. in nomine domini, 23. dist. g. c. in nullis, c. obitum, 61. dist. ca. Metro politano, 61. dist. can. quam si 8. q. 2. ca. licet, 8. q. 1. de a. lia ecclesia vel let electio eriam, c. cum nobis, c. cum inter, c. in causis, de electio. ap. Greg. h. c. sacrosancti, 32. dist. ca. ita dominus, 19. dist. i. D. Matthe. c. 16. k. c. si Petrus, & c. vnde ipse Clemens, 8. q. 1. Clemens epistola ad Iacobum fratrem domini, Euseb. 1. 3. c. 11. Tom. 1. Concilio. in Clementi. l. Irenaeus, lib. 3. c. 3. m. ca. si Petrus, iuncta gl. pep. 8. q. 1. n. in cōcilio. An tiocheno, in can. episcopo, non liceat profese, & concilio Martini Papae, c. episcopo non liceat ante, 8. q. 1. c. remoto, 7. q. 1. c. in canonibus, 10. q. 1. c. cōuenior, 23. q. 8. p. Polydo. Virg. li. 4. de Inuentor. rer. c. 10. ca. episcopos, & cano. principali, 63. dist. q. Platina, in vita Pelagij. r. Platina, in Greg. 1. s. Polydo. Virg. li. 4. de Inuentor. rerum c. 10. Platina, in Benedicto 2. & Volater. t. c. nullus c. Adrianus, 63. dist. v. ca. Valentianus, & ca. sequentibus, 63. dist. x. c. plebs, 63. dist. v. ca. Agatho, 63. dist. z. c. quia facta Romana, 63. dist.

rum & argentum, omnesque corporis luxus. Plures, quam vnus pontifices esse non possunt summi, vno & eodem tempore: & proinde si contingat plures eligi, schisma est. Ut olim factitatum sed non sine iactura pacis Christianae, legimus: quale ingens inter Italos & Gallos ob duos creatos pontifices, Vrbanum sextum Neapolitanum creatum ab Italis circa annū Domini 1376: & Clementem 7. creatum Papam à Gallis: quod durauit annis 39. ad Martinū 5. electionem, qui depositis Iohanne 23. Gregorio 12. & Benedicto 13. Constantiae in potestatem electus est, per synodum Constantiensem anni 1413. Fuit primum & exitiale schisma Nouati, contra Cornelium sum. pont. item Liberij & Felicis Vrscini, contra Damasum: Eulalij, contra Bonifacium primum: Laurentij, contra Symmachum: Dioclori, contra Sozimum 2. Debet eligi ex consilio Stephani Papae 3. & ex decreto Nicolai Papae in summum pontificem, ex cardinalium gremio, si inueniatur idoneus, aut si non sit, aliunde. Sicuti in omnibus aliis electionibus praelatorum statutum, ut de gremio & collegio clericorum eligentium, primum si idonei sint, eligantur: si minus, ab alia ecclesia. A quibus autem eligatur summus pontifex, quæstio temporum habet distinctionem. Et sacrosancta Romana & apostolica ecclesia, non ab apostolis primū, sed ab ipso domino & saluatore nostro primū obtinuit: nam beato Petro apostolo dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & c. Subinde D. Petrus sibi in sede delegit successorē Clementem, quamquam is immediatē D. Petro in sede non succederet, & ipso volente ante illum eandem tenuerint Linus, Cletus seu A. naclerus. Eo quod viuente adhuc D. Petro, Linus & Cletus adiutores adsciti sunt in administrationem bonorum externorum, qualem diacones habebant, & nunc camerarij Papae. Fuitque Clemens secundum electionem secundus, sed in administratione quartus summus pontifex. Deinceps quia exēplo perniciosum visum est, ut quis deligeret sibi episcopum successorē, & quae Dei sunt ab hominibus dari, alia formula eligendi summ. pontificem comprobata est, & à fossilibus ecclesiasticis delectus. Ecclesia postea pacem adeptā, inter fuit populus, & secuta Imperatorum comprobatio, seu authoratio: p. omnia Imperatoris comprobatio in electione Pelagij 9 & Gregorij 1. Benedictus 2. sum. pontif. statuit in posterum deligi summos pontifices per clerū & populum Romanum, sine consensu imperatoris: prohibuit dehinc laicis, ne se immiscerēt pontificum electioni, ab Adriano S. P. & in 8. Synodo: neue consensu imperatoris adhiberetur, & ne electio ab imperatoribus facta rata esset, cautum est: quamuis placuerit aliquando & plebem electioni adesse. Sub Agathone sum. pontifice Siculo, imperatori dabatur certa pecunia pro ordinatione pontificis, & ideo eius requirebatur authoritas, sub annū Domini 680. Quia & Stephani Papae extat decretum, ut praesentibus legatis imperatoris ordinareretur sum. pontifex, videlicet ut coererentur scandala, quae solent in electione interuenire. Adrianus primus, qui adeptus est sedem apostolicā anni Domini 772. cum eius rogatu Carolus magnus ad defendendas res ecclesiae uenisset, habita synodo cum 153. patribus, & electionē summi pontif. archiepiscoporum & episcoporum, cum omnibus inuestituris

Carolo concessit cum dignitate patritiatus. Ludouicus primus, Caroli Magni filius, cessit hoc ius electionis in perpetuum Paschali primo, sum. pontifici qui sedit anno 817. & ipse antea à populo Romano sine consensu imperatoris electus. Quare nec in electione Adriani 2. adhibiti fuerunt legati Caesaris Ludouici 2. quamuis tunc in vrbe essent, anno Dom. 869. & si quaedā vsurpata consuetudo antea obtinisset. Henricus 5. Imperator, cōtendere de principatu & de inuestituris episcoporum, cum Paschali 2. ausus, excommunicatus, tandemque culpam deprecari coactus est, ut eius temporis auctor consignauit literis Gothfridus Viterbiensis lib. 17. historiae quae Pantheon inscribitur, in Henrico 5. Adriano 3. qui sedit in pontificatu anno Domini 886. primus ad populum retulit, ne in creando pontifice consensu imperatoris expectaretur. Verumtamen Leo 8. sum. pont. qui sedit circa annum Domi. 968. Othoni 2. Imperatori, potestatem eligendi pontificem renouauit & confirmauit, certis ob id literis datis, quod tutius se imperij hostibus opponere posset. Iurauit autem antea Otho Iohanni 12. antecessori fidei dilectam, & nihil suo cōsilio consensu, aut exhortatione perditurum, nullumque placitum de rebus, quae ad illum terrae sancti Petri sine consilio suo facturum. Ex his tandem variis concessionibus, & remissionibus, & decretis, nihil prater seditiones crebras & schismata ecclesia accepit: donec Nicolaus 2. Sabaudus, qui sedit circa annū 1065. ex concilij decreto, quod Mantuae habitum est, statuit pontificem summum à solis cardinalibus eligendum esse, cum praecedente tractatu. Alexander 3. Senensis rursus circa annum 1165. statuit addendo, ut disceptantibus inter se in electione cardinalibus, valeat illius electio, quem ex tribus partibus cardinalium quae elegerint: excepta causa necessitatis, in qua non expectantur duae partes cardinalium, imò & aliquando huic solemnitati renunciare possunt eligentes. Et si duae partes consentire non possunt, dicant, quidam brachio seculari cogendos esse conuenire, & ideo tādū in cōclauū derineri: ut Perasij factum ferunt in electione Honorij 3. item in electione Celestini & Innocentij 4. et si ius repugnet. Et hic etiam Alexander 3. Imperatori Frederico Barbarossae seu Anobardo constanter resistit, & cum 15. antipapas primò Victorem 2. Pascalem 3. Calistum 4. Innocentium elegisset, qui ordine fe Alexandro opposuerunt, & magnos in ecclesia tumultus cōcitarunt, de omnibus vnus probatus fuit, conciliis & synodis, neglecto etiam loco ab imperatore praescripto, habitis. Subinde sub Gregorio 10. sum. pon. anno Dom. 1273. coacta est synodus Lugdunensis 2. generalis in praesentia Michaëlis Palaeologi imperatoris, in quo inter alia capita & illud sancitum quod ad electionem sum. pont. pertinet. Primum, ut si summus pontifex in ciuitate moriatur, cardinales qui inibi praesentes sunt, teneantur expectare absentes per decem dies tantummodo: quibus clapsis, siue absentes uenerint, siue non, omnes qui adierint conueniant in palatio ubi habitabat praemortuus pontifex, & c. prout fusè explicatur in constitutione Gregorij 9. 10. quam interpretatur & confirmauit Clemens 5. propria constitutione, in qua & secundum praecedentem Gregorij 10. alia solemnitas, quae in papae electione & confirmatione requiruntur, describuntur. Pluribus etiam hoc summi pontificis electio-

a. c. Adrianus, 63. dist. Sabellic. Ennea. 8. lib. 8. & Sigiber. b. c. ego Ludouicus, 61. dist. c. Platina, in Paschali, & Volater.

d. can. in synodo, 63. dist.

e. Platina, in Adriano 3. & Sabellic.

f. Platina, in Leone 8. Albert. Krätius, li. 4. c. 10. & 11. & ca. in synodo, 63. dist.

g. can. tibi domino, 63. dist.

h. can. in nomine domini 23. dist. Lanfr. de sacramentis, Volateria. Polydo. Virg. lib. 4. c. 10. i. Alex. 4. in c. licet de vitanda, c. 6. de electio. apud Gregor. k. gl. 10. d. e. licet, in verb. à duabus partibus, & ibi Ioan. Andreas, l. in gl. ad verbum nullatenus, d. c. licet.

m. Platina in Alex. 3. Albert. Krant. lib. 6. c. 16. Randeuni fri. lib. 4. c. 72. n. Randeuni. li. 4. c. 71. & Saxogramma. li. 14. Pau. Emil. lib. 5. o. Paul. Emil. lib. 7. p. Platina, in Greg. 10. quod ponitur late in c. vbi periculum, c. 3. de electio. li. 6. Decret. q. in d. can. vbi periculum, cum suis 55.

r. Clem. Ro. man. cum suis 55. de electio. ap. Clem.

nis argumentum tractauit ex professo Iohannes de Brunello Doctor Aureliacens. in repetitione
 21 c. licet de vitanda, de electio. Tantæ autem efficaciam solemnem hæc summ. pontif. electio est, vt ea perfecta nihil regulariter obici electo possit: nisi aut quod ex forma facta nõ sit, aut quod electus hæreticus sit b, & incorrigibilis, non aliter c. Obiectum est Iohanni 12. summo pontif. in concilio Romæ celebrato in præsentia Orthonis, inter alia, quod missam celebrarit, nec communicarit quod in equorum stabulo diaconos ordinarit: quod in ludo alexæ dæmonum auxilia implorauerit, & alia d. Decretum Mantuæ in concilio Iatum sub Nicolao Sabaudo, contra summos pontifices largitione creatos e. Et defendit Bellemote, vt refert Cardinalis eius qui per pecuniam aut gratiam humanam, aut datione officiorum, vel aliarum rerum est electus, electionem esse nullam f.
 22 Sed & sexus fæmineus impedit electionem sortiri effectum, si in summum pontificem eligatur fæmina: cum, quia clausæ regni cælorum fæminis non sunt commissæ vnquam à Deo g: tum etiam quod ob sexus fragilitatem scædalem inferri posset ecclesiæ, vt ferunt cõrigisse in ea quæ Angliæ nata in Moguntia facta summus pontifex sexum
 23 ementia, dicta est Iohannes 7. Post cuius mortem, dicunt cautum, iuxta aliquos, nepost hac summus pontifex in pontificalem prouehetur cathedram, neue confirmaretur, quin prius in sella forata existens, eius virilia attraherentur h. Quamuis arbitretur summum pontificem in sella humili & sede constitui, vt moneatur, quod altior est sedes episcopalis & dignitas, eò magis eù de se humiliter sentire debere, atque similem se esse cæteris hominibus recorderetur, eidemque infirmæ naturæ subiici defectibus, & se Deum non esse. Sic enim non superbiendum esse admonetur, cum postea in sede apostolica inthronizatur, vt dicunt, & confirmatur: aut tamen inthronizationem, & pōtifficalia gerere potest, si bella vel alia causæ impediunt coronationem, & inthronizationem & confirmationem i. Obseruat tamen vsus, vt summi pontifices electi, ante coronationem Phrygiæ mythræ, & confirmationem, in datis, vel rescriptis vtantur subscriptione. Datum anno vel die 3. suscepti à nobis apostolatus officij: & tunc non sigillant bulla integra, sed ea quæ ex vno latere habet DD. Petri & Pauli imagines in plumbo: ex altera verò, plana est. At post coronationem, scribunt, Datum anno pōtifficatus nostri, &c: & integra vtuntur bulla, cum imaginibus prædictis ex vna parte, & cum nomine pontificis ex alia k. Finis huius præcipuæ dignitatis, est conferuatio vnitaris fidei, de quo antea: & id eò quia maius periculum in eligendo vnico & generali pastore, cautiùs est agendum, & ne schismata fiant præcauendum obnixè, & legitimè dignus eligatur l, qui possit onus hoc magnum pastoris vniuersalis exequi, & prudentia quæ eius libero relinquantur iudicio, sincère iudicare, illi soli seruata, & sedi apostolicæ. Qualia sunt depositio episcoporum m, restitutio iniuste depositorum n exempro eorumdem à metropolitani subiectione o, datio pallij p, restitutio clericorum q, fama restitutio r, congregatio conciliorum vniuersalium s, interpretatio canonum & suorum rescriptorum t. Sunt & 30. casus, in quibus excommunicationis absolutio, summi pontificis solius potestatem desiderat, quos fusc pertractat Angelus Clauasius v, Sunt & alij in quibus solus sum. pon,

a dicto c. licet de vitanda. b. c. si Pappa, 40. diff. e. glo. in dicto canone. si Pappa, in verbo à fide deuitis, p. ca. apertè, can. ait, ca. hæc est fides, 24. q. 1. c. dixit Apollonius, 2. q. 1. d. Luitprandus, lib. 6. c. 6. 7. 8. 9. 10. e. Polyd. Vergilius, li. 4. de Inuentor. rer. c. 10. f. Cardina. in ca. in nomine, 23. diff.

g. c. noua, c. 10. de poen. & remissio. li. 5. Decret. tit. 36.

h. Platina, & Sabl.

i. ca. in nomine domini, veripiane, 23. diff. c. licet de vitanda, de elect.

k. tradit gl. in verb. pontificatus, de reg. in lex. l. dict. c. vbi periculum de elect. in lex. dic. c. licet, eo. tit. ap. Grego. m. ca. dudum, 3. q. 6. n. ca. Ideo in 2. 2. q. 6. o. ca. frater, 16. q. 1. p. can. quoniam, 26. q. 1. q. ca. cõuenientibus, 1. q. 7. r. c. cõuenientibus, 2. q. 3. s. d. c. dudum, & c. Ideo, & tota r. diff. t. c. de confir. vili vel inuit. v. Angel. de Clauas. in Summa, in verbo, excommunicationis, gatio, 5.

potest gratiam facere & rigore iuris temperare, seu dispensare, quos idem Clauasius collegit x; idque cum causæ cognitione y. Pertinet & ad eù notio de fidei ratione z, & aliæ grauiore questiones a, & reseruata iure speciali, quæ verbis cõprehenduntur istis: *Restituit Pappa solus, deponit & ipse, Articulus soluit, synodumque facit generalem: Transfert & mutat, appellat nullus ab illo, Diuidit ac venit, eximit atque probat.* Quos refert & explicat gl. in c. quod trãslationem, de officio lega. lib. 1. Decret. Gregorij tit. 30.

De Cardinalibus. Cap. 4.

- 1 Cardinales vnde dicti.
- 2 De cardinalibus quare potius, quàm de patriarchis.
- 3 Cardinales pars corporis, senatores fratres, coadiutores summi pontif. sily primi gradus.
- 4 Cardinalium insignia, dum legatione funguntur.
- 5 Cardinalium dignitas quando orta, & quando prælata episcopis.
- 6 Cardinalium titulorum differentia, diaconorum, presbyterorum, & episcoporum ordo & dignitas.
- 7 Decanus inter cardinales quis.
- 8 Cardinalium tituli aliqui enumerati.
- 9 Cardinalium numerus quantus esse debeat.
- 10 Pontifex sum. pontifex quo anno sedet.
- 11 Innocentius 4. sum. pontifex quo anno sedet.
- 12 Cardinales quo tempore ita nominari ceperunt.
- 13 Cardinalium deligendorum formula, & qui & à quibus deligantur.
- 14 Cardinalatus num maior patriarchatu.
- 15 Cardinalium & summi pontif. consistorium, & que ibi tractantur rationes.
- 16 Consistorium Pappa quid, & de quibus iudicet.
- 17 Consistorialia beneficia qua.
- 18 Protectors & patroni consistoriales qui dicantur, & munus eorum.
- 19 Cardinales sede summi pontif. vacante, interim rempub. Christi regunt.
- 20 Legati ex Cardinalibus plerumque, & quot eorum species.

Cardinales dictos esse annotatū est b, i quod inferuiant sedi apostolicæ, quæ axis, & veluti cardo aliarum ecclesiarum est c. Aptius tamen dicemus adiectiue cardinales, videlicet personas, ad quas, quod sint ex sum. pont. senatu, ad quem summa negotiorum omnium Christianorū defertur. Et sicut cardinem vocamus negotij, summæ rei quæstionem d, ita cardinales, sacerdotes præcipuos & principales e. Cardinales itaque priorem ante patriarchas habent ordine tractationem: quia & illi pars corporis Pappæ dicti sunt f: vt senatores principis, pars corporis quoque eius g. Item fratres h & coadiutores eius, cum quibus ipse totum orbem iudicat i. Habetque ita ecclesiæ primò suum senatum episcoporum & cardinalium k: ex quo, veluti ex corpore, summo pontif. mortuo, alius deligendus est l. Proinde & illi maximæ erunt dignitatis, vt pote quos labor assiduus, & lateris principalis

x. Angel. Clauas. in verbo, dispensatio & in verbo irregularitas. y. can. requiritis, 5. pro tempore, 1. q. 7. z. can. pro remedio, ead. 1. q. 7. a. c. 1. de iuramento cal. lib. 2. Decret. tit. 7. c. vt debitus honor. c. 59. 6. fin. de appella. lib. 2. Decret. tit. 28.

b. gl. in c. exerecabilis, de j. bend. in extra na. c. 6. in verb. cardinalibus. c. c. sacrosancti, 22. diff. d. Siluius, in primum li. Aenei. Virg. in illa verba, haud tanto cessabit cardine rer. e. ca. 2. de offi. archi. presbyter. li. 1. Decret. tit. 24. & ibi glo. f. ca. quisquis, 6. q. 1. Cle. Felici, de poen. g. l. quisquis, ad leg. iul. maiesta. h. c. per venerabilem, vers. rationibus signatur, q. filij sunt legi. c. fundameta, 5. decet. de elect. in sex. can. Constantinus, 91. diff. i. Panor. in ca. ecclesiæ vestra, 2. co. de elect. & in ca. ex gestis, in gl. de clerici, non resident. k. ca. ecclesiæ, 16. q. 1. l. can. oportet & can. seq. 79. diff. d.

Principalis comitatus illustrat a. Et sicut Pappa, vnus ecclesiæ sponfus dicitur, sic cardinales filij, primi gradus dicuntur, ex sententia Iohannis Andree: & Immolæ b. Et vtuntur insignibus apostolicæ dignitatis, dum legatione funguntur ex concilio generalis statuto c. Obseruandum tamen est cardinalium dignitatem non eandem antiquitatem cum hodierna fuisse. Nam in collegio quidem apostolorum, D. Petro in consilium erant apostoli, quando vnâ fuerunt: postea & alij in consilio per illum & successores admissi. Fuerunt & aliquando summorum pontificum consiliarij & cardinales inferiores ordine & dignitate episcopis, vsque ad tempora Clementis 5, & Iohannis 22. Atque in summum pontificem, ante diaconos cardinales episcopi subscribent, & gradu deprimi videbantur episcopi, qui fiebant cardinales, vsque ad Bonifacij 8. tempora, vt scribit Iohannes Andree d, & Ludouicus Gomes e. Oportebat enim episcopos, qui ad cardinalatum vocabantur ciurare episcopatum, propter sacerdotiorum vetitam cumulationem, quæ nec illis concessa erat, donec permiffum fuit episcoporum cum cardinalatus retinere titulo, id est, cum beneficio dignitati cardinalatus annexo, ex quo titulum sui nomē cardinalis quis adipiscitur. Tituli autem cardinalium, in triplici differentia sunt: nam alij dicuntur cardinales diaconi, alij cardinales presbyteri, alij cardinales episcopi: habita ratione titulorum, seu beneficiorū, quibus cardinales tantum insigniuntur. Sic enim tituli diaconales, presbyterales, & episcopales (neque enim loquitur hic de alijs episcopatus, qui contingere possunt cardinalibus presbyteris aliunde, quam ratione dignitatis cardinalatus, ex quibus vt præpositi alij quilibet, possunt dici episcopi cardinales f). Inter cardinales, postremum & nouissimum tenent ordinem cardinales diaconi: medium presbyteri: supremum, episcopi. Inter diaconos antiquior, receptione decanus diaconorum dicitur: vt inter presbyteros, qui prior in eum ordinem cooptatus est, decanus presbyterorum: qui senior cooptatione est inter episcopos Cardinales, decanus collegij dicitur g. Singuli cardinales in suis titulis sibi decretis iurisdictionem habent penè episcopalem: quia & tituli illi comparantur ecclesiis seu parochiis episcoporum h. Et per hos titulos cardinalatus dignitatis fit sectio & distinctio. Sic cardinales episcopi dicti, Hostiensis, Velitrensis, Portuenfis & S. Rufinæ, Sabiniensis, Tusculanensis, Prænestinenfis, Albanensis, Tituli presbyterorum cardinalium Sanctæ Crucis in Hierusalem, sanctorum Marcellini & Petri, quatuor coronatorum, Iohannis & Pauli, S. Anastasiæ & c. Tituli & ecclesiæ diaconorum, vt sanctæ Lucie in Septifolijs, S. Mariæ in Aquiro, S. Theodori, S. Mariæ in Cosmedin & c. De quorum titulorum institutione, numero & insignibus, nihil amplius adiungam, quod de his latè pertractauerit Onuphrius Pannunius Veronenfis, libro de Episcopatus & Damasius Bibliothecarius libro Cameræ apostolicæ: extat & vulgaris liber inde sumptus, qui Prouinciale omnium cathedralium vniuersi orbis ecclesiarum inscribitur, vbi tituli referuntur i, Monebo tamen, titulos cardinalium fuisse aliquando plures, aliquando pauciores, eò quod & numerus cardinalium definitus non est: Nam summi pontificis arbitrio, à quo sunt, vel augeantur, vel minuitur. Ideoque nec immorabor in quæstione, num Septuaginta tantum esse debeant:

a. in l. de præposit. labo. lib. 12. c. b. in c. sacris, de poen. in sex. c. c. antiqua, de pñileg.

d. Ioan. Andr. in c. cum aliquibus, de rescriptis in sex. & in c. cum apostolus, de censuris. e. Gomes in proemio Cõment. ad reg. Cancellaria.

f. can. relatio, 21. q. 1. c. sacrosancti, 22. diff. c. pastoralis, 7. q. 1.

g. vide Hostiensem, in ca. 2. de offi. archi. presbyter. & in summa eius tit. gl. in 5. de numero & qualitate, cardin. in pragmat. sanctio. h. ca. his quæ pro ecclesiæ, de maioritate, de obedi. de cler. nõ residentib.

i. vide & Speculatorum, in tit. de legato. s. sequitur Iacob. Aluost. & Præpositi, in c. in feud. episc. vel Abba. Chaffan. in Catalogo glori. mudi 4. par. consider. 10.

discipuli quia tot fuerint domini k, tot linguæ, & nationes ex quibus plures confugiunt ad sedem apostolicam, quemadmodum voluerunt Albericus l, Cardinalis Zabarella m, & Martinus Laudensis n, an verò plures vel pauciores, Scio tamen constitutum in concilio Basiliensi o, esse debere moderatum cardinalium numerum. Cuius interpretes p refert, tempore summ. pontif. Pontiani, cardinales fuisse numero 136, quod tamen falsum auguror, ex eo quod Eusebius annotat q. Pontianum summi pontificatus sedem adeptum anno Domini 235, quo tempore nomen cardinalium nõ erat in vsu, quod cepit vsurpari, si credamus Volaterrano r, sub Benedicto 9. summ. pontif. circa annum Domini 1031. vt & postea Innocentio 4. circa annum Domini 1250. galerū roseum cardinalibus, & vt equo velierentur per urbem concessit s. Arbitror tamen Volaterranum non obseruasse ante Benedictum nonum cardinales fuisse dictos temporibus Constantini 8. & 9. CC. Orientis, & sub Ludouico 4. imperat. Occidentis & Henricho primo Saxone, Orthono Magno & Iohanne 11. summ. pontific. circa annum 930. Etenim Luitprandus Ticinensis t, qui eo tempore vixit, meminit de synodo contra Iohannem 11. celebrata, et nominat cardinales diaconos cardinales presbyteros & cardinales pontifices, qui erant sub Orthono Magno. Hos etiam fuisse tempore y. Iulij synodo generali sub eò habita, constat cuius meminit ius pontificium v. Forma qua eligendus sit cardinalis, in synodo Basiliensi præscripta x, vt fiat scrutinio & consensu cardinalium de viro probò: moribus bonis, insignito, iustis natalibus orto, id est, legitimo, licentiaro aut doctore, ætatis, 30. annorum, qui nõ sit nepos ex fratre vel sorore sum. pontif. vel cardinalium. Nescio tamē num hodie arbitrio pontificis sumantur cardinales. Cæterum num cardinalatus dignitas maior patriarchatu sit, in quæstione versum est. Atque ordinarius concilij Basiliensis interpretes, cardinalatum præponit patriarchatu y. Ego tamen iuris pontificij censura, vt mihi videtur, expressæ, & indubitatæ adhæreo: quæ post sedem apostolicam patriarchales sedes in gradu proximo dignitatis enumerantur z, nulla mentione facta cardinalium. Cuius sententiæ arbitror esse Panormitanum a, qui in suas partes vocat Hostiensem asserentem cardinalem, Hostiensem habere ex priuilegio ecclesiæ Hostiensis, eo quod Papam coronet, & vngat imperatorem, vt præcedat omnes patriarchas: & immediatè post sum. pontif. sedeat. Hoc tamen non inuenio in concilio generali exceptum b, quo sedes secunda data est patriarchis: neque inibi etiam scriptum, huic decisioni Hostiensis cardinalem se obieisse, vel interposuisse, vt potius mihi consensisse, videatur c. Quia autem hic sacer cardinalium cæctus, 15 concilij causa & senatus loco summo pontifici inferuit cardinales olim apud summum pontificem bis in hebdomada conueniebant: nostra verò ætate cum negotia apud illum decreuant, semel tantum. Vocatur eorum conuentus consistorium. Inibi præponuntur & deciduntur controuersiæ electorum ad episcopales, archiepiscopales, Metropolitanas, patriarchalesque ecclesias: Atque discutitur, Vbi ecclesiæ vacet, & ad quem electio pertineat, num ad capitulum, ciuitatem, prouinciam, regem, vel alios. Eliguntur etiam per illum consistorium præpositi ad ecclesias monasteriaque, quæ ex solita consuetudine sedi a po-

k. c. septuaginta, 16. diff. can. in ro. 21. diff. d. Matthei, c. 9. l. Alb. ric. de Rot. in rubr. de stat. hom. m. Zabarella. in Clem. 2. in 6. ir. ritum, in 6. q. de electio. n. Marti. Laudens. in tracta. de cardinalib. o. in 5. statuit, de numero cardinali. in pragmat. factio. p. gl. in d. 5. statuit, in verbo moderatus. q. Eusebius, li. 6. c. 22. r. Volaterra. in Anthropol. gloria. s. Volaterran. vbi supra, & Polydor. Virg. li. 4. de Inuentor. rer. c. 9.

t. Luitprandus, lib. 6. c. 22. rebus per Europ. gestis.

v. c. præful, 2. q. 5.

x. s. fr. de numero & qualitate, cardina. in pragmat. sanctio.

y. gl. in 5. quod si quis, de coll. in pragmat. factio.

z. c. pen. & sic omnes, & ca. sacrosancti, 22. diff. c. antiqua, de pñileg. a. l. anor. in d. c. antiqua.

b. in d. ca. antiqua.

c. Nicena, 11. diff. 1. si remu. nandi, 6. 2. manda.

a c. 1. Paralib. c. 3. & 7. Ioseph. lib. 6. de bello Iudic. ca. 5. & contra Apionem. b vide Hege- scum. c Xiphilinus, ex Dione. in Adriano. d Ioseph. 2.

gloria praestata, Rex Salomon aedificari curauit: illustrior reddita, morte & sepultura saluatoris Domini nostri Iesu Christi: & insigni clade, quae ei in vindicta tanti sceleris illata fuit sub Vespasiano, postquam & iterum fuit Adriani iussu habitata. & deinceps ab eodem multis caedibus ob contumaciam Iudaeorum oppressa. Et quamuis ex Sion exierit lex, & verbum Domini de Hierusalem, tamen prouincialis liber omnium ecclesiarum annotauit, monumenta veterum, quae non modicum habent auctoritatem apud Palaestinos maximè, & Graecos, Hierosolymitanam ecclesiam vsque ad tempora Iustiniani Augusti episcopum habuisse nulla vel modica dignitatis prerogatiua. Imperante autem illo principe congregatam fuisse synodum generalem Constantinopoli, sub Vigilio Papae & Elicio Constantinopolitano patriarcha, & Apollinario patriarcha Alexandrino, & Euthachio patriarcha Antiocheni: & in illa, inter alia placuisse honore patriarchali donadam sedem Hierosolymitanam. Et quia ciuitas inter fines & limites erat patriarchatu Antiochia, & Alexandria, nec illi essent sufficienter episcopi suffraganei, ex communi omnium consensu, ab utroque patriarcha vicino placuit etiam decerpere, & vt in formam patriarchatum aliorum ille ordinaret ecclesias sibi subiectas. Quae omnia sumpra sunt, ferè ad verbum ex Guillelmo Tyrio patriarcha Hierosolymitano, qui & describit nominatim archiepiscopatus & eorum suffraganeos.

De Patriarchatu in genere. Cap. 9.

- 1 Patriarcharum senatus qualis. Euicelli episcopi patriarcharum qui, eod.
2 Patriarcha electio ad quos pertinet.
3 Patriarcharum electionem confirmat sum. pontifex, vel eius legatus.
Confirmatio electionis patriarchae primatum eorum summi est pontif. eod.
4 Episcopatus usurpatus ab Agarenis. Sebaſte, olim Samaria.
5 Episcopatus in nouis insulis.
6 Patriarcharum inſigne, pallium, crux, & priuilegia.
Crux quando & ubi non potest praeferi patriarchae. eod.

Vemadmodum summi pontifices Romanae Senatorum loco cardinales habent, sic & patriarchae in consilio habent quosdam episcopos, qui non subiciuntur cuiusdam Metropolitanum, sibi familiares & suffraganeos, semper adstantes, quos Graeci vocant Euicellos, sicut enim Graeci δυνάμεις, stantes sine motu, quietos, sicut apud Hesiodum β. ἤμερος δ' ἀνεμής τ' ἀβραι πόντος ἀνήμερος δ' ἄνεμος, &c. vt & apud Homerum h & alios. Hos familiares suffraganeos a Graecis vocari testatur Guillelmus Tyrius, cancellos, sed vereor ne corrupta vox sit. Electio, destituta pastore sede patriarchatum cōpetit canonicis ecclesiarum patriarchalium: nisi ciuitates patriarchales occupantur ab Agarenis, & canonici pauci inibi inueniantur, quo casu electio deuoluitur ad sum. pontif. k Confirmat & alioquin electos patriarchas & primates summ. pont. l vel legatus de latere vt & episcopos, qui

l in prouincia Romanam ecclesiam agitur de Hierosolymitan. patriarch. g Hesiod. li. 2. Ergon. h Hom. Ilia. r. i Guillel. Tyrius, li. 14. belli Sacri c. 12. k c. sancta Romana, de elect. in extranag. commu. l c. scriptum, c. 40. de elect. 29. Gregor.

ab archiepiscoporum eximuntur potestate m. Hic notandum est, in episcopatibus & archiepiscopatibus vltimarum, patriarchales sedes valde decreuisse ob tyrannidem Turcicam, sub qua degunt illis à Christianis derelictis: si vt in Aegypto vsurpata Senlona, quae erat Archiepiscopatus sub imperatoribus Graecorum Orientis, ite Gazarus & Vato episcopatus, vbi erant templariorum sedes: Hierusalem, Sebaſte quae olim Samaria. Et versus Arabiam, Ebron, Patracésis, Cumatensis quae nunc Eracum, sedes archiepiscopales, alia quae alibi permulta. In quarum locum, Deus fidem Christianam in insulas extimas, seu noui orbis incolas producens, episcopales sibi delegit sedes. Nam & ibi plures nunc episcopatus à tempore Alexandri 6. summ. pontif. qui primus quinque erexit n. Patriarchae à summo pontifice pallium accipiunt, plenitudinis officij pontificalis inſigne, quod & ipsi postea suis suffraganeis largiuntur o. Atque cum hoc priuilegium habent, vt crucis vexillum vbi que sibi praeferi iubere possint: praeterquam in vrbe Roma, aut vbiunque summus pontifex extiterit, aut eius legatus, qui vtatur insignibus apostolicis primè dignitatis. Ad hos quoque qui ditionis patriarchalis sunt, potest liberè appellari. Quod Iohannes Andreas, Panormitanus & alij p. intelligunt etiam omisso medio: aliter enim hoc priuilegium non esset adscribendum, cum ad Metropolitanum quemlibet prouocari possit iure ordinatio à suffraganeis q. & Metropolitanus sint suffraganei patriarcharum r. Item priuilegium vt non nisi consensu patriarcha, possit archiepiscopus episcopum ordinare s.

m c. si abbat. cap. 36. de elect. in text.

n Petrus Martyr. lib. 9. Decadis 2. noui Orbis. o ca. antiqua, 23. de priuil.

p Andreas, Panorm. & alij, in c. antiqua, de priuil. q can. si inter episcopos, 6. 7. 4. r c. pastoralis, de offi. ordin. s c. quoniam, 65. dist.

De Primatibus. Cap. 10.

- 1 Primas dicitur omnis patriarcha, sed non contra.
2 Primatia ius praescribitur & priuilegium.
3 Primatia regnorum.

Primates quidem, appellari quodammodo patriarchae possunt: tamen non omnes primates, verè patriarchae sunt v. Primas namque alio in loco quam vbi patriarchae insituntur sunt: esse potest nihilominus officij, quod est patriarchis, sed nec tanta auctoritatis, neque cardinalibus praefertur. At maiores archiepiscopis, à quibus ad illos prouocatur 7. Archiepiscopus primas est, & potest ius primatiae in prouincia alterius episcopi sibi acquirere z. Primates sub sum. pontifice sunt Aquiliensis, in Italia: Cantuariensis in Anglia: Burturicensis, Grandiensis b, & Lugdunensis praecipuus horum, in Gallia: in Hispania, Tolentensis c: in Sardinia, Pisanus e.

t can. 1. 2. 3. 99. dist. can. conuestus, 9. q. 3. v cano. nullus primas, 9. q. 3. x Felinus, in rubr. de maior. & obed. y in can. 1. 99. dist. z Panorm. in c. exposuit, per illud cap. nu. 4. de Dilatio. a gl. in ca. clericos, in verbo archiepiscopi, 21. dist. b Angelus de Clauasio, in summa, in verbo patriarcha. c quem primatum instituit Vrbanus 2. sum. pontif. vt auctor Francisc. Tarapha li. de regi. Hispano. d vid. Rophredus Beneuentanum tit. de iurib. quae cōpetant prelat. Nico. Boerium, in lib. de Auctorit. Magni consilij, num. 54.

De Archiepiscopis. Cap. 11.

- 1 Archiepiscopi constituti vbi ante erant archidiaconi, & rectores prouinciarum.
2 Archiepiscopus, & Metropolitanus idem.
3 Metropolitanus unde dicitur, prouincia constituta de quot ciuitates exiguntur, eod.
4 Metropolis ciuitas quae dicatur.
5 Archiepiscopus à quibus eligitur.
6 Archiepiscopus consecrandus, unguendus, & ordinandus.

Archiepi

Archiepiscopus quid non possit ante consecrationem, eod.

- 7 Archiepiscopi a Moscoviticis à quibus, & ex quibus eligantur, & consecrentur.
8 Archiepiscoporum auctoritas & officium, & 9.
9 Episcopi sine permissione archiepiscopi in aulam principis non erunt.



Archiepiscopi illis vrbibus feruntur à beato Petro praepositi, quibus antiqua superstitionis & idololatriae praesentia Vuolphgangi Lazij, in Galliis & Germania, in illis sedibus, vbi erant rectores prouinciarum, proconsules, legatue proconsulares, Metropolitanus constituti fuerunt episcopi b. Archiepiscopus episcopis maior c, inferior primatè d. Sidonius tamen Apollinaris scribit, Metropolitanos in Gallia sedi Romanae immediatè subiectos, alibi autem Patriarchalibus e. Archiepiscopus in vtroque ciuili & pontificio iure, saepe Metropolitanus dicitur, neque haec nomina differre docet Rebuffus f, vt & Metropolitanus ius est, quod archiepiscopus cōpetit h. Sidorus ratus est, Metropolitanos dictos fuisse à numero ciuitatum: quia & Pelagius pp. scripsit, singulis prouinciis praesesse debere vnum Metropolitanum, atque in vna quaque prouincia esse debere vndecim vel saltè decem ciuitates, & totidem episcopos i. Et forsitan quidem Pelagius talem prouinciarum & diocesum distinctionem accomodam existimauit, at eiusmodi non fuit semper, sed nutu principum, annorumque curriculo, prouinciarum forma mutata est, vt docet Beatus Rhenanus k, Sextusque Rufus consularis l. Placuit autem Budaeo, Metropolitanis ciuitatem dici, ex qua colonia, nempe alia oppida processerunt, id est, ex qua coloni & incolae in alium locum translati sunt m. Et ita se habere μεταβολήν ad ἀποικίαν seu coloniā, vt matrè ad filiam: quod & Suidas tradit, ἀπὸ τῆς μητρὸς ἔπλεως, quasi dicamus ciuitatem matrè. Et vt scribit Simplicius n, ἀρχὴ καὶ ἐπισκοπὴ ἴσα τῶν ἀλλων. Et iuta hanc mētem, episcopus Metropolitanus is, est, qui in ea vrbe sedem haberet, ex qua colonia deducta sunt: quae tamè in interpretatio nō quadrat archiepiscopatu verè, neque archiepiscopus sunt colonia: quae ex ea vrbe translata esse constat: quia coloniae etiam in longinqua regna & nationes transferebantur, vt fuerunt ex Romanis coloniae per tractum Norici, Ripensis, Pannoniae primae, Laureacum, Carnutum: & in mediterraneis ad Sauum atque Drauum fluuenta, Distribuit etiam Carolus Magnus Francos & Sueuos per Pannonias & Teutonum colonias. Fuerunt Germanorum seu Gothorum, Vandalorum, Cartorū, & aliarum nationum in varias partes propagatae coloniae: quae archiepiscopo vni subici nequeunt. Quamobrem per translationem metropoles ciuitates & archiepiscopatus dicemus, quae tamquam matres curam agunt sibi subditarum ecclesiarum, in eadem prouincia constitutarū, vt ex Theodosij sanctione colligitur, per quam ciuitatem Berytū in prouincia Phoeniciae Metropolis nomine o donauit. Archiepiscopus eligitur ab episcopis cōuenientibus in Metropolitana ecclesia ex clerico rum omniumque ciuim consensu p. Aniceti qui sedit anno Domini 156. est decretū, vt Archiepiscopus ab omnibus suffraganeis ordinetur q. Electus à primatè, vel patriarcha confirmatur, vel si is sit ab eorum ditione exemptus à summo pon-

a q. illis, 80. dist.

a Vuolphgangi Lazij, lib. 2. Commentario. resp. Rom. c. 2. c can. 1. 2. 3. 99. q. 3. clericos, 21. dist. in fi. de monach. in Auth. coll. 1. 1. 5. d can. 1. 99. dist. 8. b Sidonius Apollin. ad Claudi. episcopi epistolam describit. f per totam ferè 9. q. 3. & in 5. si. de monach. & in 5. nos. autem, de non alienan. reb. eccl. in Auth. in Authent. g Rebuff. ad 5. 1. de Instit. in Concord. h c. vt legitur, c. 5. de offi. ordi. lib. 1. Sex. Decret. tit. 36. c. 1. de offi. leg. lib. 1. Decreta. tit. 30. ca. de arbit. lib. 1. Decret. tit. 43. 6. t. de ecclesiastic. tit. col. 1. 6. in Authent. i ca. clericos, 21. dist. k in libro, qui inscribitur, notitia vtriusque Imperij, tum Orientis, tum Occidentis, dū agitur de descriptione prouinciarum Illyriae. l Sextus Rufus consular. in epitome historiae Romanae. m Budaeus, ad l. obseruare, de offi. proco. fu. in ann. prior. ad Pand. n Simplicius, lib. 5. de Geometria.

o l. de Metro pol. Beryto, li. 11. C. tit. 21. p can. Metro politano, 63. dist. in can. qui in aliquo crimine, 5. dist. q can. Archiepiscopus ab omnibus, 66. di.

tifice, siue electio fiat iure communi, siue ex nominatione regis in Gallia fiat s. Consecratur subinde, & vngitur t, & ordinatur: palliū accipit, ante cuius receptionem non potest iura ordinis episcopalis exercere, nō virgines consecrare, nec synodum celebrare v: haec enim licent tantum post consecrationem & pallij adaptionem, non antè, etiā si confirmatio facta fuerit. Iubet tamen & suffraganeos suos ab aliis consecrari: etenim Metropolitanus ab omnibus suffraganeis consecrari, vel ordinari debet: episcopos autem à tribus episcopis saltem, Metropolitanus iubente z, Metropolitanus Rutheni seu Moscovitici, auctoritatem suam à Patriarcha Constantinopolitano habent, qui aliquādo eligebantur cōuocatis omnibus Archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & prioribus monasteriorum, inquisitione facta viri sanctioris vitae per monasteria & eremos: Nunc verò aiunt principem ad se certos conuocare solere, atque ex eorum numero vnum suo iudicio deligere a. Archiepiscoporum auctoritas maximè in episcopos sibi suppositos est, quibus in synodo Antiochena iubetur, vt ad Metropolitanum respiciant, nihilque noui audeant facere in suis parochiis sine conscientia & consilio eius: nec Metropolitanus, sine eorum consilio: quod lege etiam Francica antiqua statutum est per Carolum Magnum b. Habet Archiepiscopus sibi subditam propriam diocesim iurisdictione ordinaria, vt episcopus quilibet: & vltra, aliā in suffraganeos exercet potestatem, vt pote qui habet totius prouinciae sollicitudinem c, ratione cuius procuraciones à suffraganeis ad illum deferuntur d. Cognoscit de controuersia, quam clericus habet cum aliquo ex suffraganeis e, & supplendo episcoporum negligentiam, agit, quod episcopi est officium f. Quare prouinciam percurrit vt visitet, inquirat, emendet subditorum vitam & ad ailli huic vicissim subsidia, quae procuraciones dicuntur, conferunt g. Atque dum ita diocesim inspicit, potest pontificali- bus vt insignibus, & iubere crucem antè deferri h, benedicere populo, etiam in locis exemptis i. Nec possunt iure episcopi presbyteri illi subditi sine eius & aliorum coepiscoporum consilio, in aulam imperatoriam proficisci, ex constitutione synodi Antiochena: k: vel nisi permiserit summi pontificis expressa dispensatio. Nam Gelasius, Pappam inconsultis Metropolitanis gratiā com meatus in aulam principis, episcopis facere posse voluit l. Iustum Archiepiscopis in Matifconensi concilio, ne sine pallio missas celebrent m.

De episcopis. Cap. 12.

- 1 Episcoporum & presbyterorum aliquando commune officium, & quare diuisum.
2 Episcopi tempore legis Moſaicae.
3 Dioceses episcopales quales, & unde.
4 Dioceses quando episcopatus facta.
5 Episcopus quis eligi potest, & qualitates boni episcopi.
6 Episcopus eligendi quale scrutinium requiratur.
7 Episcopi à quibus eligantur.
8 Episcopus quando plebe interueniente electus.
9 Episcopum non eligi hereticus.
10 Episcoporum electio quando ad principes pertinet, & quando eis adempta est.

Henri

r c. bona, & c. nihil, de elect. s tit. de reg. ad prelat. nom. in concord. t cap. 1. de sacra. vndio. v gl. in c. quoniam, qui iam & ca. pollium, 100. dist. 6. c. quod sicut, & ca. significasti, de electio, vi. de Berthachinum tracta. de episc. c. tit. 3. x c. cum ex officio, ca. 16. de praescriptio. li. 2. Decret. tit. 26. c. fopitae, c. 14. & cum nu. per. 25. de cen. lib. li. 1. Decreta. tit. 39. y Clementis, l. 3. constitutio. Apostolica. c. 20. z c. si episcopus, c. 6. & c. sequenti, de re. port. ordin. a Sigismundus Liber Baro in Comm. ret. Moscovitica. rum dū de religione agit. b Lib. 1. legis Francicae. c. 8. de suffraganeis episcopis. c c. 1. 2. & 9. q. 3. d c. 1. de offi. lega. lib. 1. Decret. tit. 30. d. c. cū ex officio. e can. si clericus, 11. q. 2. f an. cum seimus, 9. q. 3. c. per tuas, 40. 5. h de sent. excom. li. 5. Decret. tit. 39. g c. cum ex officio, de praescriptio. c. fopitae, 14. ca. cum nuper, de cen. 2. Grego. h ca. 1. vt lite pendens, lib. 2. Decret. tit. 16. cantiga, de priuileg. i elementina, archiepiscopo de priuileg. ap. Clem. k can. si quis episcopus, 23. q. 8. 5. nos autem, quom. opom. episc. in auth. l ca. quo ausu, ca. 23. 8. m in Matifconensi concilio, sub Relatio c. 4.

Inter leges, quæ monasteriis & regularibus ferè omnibus cõmunes sunt, illa est de formula viuendi, ne lineis indusijs vtantur^a, vestitu decenti vtantur, qui qualis sit docebit D. Augustinus^b, D. Ambrosius^c, Gregorius Nazianzenus^d, Hieronymus^e, Chrysostomus^f, Athanasius^g. Alia in oratorio refectorio, dormitorio, continum silentium obseruent, in claustro quoque horis certis^h. Monachi in claustro se contineant, & vagentur, & si absint annuatim, requirantur, & vt fugitiui in monasterium retrudanturⁱ. Cœnobitarum angelorum vitæ similem esse conuersationem dixit Theodoretus, si à negotiis secularibus abstineant, quod omittis curis seculi Deo ad ministrant^k. Idcirco solebant ex prima institutione cœnobitæ seorsum ab aliis hominibus habitare, & seorsum monasteria ædificari iussim^l. Et Theophilus imperator orientis Michaëlis filius, edixerat, ne monachis vrbe intrare liceret, iusseratque eos omnimodo arceri^m. Idipsum & in Chalcedonenſi concilio statutumⁿ. Nève se in negotiis secularibus immiscerent^o. Cui constitutioni vim aliquando intulit Valens orientis Cæsar, hæreticus Ariarianus, legem statuens, vt monachi militarent: & si nollet, per tribunos impune occiderentur^p. Monuit autem synodus Nicena, vt conuersatio & vita monachorum, secundum ezymon nominis, ab omnibus discrepet. Monachus degat singularis, non impartiat penitentiam, vel sepulturam nisi confratribus^q. Se & mundum luceat, nec docentis putet se habere officium^r, non der publicas, sine episcopi consensu, penitentias, non possit infirmos vſitare, vel vngere, missas publicas cantare, chrisma oleumque consecrationis altarium facere, potissimum si sit ordinis sancti Benedicti: nam eius ordinis monachus, non potest vicos aut ciuitates peragrarè, nec prædicare, nisi intra claustrum, vt quando quis in fratrem recipitur & fit monachus^s. Nec claustralis monachus populum seu plebem regere: & ideo in ecclesijs monasteriorum quæ plebem habent & parochos, præfici oportet seculares clericos^t. Nec monachus in prioratu solus potest cum populo remanere sine expressa concilij Lateranensis derogatione, sed remittitur ad claustrum^v. Ad curiones ecclesiarum proprie pertinet officium prædicandi, & exhibitio sacramentorum, non ad monachos, nisi ad hoc munus dispensentur legitime^w, vel illud exquantur concessa licentia per curiones proprios^x. Quia & aliquando ex monachis, si idonei sint, curiones fieri posse placuerit^y. Ecclesiæ quippe necessitas hoc suadet & exposcit & iubet, idoneos ad eius curam promoueri potius, quam in eremo recludi. Sic & illi antiqui prophete principes eremitarum Elias, Elisæus, D. Ioannes, D. Antonius, & Aphraates, prodierunt ex speluncis & nemoribus vastisque desertis, vt dum opus fuit, verbum & legem Dei disseminarent, & hæreticos retunderent^z. Er eremum aliquando deferendam docuit suo facto & exemplo D. Hieronymus, & literis quoque consignauit^a. Præclara sunt quæ Aphraates monachus respondit Valenti Cæsari Ariano, exprobranti, quod claustra desereret, quæ videto apud Theodericum^c. Quarta lex monastica, ne in refectorio seu cœnaculo communi vllus monachorum carne vescatur^d, nec in nosocomio seu chorutudinario, vocant infirmariam, nisi sua-

dente & deposcante morbo^e. Non quod carnes, veluti creatura immunda, detestabiles sint, & quod ab illis tanquam à Dæmone creatis, abstinendum sit, hæc enim est Manichæorum & Priscillianistarum damnata hæresis^f. Sed quia abstinentia ab vſu & escis carniū vtilis idoneaque vitæ fuerit monastica vitæ. Quare in concilio Braccharenſi statutum, vt quicumque in clero cibo carniū non vtuntur, ad tollendam superstitionem Priscillianæ hæreseos, vel olera cocta saltem cum carniū prægustare cogantur. Quod si neglexerint, pro suspitione istius hæresis, excommunicentur, & ab officio remoueantur^g. Error enim sententiæ de animalibus ille, alienus esse debet ab omni Christiano: vt alius Pythagoreorum, qui abstinebant ab esu carniū & animalium, quod arbitrarentur animas hominum in corpora animalium transire^h. Porphyrius autem rationem abstinentiæ animalium ab istis diuersam tradit instituto conuenientem. *Abstinerè, inquit, ab animalibus præcipimus, non tamen omnibus, sed omni duntaxat diuina contemplatio, qui sanè animaduertit huius habitaculi veneficia quod inhabitamus: Deus est simplicissimus, & qui eum est contemplaturus, & ei ea contemplatione vniri desiderat, non tantum verbo, sed bonis operibus sibi puritatem conciliare debeat, sensusque emundare. Item vitæ tenuitas ad conseruandam sanitatem pertinet, nec philosophaturus Milonis athleta eget robore, nec promde eius copioso bruto alimento. Atque idem author refertⁱ. Dicitur archium scripsisse, antiquos Græcos tanquam proximè Deo genitos, optimos fuisse naturæ, ac vitam optimam peregisse, eos autem ab animalibus abstinuisse. Annotat quoque ex Ægyptiorum sapiētibus, plerisque abstinuisse ab animalibus, teste heremone, item Eſtaeos sapientes Iudæorum & Indorum Bragmanas, Samneos, Gymnosophistas. Scribit idipsum de philosophis Indiæ, qui habitabant circa montes Hyperboreos, Strabo^k. Pomponius Mela quoque notat^l, Atlantes in Cyrenaica regione, non vesci animalibus. Sicuti nec ante diluuium vſus erat hominibus carniū animalium, qui concessus est desiccato orbe^m. Itaque mirum videri non debet, si hæc carniū abstinentia imposta fuerit solitariis, qui penitendi vitam sibi delegerunt, quique & maiorem & sanctiorem profitentur philosophiam, quàm ethnicam. Multò magis etiam abstinere debebunt ab ebrietate, & crapula: luxuriosa enim res est vinum, & contumeliosa ebrietas. Et omnis qui cum huiusmodi hominibus miscetur, non erit sapiensⁿ. Sicque bonum esse non bibere vinum, & non comedere carnes scribit D. Paulus^o. Et à lautis cõuiujs pellendi sunt clerici, vt docet ex Michea D. Hieronymus^p. Sanctimonia à mortalibus abstiniens æternam continet vitam, & corpus pinguefactum animam cogit esurire à felici vita cadentem, augèrque mortale^q. Et exhalatio, quæ ex carniū comestis ascendit, cum sit crassior & turbidior, effundit animæ tenebras. Et author Clemens Alexandrinus^r, Matthæum apostolum feminibus, baccis, & oleribus, absque carniū vſum. Diuum autem Ioannem, vterius continentiam extendendo, locustas & mel agreste comidisse^s. Mandatur quintò solitariis, ne sint otiosi, & semper lectioni, vel orationi vel alicui honesto corporali exercitio intendant animum^t. Sunt & aliæ leges de monasticæ vitæ formatione, quas*

a. ca. Carnem, de consecrat. dist. 5.
b. D. Augustinus, de hæresi ad Quodvultdeum.
c. D. Augustinus, de hæresi ad Quodvultdeum.
d. ca. in singulis, c. 7. de lib. p. ca.
e. c. attendentes de stat. monach. apud Clementem. can. Salom. & ca. seq. 45. dist.
f. c. ea quæ, de stat. monacho.
g. c. inter quatuor, s. fin. de relig. dom. ca. qua. semel. 19. q. 3.
h. c. relatum, ne cleric. vel. monach.
i. c. audenti, de eccl. ædifican.
k. Porphyr. 4. de abstinent. animal.
l. Strabo, libr. 15. Geograph. in Põponius. Mela, libr. 1. de sic. orbis.
m. In Geneſeos, c. 9.
n. O Prouerbio, rum, c. 20. can. luxuriosa, 35. dist.
o. ad Roma. c. 14. ca. ab exordio, 35. dist.
p. ca. ecclesie presbyteri, & seq. 35. dist. Michæ, c. 3.
q. Porphyrius, 4. de abstinentia animal.
r. Clemens Alexandrinus, li. 2. Pædagogia.
s. Mat. Marc. Eſai. 40.
t. ca. niquam, de consecrat. dist. 5.
u. quas

a. c. cum ad monasterium, de stat. monac.
b. D. Augustinus, epist. 19.
c. D. Ambrosius, de institutione virginis, & epist. 16. & 1. de virginate.
d. Gregor. Nazian. in exortatione ad Virgines.
e. D. Hiero. in Hilario.
f. D. Chrysostomus, homilia 69. in 21. Matthei.
g. D. Athanasius, de virginate.
h. d. cum ad monasterium.
i. c. ne religioſi, c. 24. de regularib.
k. Theodoretus, li. 3. de curatio. Græcorum affectio.
l. ca. Luminoso, 18. q. 2.
m. libr. 1. Iuris Orientalis in constructio.
n. Theophilus, tit. de expulſione monachorum.
o. can. quidam monachi, 16. q. 1.
p. rub. n. cler. vel monach. seculari. nego. se immisc.
q. Eutropius scholiastes Nioceph. Calixti, in lib. 9. c. 16.
r. c. placuit, in 1. & 2. 16. q. 1. c. si cupis, eo.
s. c. monachus non docentis, 16. q. 1.
t. c. interdicimus, c. peruenit, can. iusta, 16. q. 1.
u. c. de capellis monachorum, c. monachi, de statu monachorum.
v. c. si recipimus, de stat. monachorum, c. peruenit 18. q. 2.
w. c. ad iudicium, 10. q. 1.
x. glo. in dicto ca. ad iudicium, & ca. sic eius, 16. q. 1.
y. ca. in parochia, 16. q. 1.
z. Athanasius, in vita D. Antonij, Theodoretus, lib. 8. Ecclesiastica Tripartita, histo. c. 4.
a. D. Hiero. ad Rusticum scribens.
b. Theodetic. lib. 8. historie Tripartite, c. 4. d. dist. c. cum ad monasterium, s. in refectorio, de sta. monach.

quas videto apud D. Basilium, toto sermone a ceterico. D. Dionysij, De ecclesiastica Hierarchia, c. 6. Nicephorum Calistum, lib. 9. c. 14. & 16. Sozomenem, lib. 1. Historie Tripartite, c. 11. In c. 1. de statu monachorum apud Clementem, c. cum ad monasterium, c. in singulis. eo. tit. apud Gregor. Pro legibus istis conseruandis, & ad reformandos mores corruptos, placuit licere capitula generalia inter abbates & priores eiusdem ordinis congregare singulis trienniis: cura quoque commissa episcopis reformandi monasteria sibi subiecta^a. Vbi enim gubernatio disciplina contemnitur, restitit vt religio naufragetur^b. Proinde in capitulo seu synodo hoc illorum generali, creatur vſitatores^c. Cæterum reformatio monasteriorum, & subrogatio in locum eorum, qui eo titulo indigni sunt, fieri debet ex personis regularibus. Quod si regulares defuerint, in eorum locum poterunt clerici seculares ordinari^d, seruato ordine, vt primùm in reformando monasterio informi eius ordinis ex aliis domibus sufficiantur bene ordinati^e: & iis deficientibus, ad seculares clericos perueniatur. Quemadmodum & contra de seculari ecclesia fieri potest monasterium^f. Voluit & Alexander 3. summus pontifex quando monachi seculariter viuunt in monasterio, & alios suo malo corrumpunt exemplo, primùm ab episcopo suo compelli seruare regulam, religionis appellatione remota. Et si non possit ex proprio ordine numerum electorum supplere, posse alterius ordinis sedes implere, vt impij, eorum laboribus à bonis editis, tandem rubore perfusi, ad regulam propria obseruantiam reuertantur respicientes^g. Episcopo monasteria omnia iure communi subiecta sunt^h, nisi speciali priuilegio se eximi inde doceantⁱ. Et proinde monachi delinquentes subiiciuntur correctioni abbatis, si de denuntiatione vel inquisitione agatur: si autem de criminibus monachi per viam accusationis contentioſe agatur, munus erit episcopale, aut eius vicarij in iurisdictione seu officialis, adhibito temperamento & distinctione, de qua disputat Guido Papæus^k. Ad reformationis curam pertinebit etiam prospicere, ne monachi in diuersis monasteriis locum seu monachatum habere præsumant^l, vt neque abbas dispensare in eo possit etiam cum consensu aliorum religiosorum seu fratrum^m: quia monachatus illi inter beneficia quodammodo annumerantur, beneficia autem plura non licet habere simul iure communiⁿ. Similiter & prospiciendum, vt monachi & monachæ seu moniales, habitum propriæ professæ religionis semper & vbique deferant^o.

Propter quid, & quare monasteria, & vita monastica. Cap. 26.

1. Monasteria nata ab eremitica vita, metu tyrannorum, & contemptu seculi.
2. Monachorum vestitus, est vestitus penitentium.
3. Monasteria instituta sicuti & predicandi gratia.
4. Monachorum vita sicuti literarum sacrarum, & orationibus constat.

De superioribus rectè colligi potest, vi tam monasticam prima institutione eremitica introductam, temporibus quibus maximè vrgebat tyrannorum odium Christianos, vt Deo obsequia & cultus liberius exhiberetur: adfuit & vnà penitendi causa contemptis istius miseri seculi curis. Atque vestitus monachalis eius symbolū exhibet. Nam ea quæ penitentibus dantur, à bonis illis primis patribus, qui viam aliis strauerunt & demonstrarunt, vſurpata sunt: nempe cilicium, quod imponitur à sacerdote mutata veste, & tonsis vel rasis capillis^a, & faccus, & cinis^b. Arbitror enim cucullam & vestitum veri monachi olim fuisse faccum capiti inductum, & ex latere brachiorum educendorum causa perforatum, reliquo pro amictu circa corpus rudi cingulo cincto, vel pannum alium vilem: non autem eius generis, quo hodiè quidam vtuntur delicato, cum cuculla & veste serica disputatione in morem mollium laicorum exornata, quod certè bonis stomachum meritò mouet, & malis calumniadi fidem catholicam, & institutum viuendi monachorum priorum præbet. Sic enim mutata forma est præca, vt hodiè in aliquibus monasteriis nihil minus, quàm monastica vita inueniatur: & cum olim penitenti causa essent refugia, hodiè otiosè viuendi videantur receptacula. Sed hæc desiderari pij emendari, & nitori pristino restitui, & summoue- rificandala & causas maledicendi. Fuerunt quæque monasteria & sodalitia instituta, prædicationis verbi Dei causa, qualia instituit D. Dominicus: alia instituenta iuuetutis & prædicandi quoque gratia, vt ordinis congregationis nominis Iesu: Suntque diuersi particulares aliorum cœnobiorum fines, qui tamen, eum communem finem habent, vt prætermittis rebus seculi & earum sollicitudine, propriæ animæ & aliorum Christianorum salutem operentur, & gloriam Dei promoueant, & eius mandata seruent, & seruire alios opere, exemplo, & verbo doceant: qui & est, vel esse debet omnium Christianorum, sed potissimum ecclesiasticarum personarum finis. Refert Beatus Rhenanus, præter monachos rudibus adhuc seculis neminem nouisse literas. D. Chrysostomus de sui temporis monachis tradit, matutinis precibus hymnisque peractis, eos ad sanctarū scripturarum studia se contulisse^c. Et Basilus Magnus ad Gregorium scribens, duobus tantum vitam hanc solitariam contineri & perfici docere videtur orationibus & studiis literarum: *ὄρχαι, inquit, πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεχόμεναι, νεωτέρων τῶν λογίων καὶ ἀμαυώσαν τὸ πρὸς θεὸν κεννημένον παρακαυδένων*, id est, orationes iterum lectionibus succedentes, recentiorum animam & vegetiore, ad Deum desiderio motam recipiunt. Et in concilio Viennensij sub Clemente 5. sum. pontif. sancitum, vt in singulis monasteriis, quibus eius rei gratia sunt sufficientia bona, sit idoneus ludi literarij magister & doctor, qui monachos erudiat, & bonis artibus imbuat^d.

De monialibus, seu vestalibus sacris quædam. Cap. 17.

1. Monachorum & monacharum regula ordinis communis.
2. Conf

q. can. pœnit. & res, & can. sequenti, 10. dist. q. 10. ca. 4.
r. Beatus Rhenanus, libr. 1. rer. German. d. de Francis agit.
s. D. Chrysostomus, in 1. epistola ad Timotheum, c. 5. homilia 14.
t. clem. 5. penul. de sta. monachorum, c. 3. de magistris, ap. Gregorium.

- 7 Scribebantur digniores primo loco.
- 8 Choragus cantor, & quid priscis chora gus.
- 9 Chorodectis quis.
- 10 Chorodidascalos, magister chori.
- 11 Chori summa apud vnum esse debet.
- 12 Chorvs Ecclesiasticus quid dicatur.
Chorus Ecclesiasticus quando diuisus in duas partes, Psalmorum Davidicorum canendorum causa, & antiphonarum, eod.
- 13 Præcentor quis, & officium eius.
Choroſtates præcentor, eod.
- 14 Succentor & succentoratus.
- 15 Choraula qui,

Primicerius est primus inter clericos & diaconos, quibus præest in docendo, subditus archidiacono. Butrigarius ratur est primicerium accipi pro cantore. Nam & officium cantandi & legendi lectiones, laudes, responsoria ad eum pertinet: ordo & modus canendi, pro tempore & solemnitate, determinatio delationis cereorum seu luminum, castigationes leues clericorum. Cantor alibi dicitur, quod voces in choro moduletur. Species cantoris præcentor, qui voce præit, qui ante omnes incipit: item concantor, qui simul concinit, de quibus Deo fauente postea. Colligitur autem & rescripto Innocentij 3. ad Tullenies canonicos, primiceriarum esse beneficium cum dignitate. Aliud tamen, ab officio primiceriatu quod habet primus inter notarios sum. Pontif. antea dictus notarius decanus, & protoscrinarius: & ille primicerius qui diem, seu, ut loquuntur, datas adiciebat diplomatis pontificalibus, quas nunc bibliothecarius apponit. Primicerius itaque cantor ex consensu dicitur, veluti primus in choro, & primus ratione cantus: alioquin non is primus simpliciter dicendus, cum is subordine archidiacono. Exigit enim pronuntiatio nominis primicerij, adiectionem ex relatione aliquid, vel postulari subintelligi. Quod primicerius in omnibus is dici possit, qui primus & in aliqua dignitate est antesignanus, vel primus in aliquo. Sic dicimus primicerium mensorum, inter mensores primum: & primicerios ex corpore decanorum. Primicerium fabricæ, primicerium protectorum domesticorum, equitum. Sic de similibus. Nam vel περιμύχης, vel προλοκίτης, est πρώτος τάξεως, primus in ordine quolibet ceræ seu scripturæ. Mos enim erat antiquis in tabulis ceratis & pugillaribus scribere, præcipue ante chartæ & membranæ inuentionem: tentatis pluribus scribendi materijs, de quibus scribit Plinius, de Papyro arbore loquens. Hanc, inquit, Alexandri Magni victoria repertam auctor est M. Varro, condita in Aegypto Alexandria. Et antea non fuisse chartarum usum, sed in palmarum folijs primò fuisse scripturatum: deinde quarundam arborum libris: postea publica monumenta plumbeis voluminibus, mox, & priuata lintejs confici cœpta, aut ceris: pugillarium enim usum fuisse etiam ante Troiana tempora inuenimus apud Homerum. Et postea etiam remansit cerarum usus, ut ex Plinio Iunior conſtat, dum ait, Erat in proximo, non vna tabula aut lancea, sed stylus aut pugillaris: meditabar aliqua annotabamque, ut si manus vacuus, plenas tamen ceras reportarem. Et Iuuenalis, Non ne libet medio ceras implere capaces Quadriuo.

7 Quare quæ in ceratis tabellis, & per translationem,

a c. de officio primicerij lib. 1. Decret. tit. 25.
b Butrig. in diſtam rubr. de offi. primicerij.
c ca. Perleſtis, s. ad primicerium, 25. diff. d. ca. cleror. s. cantor. 21. diff.
e c. cum aſſeſſent, ca. 8. de conſtitutio. f Gomes, in proce. Regular. Cancellar.

g l. 1. de menſor. lib. 12. c. tit. 28.
h l. 1. de can. nis, lib. 12. c. tit. 27.
i l. 1. de Fabricenſib. lib. 11. c. tit. 3.
k l. 2. de proceſſ. & proteſtor. lib. 12. c. l. Plinius, lib. 13. c. 11.

m Plinius Iunior, lib. 2. epistoliarum.

in alijs scripta erant, in ceris scribi dicebantur, & quod in primo loco, in prima cera, & postea, secunda & tertia, &c. & in ima. Et ita apud Sueronium legimus, Iulium Cæsarem Q. Pedium ex quadrante hæredem instituisse, reliquos in ima cera. Et Alconius Pædianus extremam ceram, vltimam tabulam, vel vltimam partem tabulæ interpretatur. Quocirca primicerius primo scriptus in choro cantor, dignior. Sic enim digniores in albo magistratuum primò scribebantur. Nihil ergo prohibet quin hunc cantorem Choragum quoque vocemus: appellatur eam choragus prisci, ut refert Athenæus ex Demetrio Byzantio, Non nos, inquit, qui volunt nunc choros mercede conducunt, sed eos qui chori sunt doctores, qui sicut ait Demetrius Byzantius libro 4. Poematis, iubent, rectè musica incumbere, neque leges vetustas musica præterire. Affinis huic is qui χοροδύτης apud Suidam dicitur, qui cantantes & saltantes admitterbat in chorum, qui sciret qui admittendi, & in quo loco chori essent disponendi. Vocabatur & χοροδιδάσκαλος, chori magister, qui docebat eos quos in chorum ille admitterbat, quomodo cantare deberent: non enim passim licebat etiam bona voce prædico eo inconſulto in chorum Ethnicorum etiam venire, teste his verbis Aristotele: εὐδὲ δὴ χοροδιδάσκαλος ἢ μὲν καὶ κἀρχὸν ἢ παρὸς χορῶν φερέσθαι μὲν ἐὰν σὺ χοροδύτης, neque semper magister chori eum qui pulchriorem ac meliorem toto choro vocem emittit suum in choro esse. Sicque & necessarium dixit idem Aristoteles chori summam apud vnum esse. Quare apud Athenienses, in festis suorum idolorum constituebantur chori à tribus quæ decem erant, & ex vnaquaque tribu eligebatur choragus, ut author Demosthenes & Libanius. In choris quoque eorum cautum fuisse, est eorum alius quam in sacris vsus testatur Macrobius. Vides, inquit, quam multorum vocibus chorus constet, una tamen ex omnibus redditur vox, vna est illic acuta, aliqua grauis, alia media, accedunt viris feminae, interponitur fistula. Suidas chorum Ecclesiasticum ait esse cœtum canentium in templis: & choros Ecclesiarum diuisos fuisse in binas partes sub Constantio Constantini Magni filio, & Flauiano Episcopo Antiochiæ. Et ex Antiochia vbi cœpit in omnes mundi partes transfuisse morem ita psallendi bifariam Psalmos Davidicos. Hæc tamen Suidæ opinio non valde de initio psallendi in alijs probabilis. Siquidem legi apud Socratem & Nicephorum & Calixti, modum antiphonarum, id est, modum concinendorum carminum per mutam responſionem & per vices, iam ab Apostolorum temporibus cœpisse. Nam tempore D. Ignatij, qui tertius in Ecclesia Antiochena à D. Petro Apostolo hierarcha fuit, & qui cum Apostolis plurimo tempore vixit, ea psallendi formula instituta ab eo est. Publicè tamen in duas partes Antiochiæ choro diuiso Davidicam melodiam psallere docuere Flavianus & Diodorus: postea Episcopi, ut author Theodoricus 2. Additur interdum cantoribus, & magistris chori, præcentor, qui modulationem incipit, forsitan conueniens cum eo qui Græcis vocatur χοροδύτης, ὁ τὸν χορὸν ἰσῆς. Quod colligitur ex epistola quadam Iuliani, dum ait, μακάριος ὁ τὸν διόνυσον τὸν θλασον κρέσσωνι πρὸς τὴν χορείαν ἀνίστοι φέρωνται, ἔτω καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῷ σὺ πλὴντερον τὸ εἶδος ἀνιγρησμεν: ὁσπερ οἱ τῷ χοροδύτῃ πρὸς τῷ ἀνάκλημα ἢ ῥυθμῷ συμμαχοῦντες. Quibus docet chorostasas respondere ad aspectu rithmi. Chorostates dici potest in quibusdā Ecclesijs

n Sueton. in Iulio Cæsari.

o Aſcō. Tēlia. in 3. V. etiam Cicero. p. 1. 1. de Aibo scrib. l. 1. 50. P. tit. 2.

q Adienens, lib. 14. Dipnol. c. 13.

r Aristotel. lib. 3. Polit. c. 9.

s Aristot. lib. de Poetica.

t Demosthenes, in oratione in Midiam, & in eam Libanius in argumento. V. Macrobi. in initio Saturnalio.

x Socra. li. 10. hist. Tripart. c. 9. y Niceph. Calixti, lib. 3. c. 5. hist.

z Theodor. li. 5. hist. Tripart. c. 12. a can. cleror. 20. diff. b Iul. a. epistola ad Lamblachum.

a c. inter dilectos, c. 11. de excess. prælat.

b c. cum olim, c. 6. de consuetu. ap. Greg.

14 Ecclesijs nominatus successor, cuius & beneficium dicitur succentoratus, habens dignitatem alicubi, vt in Pictauiensi Ecclesia: alibi autem tantummodo habens officium, alibi personatum. Mores enim & consuetudo Ecclesiarum in istis, & in cantoribus præcentorum, & aliorum beneficiorum qualitatibus sequi oportet. Beneficia porro hic cantoribus, præcentorum, & succentorum & officia, alia sunt à communi canonicorum officio modulandi & canendi. Et pariter distincta à Choraulis, quorum munus per clericum aut canonicos, aliòve præbendatos fit per vices: isti enim choraulæ ex diuerso more legionum, vel sedent & cantant & cæremonias perficiunt, vel circa exedras chori discurrunt, & deficientes in cantu canentes admonent, & voci seu conuenienti modulationi restituunt: ferunt alicubi scipiones argenteos vel auratos, alibi sacrum pallium quoque sumunt, & eos qui responsoria incepturi sunt, monent, de responsorij initio & voce seu tono. Dicti choraulæ metonymia facta à choraulis antiquorum: etenim in choris eorum erant qui inflabant tibias, quæ choris canentium miscbantur, inde & dicti choraulæ. Sunt in Ecclesijs choraulæ qui primi responsoria & antiphonas inchoant.

De præbendatis, & canonicis vtriusque sexus. Cap. 23.

- 1 Præbendati unde dicti, & quid præbenda in plurali numero, & 5.
- 2 Salgamum quid.
- 3 Præbenda publica. Ventidius Bassus, eod.
- 4 Præbia, & præda unde declinatur.
- 6 Præbenda in singulari, beneficium.
- 7 Præbenda duplex, laicalis, & spiritualis, & quæ laicis debetur.
- 8 Præbenda laicis data in Ecclesijs iuris regij à rege.
- 9 Præbende spirituales duplices, simplices & canoniciales. Præbenda simplex, quale beneficium, eod.
- 10 Præbendati hebdomadarij qui.
- 11 Præbendati assij. Assij in Ecclesia qui, eod.
- 12 Præbenda canonialis quid. Canoniam quid, eod.
- 13 Canonici qui non sunt subdiaconi, non habent vocem in capitulo.
- 14 Canoniam in herbis & ad effectum, qui & quos non percipiunt fructus.
- 15 Mandatarius in beneficijs habet ius ad rem, sed non in re.
- 16 Canonici clerici primi gradus honorabiliores alijs beneficiarijs.
- 17 Canonici quare ita dicti. Canonici harmonici Pythagorici qui, eod.
- 18 Canoniorum alijs regulares, alijs seculares. Canonici regulares qui, eod.
- 19 Arnulphus canonicos regulares auspicatus. Monachi canonici facti, eod.
- 20 Canoniam seculares mulieres.
- 21 Beguine.
- 22 Præbenda præbendarum & canonicorum, ex tribus, præbenda, diarijs, & de mensa.

- 23 La grosse, inter præbendatos quid.
- 24 Distributiones quotidianæ, manualia dicuntur presentibus debita.
- 25 Canonici abſtinent studiorum causa quid ex præbendis percipiunt, & 26.
- 26 Mensa fructus quomodo, & quando inter canonicos distribuuntur.
- 27 Canonici nuper recepti habent aequalem partem in fructibus mensæ cum antiquis.

Præbendati ab eo, quod victus causa præbatur in ecclesijs dicuntur. Præbenda enim absolue in plurali numero apud priscos dicebantur quæ parochi quotidie legatis publicè missis exhibere tenebantur, ligna, sal, ut innuit Horatius, Proxima campano ponti que villula teſtum. Præbuit, & parochi, que abent ligna, sal, & vine.

Vocant iura codicis salgamum, quod præbatur ab hospitijs militibus, quo tamen nomine non veniunt culcitæ, lignum aut oleum. Meminit & Gellij Bassi fortuna, & eum dum adoleuisset victum sibi egrè quæsiuisse, fordidèque inuenisse, comparatis mulis & vehiculis, magistratibus qui fortiti prouincias fuissent præbenda publicè conduxisse. Ab eadem declinatione Varro vocat præbia ἀλεγεινήρια, vel amuleta, à præbendo. Vt si lorum detur quod si remedio pueris. Et alibi, verbum præda & prædes, à prædado ducit, quod ea pignore data publicè mancipes fidem præstent. Erant & largitiones ab imperatoribus factæ prouincialibus, quæ & præbenda dicebantur, vt apud Cassiodorum, præcedarum, inquit, tenor adſcripsit, quem nostra diuersis largitur humanitas prouincialibus, &c. In iure pontificio & beneficiorum tractatu præbenda in singulari numero, eadem tamen significatione, vsurparunt. Hæcque dupli-

9 Altera quæ tantum conceditur clericis titulo beneficij. Laicis præbentur ab ecclesijs quædam annonæ stipendiorum gratia, ratione obsequij vel officij, vel solitudinis impensæ in ecclesiam: cuiusmodi sunt quæ præbentur aduocatis, syndicis, & alijs. Imponuntur & ecclesijs onera annonarum præbendarum nobilibus pauperibus, vel ob securitatem temporalem, vt scribit Compostellanus, & post eum Panormita, locum habere in Ecclesia S. Martini Carnotensis. Atque idipsum Symmachus Papa, ratione temporalis concessio-

8 nis permittit. Et D. Hieronymus omnibus monasterijs præcepisse videtur. In Gallia in monasterijs quæ regij iuris sunt & fundationis vel donationis regis præbendæ huiusmodi sunt, in quibus principes milites membris mutilos pauperes, etiam inuitis monachis alendos quandiu vixerint statuit. Et sæpè ita iudicatum Tholosæ vidi à curia suprema, repugantibus monachis Largitioni regis & codicillis eius. Nec mirum si princeps ita possit statuere, cum præbendæ in fructibus consistant propria natura, quorum & laici capaces sunt. Alterius generis præbendæ quæ debentur clericis, spirituales dicuntur, & beneficij ecclesiastici nomine censentur, quod habeant spiritale munus annexum, diuisis portionibus tamen, non antea. Hæc rursus vel simplices vel canoniciales dicuntur. Simplex præbenda, est ius spirituale recipiendi certos præuentus, in Ecclesia collegiali competens ob diuinum officium cui præbendatus inferuit. In spirituali consistit titulus, in

8

8

8

9

e Horat. Serm. Satyr. 5. & ibi Acton.

d l. de salga. hospitijs, non præd. lib. 12. c. tit. 41.

e Gellius, lib. 15. c. 4. f Varro, lib. 6. de ling. Latin. g Varro, lib. 4. de ling. Latin.

h Cassiod. lib. 5. tit. 11.

i glo. in c. cum Martinus, in verb. receperunt, de constitutio. & ibi Panorm. nu. 22.

k Panor. in d. ca. cum Martinus.

l ca. possessio. nes, 16. q. 1. m D. Hiero. ad Damas. & in can. fin. 16. q. 1.

n c. maioribus & c. cum causa, 36. de præb.

o ca. ex parte Hastensis, ca. 10. de concess. præb. lib. 3. Decret. tit. 8. p interpretes in ca. cum Martinus, & ibi Felinus num. 3. & Panor. nu. 22. & 23. de constituto.

temporalibus præbendarum substantia. Simples præbendæ possidentur per clericos secundi ordinis in Ecclesia collegiali. Quorum aliqui ratione officij diuini maioris, quod exequi debent exemplo, & loco canonicorum, qui per vices integras hebdomadas solennia missarum & officij diuini peragere tenentur. Hebdomadarij dici possunt aliquando, & qui vno gradu simplices præbendarios antecedunt. Sunt & alterius generis simplicis præbendarij, dicti assij: vel mansionarij alicubi dicti, *habituæ*, in Gallia. Canonialis præbendæ ea dicitur, quæ est annexa canonicatum, quæ uero ea omnia continet quæ simplici concluduntur, & ultra habet vocem, seu ius suffragij ferendi in capitulo, exedram seu stallum in choro seu in peristylijs, & alicubi, vt Cadurci, pacis osculum. Hæc enim habent canonicis, modò sint subdiaconi:

13 Nam qui non sunt ad subdiaconalem ordinem promoti, sententiam non dicunt, id est, non habent vocem in capitulo. Quemadmodum neq; illi qui creati dicuntur canonicis in herbis, vel honorarij, vel ad effectum obtinendi primam vacantiam præbendam, qui nec quotidianas distributiones seu diarias annonas habent, nec actibus capitularibus interfunt: nempe quòd propriè non sunt canonicis, habita ratione præsentis temporis, quales mandatarij vel qui habent literas expectationis. Quia qui habet canonicatum sub expectatione præbendæ, habet quidem ius ad rem, sed non in re: & qui verè habet canonicatum, habet vel habere debet in præsentem vel de proximo præbendam. Innocentius rarus est, canoniam longè honorabiliorem alio simplici beneficio, & idcirco canonicos dici clericos primi gradus, alios etiam beneficiatos secundi gradus. Canonici qui annonam statam habent, & priuilegia certis maioribus clericis destinata dicuntur *in præsentem*, id est, qui in album talium clericorum in Ecclesia relati sunt: siue qui canonem, id est, demensum ex Ecclesiastico arario capiunt, vel primi in Ecclesia, quæ admodum à Pythagoricis dicebatur *καρπονοιοι* harmonici, qui primas in iudicando partes longè que ratas maximè rationi adscribebant. Canonico- rum & canonicatum præbendæ iterum, vel monachales seu regulares sunt, vel seculares. Regulares sunt in monasterijs, vnde veritum ne quis in duobus monasterijs locum occupet. Et ij etiam habent suffragij ius in suo capitulo. Scribit autem Volaterranus, Arnulphum abbatem canonicorum regularium ordinem auspicatum circa annum Domini 966. Munsterus tamen notat, Spirense, Vuormaciense & Maguntinense canonicos, monasticæ vitæ professione abiecta seculares fieri & seorsum habitare cœpisse circa annu Domini 966. Sed isti inter seculares annumerandi, vt plerique alij in Gallia & alibi, qui eius generis sunt, non regulares. Sunt & mulieres etiam, quæ vulgò dicuntur canonicæ seculares, viuentes exemplo secularium canonicorum, quæ non renunciant proprijs, nec professionem vllam faciunt, quas concilium Viennense non probat, verum & eas visitari, nominatque eas beguinas: atque illis iubet aliquam viuendi normam & regulam monachalem deligere. Cæterum annona quæ præbetur præbendatis & canonicis, tribus modis distinguitur, & ex tribus variè constat. Nam vel præbendæ separata & statim annua est, vel consistit in diarijs seu distributionibus quotidianis: vel percipitur ex mensa communi, si sit p. Præbendæ nomen referunt ad id quod vocant,

la *grasse*. Quotidianæ distributiones, manualia dicuntur quoque beneficia, seu victualia: quæ tantum præsentibus officio diuino diurno distribuuntur. Qualia ea, quæ ex annuarijs dispensantur tantum ijs, qui orationibus interfunt, non autem absentibus, etsi studiorum causa absint, quibus præbendæ tamen integra remanet. Fructus mensæ dicuntur ea, quæ ultra præbendæ fructus, vel diaria & manualia, ex alijs rebus capituli colliguntur simul, & in communi referuntur, distributi non certo tempore, sed aliquando cum inter canonicos participes placuerit. Quorum quoque qui absens studiorum causa est, fit particeps, non autem alij sine causa, vel ea illegitima absentes. De his fructibus annotat vnum valdè singulare Calderinus, vt si hoc anno contingat diuidi fructus mensæ qui præteritis annis collecti & coacti fuerint, canonicos qui vel hodie, vel nuperimè fuerint creati seu instituti vel ordinati, æqualem partem cum cæteris antiquis facere. Quod etiam scribit Felinus.

De Curionibus, rectoribus, parochis, plebanis, & vicarijs. Cap. 24.

- 1 Curiones & curati vnde dicti: à cura & curia.
- 2 Curionum seu curatorum officium & munus.
- 3 Curionis qualitas & ætas.
- 4 Ecclesia reparari à quo debeat, & num à curione.
- 5 Decimarum pars Episcopo debita hodie quare remaneat apud curionem.
- 6 Parochi & parochiani quis, & quare ita dicti.
- 7 Parochia & parochi quid.
- 8 Parochia etiam diocesis, episcopalis dicitur.
- 9 Parochiani quare in parochia propria debent baptizari.
- 10 Rector Ecclesie quis dicatur, & quare, & quid rectoria.
- 11 Rectoris nomen generale ad plura pertinens, & eius officium.
- 12 Plebanus quis, & quare dictus.
- 13 Plebania aliquando maior rectoria.
- 14 Plebs in plebania & alibi quomodo intelligatur.
- 15 Vicarius perpetuus quis, & quare dictus. Vicaria perpetua, beneficium & quale. eod. & 18.
- 16 Prior beneficiatus quis.
- 17 Vicarij perpetui, & temporalis differentia.
- 18 Prioratus cum vicaria perpetua quid.
- 19 Rectori vel vicario perpetuo congrua debita portio beneficij, & peti potest.
- 20 Congrua portio vicarij perpetui quomodo constituenda, à quibus supplenda, formula petendi, coram quo iudice petatur, & qua quantitas congrua portio.
- 21 In congrua pensione vicarij perpetui que sunt consideranda.

Beneficio, quod curam animorum habet, denominantur, curati melius curiones parochi, rectores, parochi, vicarij perpetui. Sacerdotia enim sunt, quibus inest cura animarum, alia immunita ab illa sollicitudine, vt in beneficijs paulò post, Deo fauente, latius docebitur. Curiones rectè dicti à curijs etiam, id est, à regionibus vrbs, quibus in sacris præponitur, vt est apud Varonem: quemad-

q in d. c. vni- coglo. r. c. o. lino. c. 16. de verb. signific. s d. c. vnic. de cler. non resi. in Sext. c. de castro, eo. tit. ap. Greg. c. licet, de prab. ap. Greg. Felinus, in c. Iacobus num. 1. de Simon. Panor. in c. licet, in fine, de prab. conf. 21. v Calderinus, tit. de præben. x Felinus, in c. Iacobus, nu. 1. de Simo.

a. s. ca. dilecto. c. 25. de pig. ben. ap. Greg. b. c. penult. de elec. non resi. d. c. 1. ibi gl. 1. ap. Greg. l. 3. tit. 4. c. c. dilecto, & c. pro illorum, de prab. d. c. e. m. a. de g. late & qualita. in c. e. m. c. ex. ratione, eo. tit. ap. Greg. e. Immo in clem. si de pig. ben. col. 2. Rebuffus, in s. si. de referua. in Concorda. f. in Rota de c. 44. tit. de præben. in nouis. Staphilius in prima forma gratiarum expectationum. g. c. si. de concess. præben. in Sext. h. ca. relatum, & ca. dilectus, de præben. c. cum super, de concess. præben. c. cum Martinus, de constitutio. i. Inno. in c. sedes, de referi. c. Cel. Rhodiginus, l. 3. c. 11. l. c. si. de regulat. ap. Grego. & c. ne nimia, s. si. de religio. domi. gloss. in Clem. 2. de iudic. m. c. constitutis, 47. de elect. ap. Greg. n. Clem. 2. de stat. monac. c. indemitati- bus, 43. s. pen. de elec. in Sext. o. c. 1. de relig. domi. & vt episc. sint subiec. ap. Clementem. p. vidend. c. vnicum, c. 1. g. n. c. de elec. non resi. in Sext.

quemadmodum Romæ quæ per curias diuisa erat, tempore idolatriæ ex singulis curijs præficiantur sacris & deligebantur ad sacerdotium, ex lege Romuli. Et curia & curiones à cura regionum seu locorum & hominum eorum dicebantur. Proinde curiones in sibi concessis locis curam suscipiunt distribuendorum sacramentorum personis sibi subditis, prædicandi verbum Dei, audiendi exomologeses, diuinorum officiorum, absoluedi confessa delicta. Quòd fit, exigi in eo qui curionis munere fungi vult, & potiri beneficio, cui cura animorum adhæret, probatos mores, ætatem 25. annorum, saltem vt legitimam, ordinem sacerdotalem actu, vel vt eum consequatur intra proximum annum à die adeptæ pacificæ possessionis Ecclesiæ, vt per se hanc fori pœnitentiarij, ligandi & absoluedi potestatem, & reliqua quæ sui muneris sunt, & quæ non possunt nisi à sacerdotibus fieri, præstare possit. Ad eius curam quoque pertinet, ex rebus sacerdotij templum sartum testumque conferuare. Cum enim antiquitus Curio partiretur rebus beneficiarum cū Episcopo, qui & fabricæ curam subibat, & cum pauperibus, tertia vel quarta parte contentus, tunc immunitis quidem erat ab hoc onere. Sed hodie Episcopalis pars eius rei gratia, & pauperum quoque quæ in pauperes distribuenda est, apud eum remanet. Vt non immeritò quædam glossella dicat, non teneri laicos ad contributionem fabricarum Ecclesiasticarum coactè. Mul- tiorque minus debent conqueri, si pro pauperum alimentis de rebus cõferre cogantur, qui spõ- tè suam debitam opem illis non præstent. Dicuntur & isti curiones parochi, vt proprio constat titulo *παροχης* Græcis præbitio est, *παροχος*, qui magistratibus & legatis annonas salis & ligni præbebat, vt antè meminimus in præbenda. Hinc parochia, parochi, Ecclesiæ parochiales. Et curio, vt diximus, sacramenta, & alia præbet subditis: illi contra curioni dant decimas, & alia ad cultum diuinu necessaria in Ecclesia quam extruxerunt: & propriè istis decimæ debita. Et forsitan dici parochias ab agrorum assignatione, qui eas præstarent, non erit alienum. Sic apud Pomponium Latum, *comiibus*, inquit, & *ducibus* qui pro imperij augmento consenuerant, dabantur agri, villæ, vt necessaria suppeterent, quæ ad viuendum, quos parochias vocabant. Quamquam non me fugiat Budæum parochias non parochias legendum esse annotare: quòd *παροχία* sit vicinia & accolarum conuentus, habitatio, curia, vnde curiones, *ἀπὸ τῆς παροχίης*, ab eo, quòd iuxta habitent. Vtramque namque lectionem probò, & ita conuenire arbitror, vt vna aliam non expungat, & hoc nomine antiquos Christianos vfos fuisse fidem facit D. Augustinus 9. *Fuit*, inquit, *presbyter quidam nomine Restitutus, in parochia Calamitis Ecclesie, & c.* Tunc enim distincti erant fines parochiarum, sicut & diximus tempore Dionysij summi Pontificis per orbem iussu eius factum. Quare & parochia pro loco beneficij accipitur. Etsi de Episcopatu agatur, pro diocesi quoque: singulis enim Episcopis & curionibus distributa fuerunt Ecclesiæ, & loci definiti, vt de his curam habeant & reddant rationem. Et definitionem limitum inter substantialia parochiæ annumerat Ludouicus Romanus. Videbis autem in quibus consistant iura parochiarum apud Alexandrum. Proinde vt cognoscant curiones, de quibus in eunda est eis cum Deo ratio, rectè institutum est, vt nati in

propria Ecclesia à suo pastore vel eius vicario baptizentur: & fontes baptisimalis, seu baptisterium in Ecclesia parochiali, non alibi sit, vbi natus & fidem, & nomen profiteatur. Quemadmodum & fiebat aliquando, natorum professio nominis & gentis apud Romanos. Rector appellatur & curio, sacerdos qui plebem & populum sibi commissum regit. Rector itaque Ecclesiæ dictus, & beneficium rectoria: idem quod cura pastoris optimi. Sicque hic rector, alius est à rectore quolibet qui & secularis esse potest, & Ecclesiæ, & alterius rei, & alterius, quàm Ecclesiasticæ potestatis. Omnis enim, qui imperat, moderatur, & regit, rector dici potest: vt rector provinciarum, Academiæ, ciuitatis, & sic de similibus. Quorum officium paucis explicat Ecclesiasticus. *Rectorem*, inquit, *se posuerunt, noli extolli, esto in illis quasi vnus ex ipsis, curam illorum habe, & sic considera: & omni cura tua explicata recumbe, vt lateris propter illos, & ornamentum gratie accipias, & dignationem consularis corrugationis*. Plebanus ipse idem curio à Honorio 3. summi Pontifici, dicitur, qui habet plebis curam, & beneficium quoque plebania: Itali populum *la pious*, & plebeum, *il piovano*, nominant. Est tamen aliquando plebania aliud genus beneficij & maius, quàm rectoria, habet sub se capellas, vt notant interpretes, qui & eam dignitatem esse putant. Plebs hic pro omnis generis populo accipitur, non autem tantum pro feceris populi, quæ Græcis *ἄλλος* & *πληθος*, turba, semotis paritibus, & senatoribus, vt distincta erat à Romulo. Quare subditi erunt parochi sacerdoti, non tantum viles & plebeij, sed & nobiles, & senatores, & principes parochiæ. Ita plebem facere dicuntur in iure decem mancipia, aut decem homines: plures quàm decem aut quindecim, turbam. Vicarius perpetuus, & curio quoque est: isq; animarum curam habet. Manuit autem origo curæ eius generis, à tempore quo, qui beneficium possidebant habens animorum curam, quod assiduitatem seu residentiam exigit: cœperunt excusari, ne assiduitatem in loco beneficij redderent, ob maiorem dignitatem aduenientem, vel quòd fructus capitulo alicui vel collegio assignati fuerint, vel aliam ob causam, & proinde constitui cœpit vicarius, isque perpetuus cum aliqua fructuum beneficij portione qui reget actu populium, in Ecclesia præpositus ex constitutione eius, qui alios fructus perciperet, approbante & instituyente Episcopo. Et sic vicaria perpetua, beneficium dicitur: atque eo modo ex vno beneficio duæ factæ appellationes: sed vnus prior rector, vnde prior absoludè dicitur, alter verò ab eo præpositus qui actu regit, vicarius est perpetuus cum institutione Episcopi. In qua institutione differt à vicarijs alijs temporalibus curionum. Primum quia & hic rector est actu, vt prior est rector habitu. 2. quòd morte etiam prioris non reuocatur eius potestas. Alij autem vicarij temporales, sine Episcopo à curionibus præficiuntur, instituuntur, & destituuntur nutu coru. reguntve illis præsentibus, vt coadiutores vices eorum exequentes, ex communi omnium qui vices aliorum gerunt natura. Nam quibus in rebus interesse non possunt, in his operæ nostræ vicaria fides amicorum supponitur. Quòd si absens curio sit, vicarius temporalis eius nomine non potest regere, nisi accipiat & impetret literas, vt dicunt de regendo, ab Episcopo: quod in vicario perpetuo diuersum est: Quia ab Episcopo semel authorita-

a Dionys. Halic. in 2. b clem. dud. s. verò, de sepultu. c. 1. eod. tit. ap. Grego. c. 2. de parochi. d. c. omnis v. triusq; sexus, de pœnit. & remis. can. placuit, de pœnit. dist. 6. e. c. licet, can. 14. c. statutum, 22. & ca. commissa, de elec. & in Sexto, lib. 1. tit. 6. f. c. de rebus, & ca. quatuor, 12. q. 2. can. decernimus, 10. q. 1. g. can. placuit, ca. pœnit. can. vnio, 10. q. 3. h. gl. in d. can. quatuor, 12. q. 2. i de parochis, & parochiali. 3. Dec. tit. 29. k. d. c. licet canon, & c. statutus, de elect. in Sext. l. c. quoniam à nobis, & toto tit. de decimis. m. can. de sepult. c. nemo, de consecrat. dist. 1. n. c. cum sic, de consecrat. eccle. c. reuertimini, & can. decima, 10. q. 1. Malach. 3. o. Pöpo. Lat. in Constantino. p. Budæus in Cöment. Lingua Græca. q. D. Augusti. lib. 14. de ciuit. Dei. r. ca. quoniam à nobis, de decimis ap. Grego. cum simil. s. ca. bona rei, 12. q. 2. c. ad apostolicæ, c. 20. de decimis, lib. 3. Decret. tit. 30. c. significauit, c. 6. de offi. ordin. lib. 1. Decret. tit. 31. t. c. ecclesias, 21. q. 1. v Ludou. Romanus, consil. 356. incipiente circa primum, colum 1. x Alex. consil. 74. in 4. volumine, incipit. vifo.

y ca. plures baptisimalis, 16. q. 1. z. Plut. in Parallelis. a. c. 1. de capel. mona. ca. 3. de vit. & honest. cleric. c. fin. 61. dist. b. c. 3. de cler. agro. lib. 3. Decret. tit. 6. c. si. de prab. lib. 3. Decret. tit. 5. d. cano. sic rector, 4. dist. e. vt in c. si. de iudic. lib. 2. Decret. tit. 3. c. aduersus, de immuni. eccl. & tit. de offic. rectoris provinciarum. f. Ecclesiasticus, c. 32. g. c. si. ne clerici, vel monac. se culat. nego. se immisceat, li. 3. Decret. tit. 30. c. 1. eod. tit. in Sexto. h. d. c. 1. ne clerici, vel monac. in Sexto. i. Iosines Andreas in additionibus glad. c. 1. ne clerici in Sexto. in verbo Capellas. Archid. in c. plures, 16. q. 1. nu. 4. k. s. plebificiti, de iure natura. Gellius, lib. 10. ca. 20. Dionys. Halic. lib. 1. ca. vnico, 10. q. 3. gl. in c. de elec. ap. Grego. m. l. prior ait, l. 4. s. prator ait, vbi b. repret. p. n. c. in de offi. vicarij. Decret. tit. 28. c. extirpatis, qui verò, de prab. c. si verò, c. 6. eo. tit. in Sexto. o. c. 3. de offic. vica. c. ad hec, eo. clem. 1. c. tit. ap. Clem. Michael, de filiis presbyter. lib. 1. Decreta. tit. 17. p. clem. 1. de offi. vic. q. c. ad hec, de offi. vicar. r. ca. 94. dist. 1. de offi. vicar. lib. 1. c. tit. 38. c. penult. de offi. vicar. ap. Grego. c. si. eod. tit. in Sexto. s. Ciceron. pro Rosci. Amer.

tem quandiu vixerit, acceperit, presentante prior-
 18 re, & ita consentiente. Quocirca annorandum est,
 vicariam perpetuam vnum esse videri beneficium
 cum prioratu, cui annexitur: siue sit prioratus
 regularis siue secularis: totidem enim eius species
 esse possunt. Proinde ex eo beneficio æquum est,
 19 vicarium perpetuum idoneam & sufficientem
 congruamque portionem capere: siquidem Epi-
 scopus non debet consentire vnioni Ecclesiarum,
 priusquam congruens portio earum presbyteris
 referuerit: nec presentatum à prioribus, nisi is
 habeat, vnde commodè viuere possit, & iura
 Episcopalia soluere. Potest tamen & Episcopus
 presentatum admittere primò si velit, & postea
 presentantem cogere idoneam & sufficientem &
 congruam ex fructibus beneficij pensionem illi
 prestare. Id ipsum sequendum quando beneficia
 20 menta capituli, Episcopi, abbatis vel monasterij
 fuerint vnita, vel si dantur temporalia beneficia
 religiosa: tunc namque & referuanda congrua
 portio vicarijs perpetuis Ecclesiarum. Congrua
 portio seu pensio vicarij consideratur aliquando,
 habita ratione oneris impositi eidem vicario, in-
 terdum ex constitutione modicæ pensionis, in-
 terdum ex pactione: quando priores, vel qui præ-
 sentant vicarios, cum illis paciscuntur, vt illi pen-
 sionem prioribus soluant, & reliquos fructus suos
 faciant. Contingit autem vt id, quod relinquunt
 deducta pensione soluenda, victui non sufficiat:
 quo casu agitur per vicarium ita pressum, ad le-
 uandum onus pensionis. Quandoque etiam vi-
 carius partem aliquam fructuum accipit, sed non
 sufficiens, & tunc eam augeri postulat ab ijs, qui
 fructus percipiunt, siue sit Episcopus, siue mona-
 sterium, vel alius prior, vel patronus laicus, aut
 Ecclesiasticus qui presentauerit. Et si plures sint
 qui possideant decimas vel fructus beneficij, à
 singulis pro modo possessionis petet, secundum
 formulam quæ in curijs frequens est. Nempe ab-
 solutè proposita petitione decimarum antiqua-
 rum, & noualium: & vt interim possit sacramenta
 parochianis ministrare, per modum prouisionis,
 adjudicari congruam portionem, quando prior
 vel patronus suæ possessionis & sui iuris ostendit
 titulum: atque reformari pensionem vsque ad
 quartam partem fructuum, quæ clericis curio-
 nibus debetur. Agitur autem pro congrua hac
 pensione coram ordinario loci episcopo, vel Ar-
 chiepiscopo, & sede vacante coram capitulo,
 nempe quòd & hoc sit iurisdictionis Episcopalis,
 quæ transit in capitulum sede vacante, vel cor-
 am conferuatoribus Academicarum. Agitur &
 interdum coram iudice seculari, si de possessione
 decimarum antiquarum & noualium, coram eo
 pendeat quæstio, veluti de incidente controuer-
 sia, quæ ad iudicem potioris causæ, ne diuidatur
 eius notio, pertinet: idque per modum prouisio-
 nis, vt pendente lite interim alatur sacerdos,
 qui actu curæ infidet. Cæterum in constituenda
 portione congrua vicarij, iudex habebit ratio-
 nem victus vicarij & alimentorum sufficientium,
 21 secundum qualitatem personæ & quan-
 titatè prouentuum beneficij: nam qui in digni-
 tate est, maiora percipere debet, & meretur.
 Item, vt diximus, habebitur ratio onerum subeun-
 dorum Ecclesiæ & Episcopatum, aliorumque cle-
 ricorum, quos secum habere debet, & reparati-
 onis Ecclesiæ.

a ca. si pro eo, de præben. in Sext.
 b d. c. extrap. de, §. quia ve- r. de præb.
 c. c. exp. post. 5. fin. de præb.
 d. c. de præb. in Sext. c. de monachis, eo. tit. ap. Grego. elem. de iur. patro.
 e. d. c. de mona- chis, iura po- nitur episco- palia in c. con- quente, de off. ordin.
 f. iuxta ordi- nem literæ cle- men. primæ, de iur. patro.
 g. c. in Latera- nens. & c. de monachis, de præben. elem. vni. de off. vi- cat.
 h. c. 2. de sup- plen. neglig. prælator. vide Rebuff. in tra- ctat. congruz pensio. nu. 38. & 39.
 i. cap. si. de suppl. neglig. prælator. c. a- uaritia. cap. de monachis, c. in Lateranens. de præb. apud Greg. c. i. eod. tin. §. elem. 2. de iur. patro. k. argu. l. §. de alimen. & c. i. de iur. patro. l. si libertus, in l. §. libertus, de bo. liberto. P. l. Rebuff. in c. quæst. con- gruz pensio. m. Rebuff. in tract. de pacif. possessor. ampliatio. 18.
 n. ca. de redi- tibus, ca. qua- tuor. 12. q. 2. o. c. 2. ne sede vac.
 p. Rebuff. de congrua pen- sio. num. 58.
 q. eo. Rebuff. num. 59. argu- mento l. quo- ties, de iudic. C. & c. tuam, de ordine co- gnatio.
 r. c. pen. 12. q. 1. c. de his, de eccl. edific.
 s. l. eum vnus, §. h. de alimen. leg. P. l. fed. et. §. v. de vlu- fructu. in P. l. eum post. §. ge- ner. & l. qua- ro, de iur. do- ti. P.
 t. c. de multa, de præb.
 v. c. vt quisq. de vita & ho- nest. cleric. c. propositus, de filijs presby- terot.
 x. c. p. f. f. de lis qua- siunt, à prælat. sine conuen. c.

De Coadiutoribus. Cap. 25.

- 1 Coadiutor quis.
- 2 Coadiutor viventi datur presbiteri, non autem in præ- sulis locum alius subrogatur.
- 3 Coadiutores Mosi, & alijs dari.

Non solum vicarij temporales, de qui-
 bus proximo capite superiori dictum
 est, coadiutores dicuntur, sed & alij
 qui munus presbiteri cuiusque in Eccle-
 sia suppleant: quia tamen titularij, non sunt, sed con-
 iunguntur titularijs si ipsi ægritudine perpetua
 laborent corporis, vel nimia senectute prematur,
 vel alia rationabili causa, sine crimine tamen, non
 possint munus suum exequi. Quandiu enim viuunt
 2 veri titularij, nunquam alius in eorum Ecclesijs
 subrogatur, & proinde coadiutores dari rece-
 ptum est. Sicuti & religiosè fuit apud ethnicos
 obseruatum, vt nec viventi, quantumvis crimi-
 num rei, summum pontificatum alteri concede-
 rent. Qua ratione Octavius Augustus, recuauit
 summum pontificatum à populo sibi oblatum, vi-
 uente Lepido pontifice. Sicut enim inter præla-
 tum & suam Ecclesiam dicitur coniugium, sic nec
 illud dissolui, vel Ecclesia alteri viuente pasto-
 re, etsi destituito viribus, dari sine adulterij crimine
 potest. Non secus, quam legitimum matrimo-
 nium inter coniuges, extra mortis causam iure
 communi indissolubile est. Accepit Moses in
 3 adiutorem legationis imposita Aaron fratrem, &
 in munere iudicandi, ex consilio Ietro adiunxit
 sibi tribunos & centuriones. Habuerunt Apo-
 stoli coadiutores, vt D. Petrus Linus, & Cletus.
 Prisca, & Aquila, & Timotheus adiutores D. Pau-
 li. D. Augustinus à Valerio noræ sanctitatis Epi-
 scopo Hispanensi, Episcopalis officij adiunctus
 adiutor. Et Valerius Cæsar Augustanus Episcopus
 D. Vincentium coadiutorem in enunciando Dei
 verbo habuit, propter linguæ impedimentum,
 quo Valerius officio eo fungi non pote-
 rat.

y. c. 1. de con- cess. præb. z. rota 7. q. 1. & can. 1. 2. 3. 4. de cler. agrotan. libr. 3. Decret. tit. 6.
 a. Dio Cass. li. 49. historia.
 b. c. licet vir. 7. q. 1. c. quanto, de translat. e- pisc.
 c. si de con- dit. aposto. D. Matthei c. 19. ca. quos Deus, 33. q. 2. c. qui- cunque, & c. quanto, de di- uor. c. fin. de adulter.
 d. Gen. 4. & 7. e. Exod. c. 18. & Numerorum c. 11.
 f. ca. si Petrus, §. q. 1. g. ad Rom. c. 16.

De Intitulatis. Cap. 26.

- 1 Intitulatus unde dicitur, & quid titulus ordinati.
- 2 Titulus à quibus constituitur, & 9.
- 3 Sine titulo nemo ordinandus.
- 4 Clerici qui dicantur verè.
- 5 Clerici seminarium maiorum ordinum, & sacer- dotes ex approbatis.
- 6 Mendicitas in clero turpis visa, non paupertas vo- luntaria.
- 7 Sacerdotes Romanorum censum sufficientem ha- bebant, antequam legerentur.
- 8 Clerici non possunt fieri alijs obarati.
- 9 Titulus non potest capi à creditoribus intitulati.

Intitulatus inter personas Ecclesiasti-
 cas annumeratur, à titulo dictus. Ti-
 tulus porro dicitur à ruendo, quòd fa-
 ctum sui authoris tueatur. Factum au-
 tem, quod hic tutandum & defendendum, est or-
 dinatio clericorum in gradus maiores, quæ con-
 cilio Lateranensi non permittitur, nisi de eo qui
 habet

a. c. episcopus, c. 4. de præb. ap. Grego.

b. can. sancto- rum cano- num, 70. dist.

c. c. 1. 70. dist.

d. can. clerico, 21. dist.

e. Niceph. Ca- lix. li. 1. c. 30.

f. Lamprid. in Alex. g. Deute. 17. ibi non sit omni- no mendicis inter vos. h. can. Diaconi sunt, 93. dist. i. Dionys. Ha- licat. in 2. hist. k. Sabellius, & Sigib. l. Bonifacius Simoneta, lib. 4. epist. c. 9. m. c. 1. & 2. de feruis ord. lib. 1. Decret. tit. 18. auth. si feruis, episc. & cler. C. n. l. quisquis, l. 27. & l. offi- ciales, 4. de e- pisc. & cler. C. o. de qua in c. 1. de oblig. ad ratiocin. ordi. vel non, & ibi gl. ap. Greg. p. vt in ca. epi- scopi, §. de. dist.

habet bona, vnde Deo extra seruilia opera, possit
 commodè & honestè inferuire. Titulus, & vi-
 uendi veluti reditum, coram episcopo sibi con-
 stituunt ordinandi ex suis proprijs facultatibus:
 interdum alij nomine ordinandorum res proprias
 obligationi ei subiiciunt, ea lege vt quandiu or-
 dinati vixerint, possint alimentis inde necessarijs
 capere, vel donec beneficium ecclesiasticum ade-
 ptus fuerit ordinatus. Interdum quoque intitula-
 tus in ecclesia dicitur, is qui ab aliqua ecclesia ad-
 missus, & dignus habitus est, qui stipendij eius
 nutriatur, vel annona seu præbenda vel capella
 3 fruatur. Et hic verè titulus, qui aliquando tan-
 tum capax maioris ordinis promotione vt proba-
 tus habebatur, non alij, ex concilio Vrbani Pa-
 pæ b. Et ita in concilio Chalcedonenf. cautum
 quoque, vt nemo ordinetur, nisi manifestè, in ec-
 clesia suæ ciuitatis siue possessionis, aut in marty-
 rio, aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur pu-
 blica ordinationis vocabulū, & aliter ordinatus,
 vel absolutè ordinatus, non habeat manuum im-
 4 positionem. Et verè quidem dici tunc possunt
 clerici secundum nominis significationem, qui
 fortis Domini & ecclesiasticorum bonorum facti
 5 sunt participes. Sicque ex titulis istis & cleri-
 cis solummodo, subdiaconi, & ex illis diaconi: vt
 & ex diaconis, presbyteri dignitatis sunt. Vt anti-
 quitus etiam. Non enim Christiani suos delige-
 bant sacerdotes, nisi ex iam approbatis: vt etiam
 obseruauit Alexander Cæsar, quando de legendis
 rectoribus prouinciarum actum est. Turpis in
 clero visa est mendicitas, etiam si semper dilecta
 fuit voluntaria paupertas, & diuitiarum contem-
 ptus. Quare episcopus in hoc clero prospicere
 6 debet, ne ordinatus mendicantem cogatur am-
 7 plecti. Neque etiam Romulus in sacerdotium
 suarum curiarū deligi voluit, quam qui haberent
 8 censum sufficientem. Reiecti & ab ordinatione
 clericali, qui obarati erant, per Bonifacium I. sum-
 pontific. quod tamen ad seruos refert Bonifa-
 cius Simoneta, videlicet, ne illi dominis obnoxij
 ordinarentur. Et ita quoque cautum in concilio
 Tolitano dominis repugnantibus. At per-
 misit Leo Imperator obaratos quoque præter
 causam primipilarem, in numerum clericorum
 recipi, adhibita tamen distinctione concilij
 9 Carthaginens. Efficit autem intitulatio ne bo-
 na titulo supposita creditoribus exposita sint, si à
 non obligato pro obligato in titulum dentur. Pro
 titulo etiam sunt beneficia p.

De Pensionario. Cap. 27.

- 1 Pensionarius ecclesiasticus quis.
- 2 Pensio ecclesiastica quomodo constituitur in ec- clesia. eod.
- 3 Pensio ex beneficio in titulum dari non potest.
- 4 Pensionis constitutio afficit personam, non rem. eodem.
- 5 Pensio beneficij nomine non venit. eod.

Inter personas ecclesiasticas inuenies
 quoque pensionarium, qui annonas,
 seu pensionem aut portionem capit ab
 aliqua mensa, vt dicunt, capitulari, vel
 ab aliquo beneficio, seu ecclesia: interdum mer-
 cedis nomine, aut in remunerationem præstiti
 commodi, vel alia de causa iusta. Quæ eatenus
 iusta videtur, si modò clericis, à quibus capitur

q. l. quæsitum, l. 14. de pig. o. lib. 20. P. tit. 1. r. c. quicunq. 12. q. 2. ca. pos- sessiones, 16. q. 1. Oldra. consi. 226. incipien- te, quidam e- piscopus. Gi- gas tractat. de pensio. q. 3. & 54. & 67.

penfio, relinquatur quantum exigitur pro obse-
 quio & munere cultus diuini eis imposto, & ad-
 hibetur superioris in constitutione pensionis au-
 thoritas. Alioquin enim illicita & prohibita est,
 exemplo nouorum censuum & onerum quæ im-
 poni nequeunt. Neque etiam licebit iure pen-
 sionem in titulum beneficij dare, vt fit aliquan-
 do: ne sectionem beneficiorum prohibitam ad-
 mittamus. Et proinde receptum est, pensiones
 super beneficio constitutas, per possidentes bene-
 ficia, non adharere beneficio, nec eos qui in eo
 succedunt obligare, sed constituentis personam,
 & non rem. Atque in mandatis summor. pontif.
 vel alij rescriptis de prouidendo, vel ad benefi-
 cia, non continentur, appellacione beneficij, pen-
 siones.

s. ca. auaritia, c. 10. de præb. lib. 3. Decret. tit. 5.
 t. c. prohibe- mus, de censib. lib. 3. Decreta. tit. 39. clemen. 1. §. eadem, de supplen. negli. v. Cardina. in clement. 1. de supplen. negli. prælat. Abbas Fan. in c. con- querente, de cler. nō resid. in c. ad audien- tiam in 2. de refecti.
 x. c. maiori- bus, c. vacate, ca. cum causa, de præben. ap. Grego. ca. vt nostrū, vt eccl. iust. benef. sine di. confer. c. an. 2. q. 1.
 y. c. nisi essent viri prouidi, de præben. in Sext. z. c. quamuis, de præben. in Sext.

De nomenclatura piorum hominum, qui pijs locis regen- dis præficiuntur. Cap. 28.

- 1 Pauperum cura hominibus omnibus quare im- pressa fuit.
- 2 Cinclus anicula marina nido aliarum auium ob macritiam excipitur.
- 3 Orphanotrophus & orphanotrophion, quid, & cura orphanorum qua.
- 4 Brephotrophos, & brephotrophion quid, & cura infantium.
- 5 Infantes qui dicuntur.
- 6 Exponens infantes, parricida, & vt homicida puniendus.
- 7 Prochotrophos, & prochotrophion.
- 8 Pauperum cura, potissimum puellarum, deman- danda est probro homini, ne lupanaria fiant ex prochotrophis.
- 9 Pauperum cura utroque diuino testamento com- mendata. Pauperes Dei sunt, eod.
- 10 Pauperum cura ethnica. Hecates mensa pauperum, eod.
- 11 Pauperes qui in prochotrophis adnutriendi.
- 12 Pauperum, & mendicorum differentia.
- 13 Mendicantes validi ab elemosinis remouendi, & castigandi. Mendicos suos quodlibet oppidum nutrire debet, eodem.
- 14 Mendicantium cura iure ad episcopos pertinet.
- 15 Nosocomion & Nosocomos quid, & quot Nosoco- miorum species. Valetudinarium quid, eod.
- 16 Leprosaria.
- 17 Leprosaria in titulum beneficij non conferuntur.
- 18 Leprosi de quibus decimas non debent.
- 19 Leprosi ab alijs hominibus separandi.
- 20 Leprosi in proprio natiuitatis loco alendi, & edo relegandi.
- 21 Leprosariorum cura indicibus demandata, quare.
- 22 Leprosi conuenerunt cum Iudeis in Christianos.
- 23 Expositorum hospitalia.
- 24 Esculapij templum expositorum. Expositi liberi sunt, lex, eod.
- 25 Hospitalia pestis, insanorum, morborum insana- bilium.
- 26 Hospitalia senum nutriendorum. Senum nosocomium, eod.
- 27 Senectutis mula.

a Gellius, lib. 6. c. 12.

b can. quasi- tum, 1. q. 1. c. cum laicis, & c. nobis, de iure patronat. c. ex frequen- tibus, de In- stitucion. d. in c. de ca- pel. monacho.

e Nicol. Boer. conf. 1. nume. 4. & 6.

f Meminit Ci- ceto, pro do- mo, & de A- rusp. respons.

g cano. nemo. de consecrat. diff. 1.

h Iudicum c. 17.

i D. Chrysoft. in epist. ad He- brzos.

k Exod. c. 40.

l 1. Reg. 8. & 1. Efdra. 6. & 1. Macha. 4. m Deut. 12.

n Cicero, 2. de legi. o Lilius, li. 29.

p Ioseph. con- tra Apion.

q Lilius, lib. 6. deca. 1.

r Lilius, lib. 3. deca. 3.

s Lilius, d. lib. 3. deca. 3.

t Lilius, lib. 9. deca. 1.

v Flavius Vopisc. in historia & epistola Au- relii. x. l. sacro loco, l. 9. de rer. di- uis. p. l. 6. v. in possession. le- gator. lib. 36. p. tit. 4. y Dio Cassius, li. 53. Historiz. z. Fla. lib. ciuili vel de regno. Aristot. 3. Po- litic. c. 10.

quam Gellius à sacro sacellum diminutū dicat. 5 Capella quædam dicuntur spiritualisata, seu ecclesiastica: quædam profana, seu secularis. Spiritualisatam seu ecclesiasticam eam dicimus, quæ auctoritate episcopi est ordinata & fundata, quo casu habet formam beneficii ecclesiastici. b. & proinde non possit donari vel concedi, à patronis seu fundatoribus, inconsulto episcopo, videlicet sine institutione episcopi diocesani. Capellania hæc duplex, & cum plebe subdita d. & sine populo, cum onere tamen officij diuini sibi adiuncti existens, atque in postrema hac specie, si non habeat in fundatione dictam legem assiduitatis, quam vocant residentiam, potest præfectus per alium munus impositum implere e. Iure ethnicorum erant huiusmodi quoque gentilitia sacerdotia, quæ patronata nobis, per familias aliquas prouentibus & re ditibus donata & exornata f. Ab episcopo inter Christianos tantum, sacra ædes & ædificia dedicantur & consecrantur, nõ auctoritate propria cuiusque s, ne prætextu religionis supersticio vel error irrepant in mentes hominum, vno quoque fanum & locum & modum colendi sibi arrogante. Quemadmodum de Micha legitimum h. Neve sacra inhonestè & illegitimè & cum abusu à singulis tractentur, aut sine reuerentia. 8 Quod ne fiat dedicatio cauet publica. Nihil enim aliud est dedicare, quàm vtendi initium legitimum facere, secundum D. Chrysoctomum i, adhibitis publicis orationibus & supplicationibus. Exemplumque eius rei in lege diuina prostat in sanctificatione arcæ & tabernaculi Dei k, & templi l. Iusserat enim Deus, ne sacrificaretur in omni loco, sed in loco quem Dominus elegerit in vna tributum m. Lex erat etiam idololatrarum & 12. tab. nemo Deos separatum habet, nisi alienigenas, quod id confusionem pareret n. Lilius ideo narrat o, sæpe ætate auctorum negotium magistratibus datum, vt sacra externa fieri viderent. Et Iosephus scribit p, Persas olim religioni peregrinæ irrogasse capitis pœnas. Apud Romanos etiam in politia religionis seu idololatriæ, ante constitutum imperium, non nisi per duumuiros vel ædiles sacros licebat dedicare. Ita apud Lilium legitimum q, ædem Martis Gallico bello votâ, dedicatam fuisse à Ti. Quintio duumuiro sacris faciundis. Et rursum r, duumuiros creatos, M. & C. Artilius, qui ædem Concordiæ, quam Lælius Manlius prætor vouerat, dedicarent. Iterum, Fabrum duumuirum esse iussu à senatu, vt dedicaret ædem Veneris Ericiniæ, quam Q. Fab. Dictator vouisset. Munus & id fuit summorum illorum pontificum, item consulum, & subinde imperatorum. Sed pontifices verba præbant. Et consensu, ait Lilius s, populi, Cornelium Barbatum Pont. Max. in dedicatione templi Cõcordiæ, verba præire, cum more maiorum negaret, nisi imperatorem aut consulem posse templum dedicare t. Meminit Flavius Vopiscus, Aurelianum ita mandasse, ego ad senatum scribam, qui mittat pontificem, qui deducet templum v. Fiebat ergo dedicatio templi pro imperatorem aut eius iussu z, maxime si de loco publico in sacrum conuertendo agebatur, vel de priuato dedicando. Atque ideo Romani imperatores, suorum idolorum gerebant summum pontificatum, & inaugurabantur omnibus sacerdotiis, nec alia ratione, quàm vt haberent omnes religiones & sacrificia in sua potestate, & manu y. Quod & in regno Ægyptiorum aliquando obtinuit z. Postquam autem Cæsares Chri-

stianam, coluere religionem, ex Iustiniani etiam sanctione cautum, nisi auctoritate p̄ticipis dioceseos loci fieri dedicationem a. Quod firmavit Urbanus tertius & alij p̄ticipes summi b. Vt eius prouidentia, cultui diuino in futurum & clericis cõsuleretur c. Hicque curabit eo modo fieri quod admonet Episcopus d, libere & sacrificare secundum patrios mores vnumquemque, purè, absque lasciuiâ, absque negligentia, non parcè, non supra facultatem. Et proinde iubet ius episcopis, vt altaria sub memoria martyrum publicè falsò ædificata deiciant e. Quod hodiè nec priuato, nec publica populi auctoritas absque episcopo, possit locum sacrum facere, sicuti olim f. Capellania itaque secularis erit, quæ per laicos, in suis fundis & domibus fundatur, & destinatur ali cui sacerdoti: vt inibi alicui cultui diuino inferuiat, eiusque nomine stipendia aliqua percipiat, idque sine auctoritate diocesani episcopi. Quare fundatio hæc, profana tantum est: aut legatū pium tantum, vt ait Ioannes Faber g. Quare inconsultè episcopo, nutu patroni vel hæredis concedi poterit presbytero, cui libebit: vt notat Guido Pappaus h. Neque episcopus, qui visitando & circuendo diocesim ab ecclesiis quippiam exigit visitationis iure, poterit ex huiusmodi priuato oratorio quicquam capere aut perere i: quia nec huiusmodi capellæ seculari liceat habere insignia ecclesiæ, campanam, aut pignaculum, seu campanile ex prohibitione Celestini k. Sed hîc de his capellis plura dicere supersedebõ: video de illis Matthæum Pacum, tractat. de mandatis apostolicis, quinta parte numero 32. & sequentibus. Que refert ad capellanos dictos ratione beneficii vel sacelli: vnde nascitur ius patronatus ecclesiasticum, de quo alibi diximus. Alij porrò capellani sine sacerdotio & capella aliqua, vel absque reditu ex capella, sunt. In Gallia alicubi k, capellani dicuntur, & sacerdotes omnes, sine sacerdotio, vt apud nos Testofages. Sunt & capellani papæ diuersi generis, & priuilegij l: alij namq; sunt commentales, alij honoris huius titulo tantum donati, alij cum stipendiis, alij sine illis. Commentales in curia Romana tenentur residere, alij nequaquam m. Capellani verè papæ erant iurisperiti, qui in officiis diuinis summi. pontif. seruebant in sua capella, in qua & summi. pontif. sæpè audiebat causas & controuersias, per principes & reges seculat & orbis Christiani, etiam extra negotia fidei delatas ad illum, quæ tunc consistoriales non erant, A quo munere paulatim summi. pontif. sese auocantes, cœperunt primum harum controuersiarū audientiam suis capellanis concedere, ex quorum relatione postea iudicabant. Et ideo qui prius capellani papæ dicebantur, nunc auditores sacri palatii dicti. Quibus etiam deinceps summi. p̄ticipes, causarum quoque decisionem suo rescripto concessere. Atque ex more vsurpatum subinde, vt ferè in omnibus decisio speciali rescripto istis demandetur n. Hodie ordinem hîc constituit duodecim ex restrictione Sixti 4. ante quem plures. Dicti & illi nunc auditores Rotæ, cuius Rotæ & auditorij decreta, pro senatusconsultis habentur: vt ex decisionibus eorum excussis apparet. plura autem de auditorio Rotæ video apud Ludouicum Gomefium o. Capellani, qui honoris causa huiusmodi ornantur titulo, verè non sunt capellani papæ secundum Boerium p. Sic enim princeps aliquibus honorem solum communicat, non autem vtilitatem q.

De

a s. sacra res, de rer. diuisio. ap. Iustin. b. ead. h. c. c. & c. de religio. donib. c. 2. de cõsecra. eccle. can. nullus, c. altaria, in 2. e. conferra. diff. x. melius in ca. auctoritate, 4. de priuileg. in 5. c. 10. s. i. vt nullus f. b. i. c. e. o. ra. domus pig. ter vol. episc. in auth. col. 5. tit. 16. constit. nouel. 67. c. d. nemo de consecr. diff. 1. d. Arrius in Enchiridio Episcopi. e. can. placuit, de consecrat. diff. 1. f. Martia. in l. in tantum, l. 6. s. fin. & Vlpian. l. sacra loca, l. 9. de rer. diuis. l. 3. s. si quis in sepulchro, de sepulch. violato, p. g. Ioan. Faber, in s. nullius, de rer. diuis. h. Guido Pap. q. 187. i. c. in de cens. lib. ap. Grego. k. ca. parentibus, ca. 16. de priuileg. lib. 5. Decret. tit. 33.

l Ioannes Gal- lus, in quasi. decis. per A- rella parameti 9. 31. vbi & de eorum benefi- ciis, que in curia Romana vacare dicuntur. m. ca. vnic. de verb. signif. in Sex.

n Othanius Vestrius, lib. 2. introductio. nis in actiones aule Romanæ, c. 17. o. Gomef. in proœmio regularum cancellariz. p. Boerius, q. 17. nu. 9. q. s. renouamus, tit. vt ordinariz. p. r. f. c. in auth. collat. s. l. 9. & ibi gl. in verbo videantur.

a Rebuffus tra- ct. de pacif. pos- sesso. nu. 90. b. Oldradus con- sil. 149. alias incipient. in ecclesia, & cons. 8. incip. quod procedit. c. Domini. cons. 89. d. Braccius de Pavinis in A- postillis vlti- mis, ad extra- uagates Ioan. 22. e. cum adeo, 17. & ca. ad au- res, s. & c. ad audientiam. 21. e. postulasti, 27. de rescriptis. ap. Greg. f. in ca. si motu proprio, in ver- bi. benef. & ibi Dominius. eol. 2. vers. sed quid habent, de præben. in Sext. g. Philipp. De- cius cons. 48. h. Vuolphgan. Lazius, lib. 3. Cõment. reip. Rom. c. 11. i. l. Meusia, 44. de manum. tes- tam. p. k. Symma. ad Valerian. Theo- do. & Archad.

l Plato, 6. de Legib.

m Aristote. 6. Politicor. c. 5.

De præstimonio, obitu, & obituariis. Cap. 30

- 1 Præstimonium interdum beneficium, aliquando minimè. 2 Obitum, & obituarij quid.

Precedit capellis præstimonium, seu præstimonium, quæ aliquando beneficii habet formam, si in titulum conferatur: interdum minimè, vt si destinetur officio temporali, vt scribit Rebuffus a. Oldradus, d. Dominicus e, & Iohannes Franciscus de Pavinis d. Meminit de præstimonio & cap. f. de concessio. præb. in Sexto. Tunc autem proculdubio beneficia non sunt, cum dantur, stipendiorum & mercedis causa. Et proinde in impetratione beneficii, in cuius diplomate exprimi debent etiam beneficia possessa per impetrantem modici valoris e, non tenetur impetrans de præstimonio in stipendia concessa, mentionem facere, quod beneficium non sit, vt notant Dominicus f, & Ioannes Andreas. Affines quoque capellis & beneficiis, sunt obitus: vnde obituarij dicti sunt. Quædo per legatum, vel fundatione à viuente facta, bona quedam destinantur orationibus faciendis pro aliquo qui iam obiit, vel moriturus est. De quo confultus Philippus Decius g. Refert Vuolphganus Lazius apud idololatras florentie Romano- rum rep. facticulis certos annuos reditus relictos, vel ad lucernas, vel ad candelabra ad memoriam obeuntium repetendam h. Probat illorum iurisconsulti legatum ea cõditione relictum vt lucerna perpetuò circa sepulchrum accendatur i. Et conuenit Symmachus apud Valentinianum, Theodosium, & Archadium CCC. pro fuorum Deorum cultu: contra Christianos, agros virginibus vestalibus & ministris suorum sacrorum, deficiunt voluntate relictos, à filio tunc retineri k.

De operario, seu ædituo sacro. Cap. 31.

- 1 Operarij, seu Ouuiers, ecclesiarum qui. 2 Quæstores sacre pecunie. 3 Ediles curam refectionis templorum habuerunt. 3, 4, 5. Templorum refectione ad quem pertineat, eod. 3. 4. Resectio loci seruientis, onus est eius, cui debetur seruitiu. 5 Operaria beneficium non est. & num. 6.

Vltus operarios vocat eos, quibus cura operum & fabricæ ecclesiasticæ commissa est: ouuiers & marguilliers. Quos Plato l vocat quæstores & asseruatores sacre pecunie, eòsque arbitratu necessarios in singulis templis, qui lucorum agrorumq; ipsis dedicatorum, & fructuum conductionumque & locationum domini essent. Aristoteles autem eos videtur nominare ædituos, & sacrorum pecuniarum custodes. Alia species, inquit m, curationis est

circa rem diuinam, seu sacerdotis, & aditui circa templa, vt conferuntur qua sumi, & eriguntur ruinoso edificia, & cetera omnia que pertinent ad diuinum cultum: euenit autem alicubi, vt in paruis ciuitatibus, curam hanc esse vnam: alibi vero plures separatas à sacerdotio, & esse sacrificulos ædituos, & custodes sacrorum pecuniarum. Varro apud Romanos hanc fuisse curam ædilitium restatur n. Et inde ædiles dictos, quod ædes sacras, & priuatas procurarent. Fuit & cura præsidum prouinciarum, prima, vbi in prouincias suas peruenissent, ædes sacras, & opera publica circuire, inspiciendi gratia an facta tectaque essent, & refectione aliqua indigerent o. Erat permittum olim in lege antiqua sacerdotibus, ex gazophilacio templi pecuniam capere quæ offerebatur pro peccatis: ea tamen lege, vt templum reficerent. Quamobrem legitimus regem Irahæ Iohan. cum sacerdotes nõ instaurarent facta tecta templi, vocasse Ioïadam pontificem & sacerdotes, & dixisse: Quare non instauratis facta tecta templi? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instauracionem templi reddite eam. Et postea sequitur, prohibitos sacerdotes ultra accipere pecunias à populo, & instaurare facta tecta domus. Et pecuniam postea in gazophilacio delatam cum excreuisset, & inde eductam præfente scriba regis & pontifice numeratam, & datam iuxta numerum atque mensuram in manu eorum, qui præerant commentariis in domo domini p. Aliquando inter Christianos, pontificibus sacerdotiorum vna, ex quatuor pars pro fabrica data q, postea præfectis sacerdotis relicta r, vt antè docuimus, dum de curionibus seu rectoribus & parochis hoc libro egimus. A quibusque vitum est, sacerdotes & curiones, qui pro fructuariis in beneficiis habentur s, ad modicam refectionem ædium, ex quibus consequuntur fructus, teneri: vt reliquos ædium vsufructuarios t. Sic etiam regulariter, si qui ære seruiritatem percipit, & eam sibi deberi asserit, ad refectionem rei seruientis tenetur, non is qui eam debet v. Quæ de modica refectione intelliguntur, non de maiori. Nam si illa ad curionem pertineret, plerumque fructuum excederet perceptio- nem, & is cogere fructibus aliò quàm ad cultum diuinum impensis, officium eiurare & cedere. Quocirca vt curionis onus aliqua ex parte releuetur, rectè in ecclesiis seu templis quæstores sacri ea de causa constituti, qui ex fide pecuniam quærent ex parochorum liberalitate, & eandem fidem in opera ecclesiæ necessaria impenderent. Et alicubi huic necessitati fructus assignati sunt, regendi, & distribuendi per viros delectos, strenuos & prouidos. Proinde res instaurandis templis relicte, & officium quæstorum, & vt dictum est, operaria, inter beneficia non sunt ecclesiastica x. Tum etiam quia hoc munus annuum est, vel alterius spatij ad tempus & non perpetuum, & laicis etiam committitur y. Nec in vtilitatem que floris, sed ecclesiæ: solius cui tenetur gestorum reddere rationem z. Que aliena sunt à natura beneficii ecclesiastici, quod perpetuum est a, id e, possideri potest ab instituto quandiu vixerit: id enim perpetuum significat ad vitam relatum b: quodve fructus habet in fauorem potissimum clerici inferuentis distributos c. Inter officia tamen cum reditu aliquo monasteriorum, vel ecclesiarum, que regularem vitam abiecerunt, sunt operaria, & infirmaria, vt dicunt.

n Varro, 4. de Lingua latine.

o Vlp. in l. si in aliqua, de offi. proconi. f.

p 4. Regij, c. 12.

q. ca. quatuor, can. de reditu- bus 12. q. 2. cum simi. r. ca. p̄ticipis, e. vnic. ca. pla- cuit, no. q. 2. s. gl. in c. præ- fente de offi. ordin. in Sext. in verbo re- feruari. t. l. vsufructu legato, & l. ha- dron, & l. iust. p. l. inter fun- damentum, de dñ. i. l. sed. p. v. l. est fortè, s. Galus, & l. ficut refectione, s. l. seu. v. d. p.

x Rebuffus tra- ctat. Nominat- ionum, q. 15. nu. 8. y D. Decius, in c. decernimus, num. 11. de iudic. z Rebuffus, in proxi. cit. lo- co, & glo. in clem. 2. de iud. a. c. 3. de cleri- co approbat. e. vnic. de capel. mon. in Sext. ca. scripsi, c. no. aliter, can. quantum tri- ste, 17. q. 1. b. l. 1. pro so- cio, p. c. 1. & fin. de pecul. cleri. c. nemo, de con- secra. diff. 1. gl. in c. præfente, de offi. ordinar. in Sex.

De Collegiatis. Cap. 32.

- 1 Collegium, & collegiati quid.
- 2 Collegiorum alia licita, alia illicita: & licitorum varia species, profana, ecclesiastica, mixta.
- 3 Collegia profana artificum.
- 4 Collegium, corpus, societas, affinia, sed diuersa.
- 5 Saccarij qui Romæ.
- 6 Collegia studiorum.
- 7 Collegia sacra & scholastica.
- 8 Collegiorum studiorum loca non sunt beneficia, nec ea perpetua, nisi presbyterorum.
- 9 Collegia fundatores leges ponunt, eod.
- 10 Collegia mixta Academia priuilegiata.
- 11 Collegia debent institui, vel approbari à principe: alioquin illicita ob metum conspirationum & monopoliorum.
- 12 Collegiatus non faciunt officium collegiati, priuilegijs non gaudet collegij.
- 13 Fratris permixta in religione non faciunt beneficium.
- 14 Falcidia non detrahitur à legatis factis confratrijs.
- 15 In collegiatis tantum recipi debent, qui eius artis sunt, quam exigit collegium.
- 16 Collegiatus admissus super definitum numerum non vitur priuilegijs collegij.
- 17 Collegiatus in duobus collegijs quis esse non potest.
- 18 Collegium non mutatur, mutatis personis.
- 19 Collegium in vno retinetur, non nisi in tribus conseruitur, eod.
- 20 Collegiatis fundatores leges dant, possunt & collegiati sibi constituere, quomodo.
- 21 Collegij debita & credita non singulis priuatum respiciunt, sed & vniuersos.
- 22 Collegio dissoluto, num possunt res collegij diuidi inter collegiatis.



Collegium dictum est, quasi delectus & coelectio, teste Varone, quædam hominum eiusdem artis, professionis, opificij officij, & potestatis: vnde & collega dicti, & collegiati. Hinc diuersæ species manarunt collegiorum, aliæque licita, & alia illicita seu improbata certis de causis, vel ratione personarum, aut officij, aut loci, vel similibus, vel quia non sunt probata à principibus. Rursum collegiorum licitorum, quædam sunt profana omnino artificum, quædam studiorum, magistratuum: mixta alia quodammodo, quædam omnino ecclesiastica. Collegia profana artificum plura, in quibus delectus artificum fit, & sociantur: cuiusmodi plura instituit Romæ Numa, vt pictorum, nauiculariorum, & argentariorum, & figulorum. Obseruandum tamen, tria esse maxima sibi affinia, sed nõ eiusdem naturæ: in omnibus, videlicet societatem, corpus, & collegium. Inter quæ collegium corpus dici potest, & societas, sed non omnis societas, vel omne corpus, collegium faciunt. Quia propriè collegium est, quando plures simul eo habitant animo & degunt, vt vna communione, & æquali viuant. Societas porro tantum & artis, & mercium, & aliorum seorsum habitatum esse potest: item & corpus. Sic corporati, non collegiati dicuntur conciuces, & in albo incolarum conscripti. Et alij ex corpore suariorum: faccariorum, videlicet eorum qui soli ex portu Romano inuecti, iusta & taxata mercede euehebant, item classiorum, & similibus. Collegia stu-

diorum & sodalitia plura sunt, tum humanarum artium liberalium, tum iurisprudentie, philosophie, & theologie &c. Magistratuum sunt & collegia, vt & decurionum. Inter sacra collegia & sodalitia olim collegium augurum, aruspicum, pötificum: nunc cœnobita capitula, ecclesia dictæ collegiales. In quibus canonici, præbendati vel clerici, habent communia, sigillum, arcam, & tractatum, vel capitulum. Et isti collegiati, quia titularij nomine & beneficiarij sunt, perpetui dicuntur. In quo differunt à collegiatis collegiorum studiorum causa constitutorum, qui temporales sunt, donec studiorum certam attigerint metam statuti & lege fundationis comprehensam: quam ei, qui collegium dotauit, superioris autoritate licuit ex arbitrio decernere, si modò vis non fiat iuri publico. Quod & Solonem permisisse refert Caius lege, quam explanat Alciatus. Sunt tamen in collegijs studiorum, vt plerumque & loca presbyteralia perpetua, presbyteris, vt inibi cultum exequantur diuinum, destinata. Hæc porro collegiorum loca literarum discendarum causa instituta, inter beneficia ecclesiastica non annuerantur, neque de illis mentionem in beneficiorum imperatione fieri opus est, nec debentur graduatis aut nominatis in vim gradus, quamuis eorum mensibus vacauerint. Ad collegia mixta ecclesiastica & non ecclesiastica, academiæ quodammodo pertinere videntur priuilegijs summi pontificis & regij instituta & temperata. Collegiorum omnium institutio aut collectio, vel à principibus secularibus, aut sacris, penes quos summa reipublicæ sit, fieri debet vel ab alijs facta, eorum debent autoramentum seu compromissionem habere. Sic Marianus, mandatis principalibus ait præceptum præsidibus prouinciarum, ne patiantur esse collegia sodalitia, neve milites in castris collegia habeant. Et Caius, neque societas, inquit, neque collegium, neque huiusmodi corpus passim omnibus habere conceditur. Nam & legibus & senatusconsultis, & principalibus constitutionibus, ea res cohercet, paucis exceptis. Ita Vlpianus, ad notionem pertinere iudicium, & principis, vel senatus tradit, num collectio ratione professionis, artis, vel cause sit licita: propter imminens periculum coniurationum & proditiorum, quæ solent ex congregationibus hominum, seu conuentibus constare. Et vt vitentur monopolia artificum & ergolaborum. Ita Octavianus Augustus, collegia præter antiqua & legitima dissoluit, cum plures factiones titulo collegij noui, ad nullius non facinoris societatem coirent, vt scribit Suetonius & Liuius. Franciscus quoque eius nominis primus rex Galliarum edicto statuit, secutus antiquas regum constitutiones, & supremarum curiarum senatusconsulta, ne essent fratris artificum seu confratriæ, & factæ opprimeretur: ad monopolia vitanda religionis tamen causa coire non prohibentur homines, dum tamè hoc non fiat contra senatusconsultum, quo illicita collegia cohercet. Ita sub prætextu religionis, aut sub specie soluendi voti, cætus illicitos nec à veteranis tentari oportet: vt neque prætextu collegij, in quo verè quis munus collegiati non exequatur, quis immunis ab alijs oneribus esse non debet. Fratris permixte & probatæ in religione, beneficium non faciunt: ideo presbyteri alicuius confratriæ vel alij confratres loca nõ possunt permutare, neque episcopus à confratrijs potest, tanquam à beneficijs, iura episcopalia exigere. Pia tantum

n l. 2. de decurion. lib. 11. c. tit. 13.
 o ca. significauit, de appell. p. l. 1. quod cuiusque vniuersitatis, nom. p. q. tertio loco de proba. Felinus, in ca. attendentes col. 1. de præscript.
 r in l. si de colleg. illic. p. s. Alcia. lib. 2. prætermittit in tit. de colleg. illic. & in l. 2. de punctione. c. 18.
 t Rebuffus, in tract. nomina. q. 15. num. 20.
 v c. quia nonnullis, & c. 1. de magistr. l. 1. de stud. liberali. vrb. Romæ. lib. 11. c. tit. 18.
 x iuxta c. per venerabilem, qui filij sunt legit.
 y in l. 1. de colleg. illic. p. z l. 1. quod cuiusque vniuersitatis, nom. p.
 a l. 1. de colleg. illic. p.
 b l. vni. de monopol. c. Suet. Tranquil. in Octauio. c. 32.
 d Liuius, lib. 39. e constitutio. Francisci. anni 1519. ar. 185. 186. & 187. vide de his Rebuff. romo 2. commenta. in constitutionibus regias.
 f l. 1. de colleg. illic. p. cano. si quis despiciat. 42. diff.
 g Vlpia. in l. 2. de extraordin. criminib. lib. 47. tit. 11.
 h l. qui sub prætextu, l. 9. de sacrosan. eccl. c. lib. 1.
 i glo. in tit. de annatis in verbo beneficiorum, de anna. k Feder. conf. 25.

a l. collegarum. l. 173. de verbo. signifi. p.
 b l. 1. de colleg. illic. lib. 47. p. tit. 13.
 c d. l. de colleg. illic. & l. 1. quod cuiusque vniuersitatis. no. lib. 11. p. tit. 4.
 d Plutarch. in Numa. Plinij, lib. 35. c. 12.
 e l. 1. quod cuiusque vniuersitatis. no. in p.
 f Nouell. 136.
 g Plinius, d. li. 35. c. 12.
 h glo. in d. l. 1. quod cuiusque vniuersitatis. in l. vni. de præscript. corporator. lib. 11. c. tit. 14.
 k l. 2. de suariorum lib. 11. c. tit. 16.
 l vni. de faccaris vrbis Romæ. l. 14. c. Th. odof. d. 22.
 m l. vni. de classis. lib. 11. c. tit. 12.

tantum loca sunt: & proinde si fratris relinquatur legata, exemplo legatorum piorum non detrahatur falcidia. In collegijs recipiendi sunt tantum, qui eius artificij, artis, vel professionis sunt, cuius gratia institutum collegium, & ad illum vique numerum qui definitus est. Sic Plinius Iunior ad Traianum scribit: Tu, domine, dispece an instituendum sit collegium fabrorum duratacat, hominum centum quinquaginta: ego attendam, ne quis nisi faber recipiatur. Quare qui munus & officium collegiati non implet, amouendus est, eius alterius loci sit collegiatus. Et qui supra & præter numerum fundationis vel priuilegijs collegij admittitur, non vitur priuilegijs & iuribus collegij. Placuit etiam, in duobus collegijs vnum non posse esse collegiatum. Mutatione personarum collegiatorum, collegium non mutatur, sed idem remanet. Atque vniuersitatis ius, per vnum solum vniuersitatis retineri potest: quamquam constitui non possit, nisi ad minus tres sint. Quia Neratius Priscus tres collegij facere dixit, quod magis sequendum est. Sicuti nec vnus solus familia appellacione continetur: nec duo familiarum facere dicuntur. Cuius sit qualitas collegium, & secundum quas leges viuere debeant adscripti ex proprijs statutis colligi potest: cum fundatoribus licuerit in rerum traditione leges, quas voluerunt præfigere, in quas iurauerunt qui admissi sunt. Licet & sodalibus, qui eiusdem collegij sunt quos Græci τράπεζα vocat, pactationem inter se quæ voluerit sancire, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sic & statuta noua facere possunt. Si tamen acceptas fundatoribus seu institutoribus collegij leges, nouis laudent, non probantur placita in præiudicium successorum. Nisi ex causa legitima mutent antiquas leges, & conuentio eorum per superioris autoritatem firmerur & rata habeatur. Communis iustitia, & causa, & finis efficit, vt omnes eiusdem iuris collegij participes, non vt singuli, sed vt vnum corpus considerentur, in pratorio, præfenti, & futuro tempore: ita si quid vniuersitati vel collegio deberur, non singulis debitur est: & si quid debet, singuli non dicuntur debere. Datiturque actio aduersus vniuersitatem, & eidem contra alios, sed vniuersitatis nomine. Et si nemo defendat, quod commune est capitur, & venit. Si tamen collegium dissoluatur, quod commune est inter collegiatis lege permittere, potest diuidi: videlicet si ex collegiatorum collatione bona collegio contigerint. Alioquin arbitror ad institutores vel eorum hæredes redire, vt liberas ab onere res, & conditione, & modo quo data erant resolutis. Nec puto licere collegiatis fructus earum seorsum capere à collegio, et si non sufficere videantur ad omnes alendos: sed vel contribuere in collegio, vel loco decedere debere.

De collegijs, & conuentibus sacrorum militum: & primùm de Templarijs. Cap. 33.

- 1 Militum seu equitum sacrorum origo.
- 2 Hospitale Hierosolymis Christianorum Latino-rum.
- 3 Hospitale D. Magdalene Hierosolymis.

- Hospitale D. Ioannis Hierosolymis, eod.
- 4 Cruciferorum militum origo.
- 5 Templum Hierosolymis post Titij ruinam, à Christianis, permixtu Arabum, edificatum.
- 6 Templarij milites vnde ordo, habitus, professio, crux.
- Templariorum primi authores: Hugo de Paganis, & Gaufridus de Sancto Aldemaro, eod.
- Garmundus patriarcha Hierosolymis, episcopus ante Ambianensis, eod.
- 7 Templariorum opes, & superbia, & in eos odium ante ruinam.
- 8 Templarij hospitalarij, fratres, & religiosi.
- 9 Templarij approbati quando in Italia.
- 10 Templarij quando sublati, & quare.
- Simulacrum templariorum, & Idolum, eod.
- Puer rostrus, eod.
- Cinis mortuorum in potum porrectus à templarijs, eod.
- 11 D. Ludouicus rex Gall. proditus à templarijs.
- 12 Fridericus 2. proditus à templarijs.
- 13 Templarios qui dicant odio Gallorum regis sublato.

Religionis causa plures milites coierunt aliquando, quorum collegia, partim sublata, partim extantia sunt. Ex paruis autem initijs sacrorum militum institutio, ad summas opes conscendit. Nam circa annu Domini 1099, cum Gôthfrido duce à Christianis Hierosolyma fuisset recepta, Hierosolymis erant Christiani. Latini nomine, qui ab Agarenis qui ibi imperabant, impetrauerant, vt sibi liceret domicilia iuxta sepulchrum Domini nostri Iesu Christi redemptoris habere, vbi cœnobium Dei genitricis construxere, quod Latinorum appellabatur, cuius abbas munere & officio fungebatur excipienti Christianos hospites Latinos. Additum postea cœnobium D. Magdalene, quod item fœminas recipere. Atque crescente peregrinorum numero, vt cœnobijs recipi non possent, proximè ædificata hospitalis domus, quam diui Ioannis Baptista titulo, Deo consecrauerunt. Ei quoque & vnus præfatus. Et ex his prodierunt cruciferorum familia, vel ab eorum exemplo, alij cruce se signarunt, vt eandem operam militarem in fidei causa præstarent. Fuit & Hierosolymis templum Dominicum, vt scribit Guillelmus Tyrius. Arabum permixtu post Cofdroë ruinas ædificatum à Christianis, quod suo tempore extitisse testatur. Cofdroas autem Persarum rex, circa annum Domini 610. Hierosolymam & magnam partem Asiæ cepit & vastauit tempore Herachij imperatoris. Subinde prodiit Arabum maxima manus duce & imperatore impietatis Mahumeticæ Homare filio Chorabi, qui iterum Palestinam, Damafum, Syriam, Ægyptum populatus est, & Hierosolymam iam vastatam suis legibus cum tributo reliquit, data potestate habendi Christianam religionem & pontificem, & ædificandi templum, quod extructum est vbi antea aliud erat à Tito Romano dirutum, vt scribit Tyrius. Templo huic assignati, præfecti, & aditui, & additi milites qui peregrinos, qui eò venerant sacra loca ex voto visitare, ducerent, & conseruarent. Caterum tum temporis non fuit ordo templariorum institutus, sed postquæ Christiani reperierunt Hierosolymam, sub Balduino rege anno Domini 1118. quo quidem nobiles viri ex equestri ordine, Christi seruitio se mancipa-

v Polyd. Virg. lib. 7. de Inuentor. rerum, c. 5.
 x Guillel. Tyrius lib. 2. belli facti, c. 2.
 y Sabellie. E. mend. s. lib. 6. Guillelm. Tyrius, lib. 1. c. 1.
 z Paul. Amil. lib. 5.

runt. & more canonicorum regularium in castitate & obedientia & sine proprio, velle perpetuo se viuere professi sunt: inter quos præcipui fuerunt Hugo de Paganis, & Gafredus de sancto Aldemaro. Iis cum nulla esset habitatio, palatij partem, & iuxta prædictum templum erat, rex concessit & annonas & beneficia temporalia & perpetua victus gratia: canonici quoque templarij plateam quandam seu aream iuxta templum & palatium ad extruendas officinas concesserunt. Prima autem eorum professio, & opus quod à patriarcha Hierosolymitano nomine Garmido natione Franco, qui antè episcopus fuerat Ambianensis, ortus in oppido Pinqueniaco, in remissionem peccatorum fuit iniunctum vt vias & itinera maxime ad salutem peregrinorum contra latronum insidias conseruarent: nouem annis, post eorum institutionem in habitu fuerunt seculari vestibus vsi elemosinis largitis. Nono anno in concilio in Francia apud Cretas habito, instituta illis est regula, & habitus assignatus albus, ex mandato Honorij Papæ & Stephani Hierosolymitani patriarchæ, cepit augeri eorum numerus. Et tempore Eugenij Papæ cæperunt cruces panni rubei palliis seu amictibus seu clamidibus albis assuere tam equites, quam fratres inferiores, qui dicuntur seruientes. ^a His Tyrus refert dictos fratres militiæ templi, & eorum ordinem per vniuersum orbem vsque ad eum creuisse, & ad tantas opes beneficiis & liberalitatibus principum peruenisse, vt regias tandem opes excederent. Eaque de causa ab humilitate quam professi fuissent decidisse, & suo tempore se à patriarchæ Hierosolymitani obedientia, à quo primum ordinis institutionem acceperant, subtraxisse, decimas & primitias ecclesiarum Dei sibi usurpasse, & earum prædia, & proinde fuisse valde postea exosos. ^b Alexander 3. summus pontif. nominat in quadam sanctione templarios, hospitalarios fratres, & religiosos, eosque tradidit habuisse quasdam ecclesias pleno iure sibi subiectas: & alias, in quarum institutione postulare debebant episcopi auctoritate. ^c Innocentius 3. sum. pontif. qui electus 1198. anno Domini cruciferorum templariorum ordinem approbavit, in Italia ^d templarij cum eorum ordine sub Clemente 5. pontifice summo sublatis fuerunt, & quotquot comprehendi potuerunt necari: eod quod cum Sarracenis iuncti in Christianum nomen conspirassent, vt refert Platina. ^e Gaguinus enumerat causas his verbis: *circa annum Domini 1307. prodit error templariorum, qui cum apud Hierosolymam fidei defensionem professi, cum primum religionis consideratione opulentissimos se effecissent, præclarissimis per orbem Christianum, adibus comparatis, Christo reiecto falsis religionibus se dederunt, erat enim illis simulacrum cui pellem humanam superinduxerant, appositis ad oculos statua fulgentissimis carbunculis, qui vice oculorum micarent. Et statua dum quispiam ad illos ingrederetur ordinem vidamque templariorum professurus, abnegato ante omnia Christo, & cruce eius calcata, sacrificium faciebat. Morientis autem corpus, in puluerem conuersum ceteris in potum dabant, quo poculo suos constanter fieri arbitrabantur. Præterea si ex templarij coitu infans ex puella virgine nascebatur, hunc igni torrebant, ex quo eliquata inde pinguedine suum simulacrum decoris causa ungebant. Hæc quoque refert de istis P. Crinitus. Sed addit Gaguinus, pro confesso etiam habitum, eorum dolo D. Ludouicum,*

^a Guillel. Tyrus. Belli sacri. li. 2. c. 7. & 6. Paul. Emil. li. 5. Scipit. h. foris Tyrus, sub Balduino, 5. sub annum Domini 1180.

^b Guillel. Tyrus. dicto c. 7. lib. 12.

^c in c. cum & plantare. cum suis 55. de priuil. lib. 5. Decret. tit. 33. ^d in c. cum de putari. c. 16. de iudic. Volater.

^e Platina, in Clementis 5. vita. Gaguinus, in vita. Philippi Rulch. lib. 7.

^g Crinitus, li. 24. de honesta discip. c. 13.

*dum in Syria peregrinaretur, in vincula à Soldano Agyptio coniectum fuisse. His atque huiusmodi criminibus, & quod essent foedissimi amatores, templariorum ordo in concilio Viennensi, anno Domini c. pietatis 1312. per Clementem S. pontif. finem accepit comprehensis vbilibet terrarum atque crematis qui eius impietatis fuerunt. Hæc Gaguinus. Scribit etiam Abbas Vspergensis anno 1228. Fridericum 2. imperatorem. mense Augusti ad terram sanctam peruenisse, & in ciuitatem Anconam, ibique multa pertulisse graua, perfidia & proditione templariorum solisque hospitalares S. Maria Theutoniorum illi fideliter adfuisse. Quidam tamen et ¹³ ga Gallos malè affecti, comminiscuntur per calumniam, & ex nutu regis Gallorū, sublatos milites templarios: narratque Albericus de Rosato, se audiuisse à quodam causæ & testiū in eos examinatore, contra iustitiam illos punitos, hæcque de re monitum Clementem 5. respondisse: etsi via iustitiæ ordo ille destrui non possit, fiat tamen via expeditiæ, ne scandalizetur charus filius noster rex Galliar. Et in Chronico Hermani legitur, à Pappa Clemente 5. in fauorem regis Galliar crimina hæreseos fuisse falsò insimulatos. Iacobus Meyerus notat anno 1307. abolitum templariorum ordinem, qui per omnè ferè Europam comprehensi, horrendis supplicis necabantur. *Ortūque, inquit, initium à Pulchro rege ac Gallica nobilitate, qui precipuis pontificem maximum ad hoc adegerunt. Spe ducti, vt Itali tradunt scriptores, se ditatorum iri eorum possessionibus, quas per omnem Galliam plurimas habebant. Multa, inquit Antoninus, etiam templariis obiciebantur, sed utrum verè, non satis constat.**

¹² h Abbas Vspergensis. libr. Chronico. in Friderico 2.

ⁱ hæc Meyerus, libr. 11. historia. Flan. ditæ.

De militibus cruciferis hospitalis Sancti Ioannis Hierosolymitani. Cap. 34.

- 1 Militum hospitalis D. Ioannis origo, & professio, seu vota.
- 2 Militum Hospitaliorum paupertas nihil habet proprij. Præceptorie, seu commenda hospitaliorum non sunt beneficia, eod. Commanderies, eod.
- 3 Milites Hierosoly. hospitalarij non ducunt uxores, nec sunt presbyteri.
- 4 Priorum hospital. D. Ioannis quis debet esse presbyter.
- 5 Ordo militum D. Ioannis Hierosoly. habet & presbyteros, & moniales.
- 6 Priores commendatarij ordinis militum Hierosolymiti.
- 7 Militaris ordinis institutor, habitus, & crucis color.
- 8 Crux ordinis Hospitaliorum D. Ioannis ne sit quadrimembris.
- 9 Ordinis cruciferorum quale munus diuini officij, & orandi.
- 10 Ordinis militum Hierosolymit. priuilegia, & iurisdictione.
- 11 Hospitalarij D. Ioannis dicti Rhodienses, Miletenses milites.
- 12 Rhodis insula à quo Hospitalariis data, & quando inde pulsi.
- 13 Cruciferos Hierosolymiti. Chromerus vt rapaces arguit.

Monuimus

Monuimus superiori capite, crescente numero peregrinorum, iuxta templum Hierosolymitanū xenodochiū edificatum titulo Diui Ioannis, quo exciperentur peregrini, quos cœnobita capere non possent. Huius ergo ministerio, quoque vitijs nobilibus se deuouerunt, qui & peregrinos tutarentur & à latronum seu Agarenorum incurfu defenderent. Horum professio est, votum solemnè paupertatis & abdicacionis propriorum castitatis, & obedientiæ. Proinde propter primum votum nihil proprij habent, vel habere non debent, sed accipiunt annonam quamdiu viuunt, vel præceptorias, quas vocant *commanderies*, administrant quamdiu eas possident, & optione mutant vel ex magistri licentiâ permutant, reddituri morientes quæ apud illos reperitur societati, vnde beneficia propriè eorum præceptorie non sunt, & sententia Rebuffi ^b, etsi dissentiat Molinæus. Pari modo illorum priores, castellani imposta, vel baiulij, vt commendatarij sunt tantum administratores bonorum ordinis sine proprio. Et proinde commendantur illis bona, non ab episcopo vt beneficia, sed archimagistro ordinis. Ob votum castitatis affines sunt & ecclesiasticis personis, nec uxorem ducere possunt. Atque Alexander 3. sum. pontif. cum vetaret eis coniugium, illos vocauit fratres sancti Ioannis, & præfectum eorum priorem. Et Innocentius 3. fratres hospitalis sancti Ioannis. Verumtamen ecclesiastica personæ nõ sunt, cum arma liberè & ex professione petragent pro fidei tuitione aduersus Agarenos, exēplo Machabeorum, quæ tamen clericis non conceduntur, vt contrà, nec isti hospitalarij milites, presbyteri fieri possunt. Inuenies tamen apud Honorium 3. sum. pontif. narratum, dum ad illos scriberet, se audiuisse priorem eorum presbyterum esse debere. Quod vt intelligas, annotare expediat, in eo ordine esse milites & ecclesiasticas personas quæ inferuiunt eorum ecclesiis: esse & priores, & monasteria monialiū quoque cruce signatarum, vbi nobiles professionem emittere possunt. Ita in eo ordine est prior magnus ordinis totius, qui præest omnibus, seu magister magnus est & prior ecclesiæ, qui præest omnibus capellanis, & habet curam spiritaliū, ex capellanis omnibus magis idoneus eo muneri dilectus in conuentu, vbi magister magnus residet, perpetuò assiduus. Quia autem ex pluribus prouinciis & regnis milites ei ordini se deuouent, suntque illis inibi bona pleraque ex beneficiis principum & aliorum piorum hominum collecta, nec non ex spoliis Templariorum in illos translata, in singulis ferè sunt prouinciis priores præcipui, quibus subiiciuntur alij commendatarij & hospitalarij, vt illi quoque magno ordinis magistro. Tradunt statuta eius ordinis seu religionis, primum præpositum huic ordini dictum Geraldum, qui cum fociis crucem candidam in nigro panno affixit, assumpsitque eum viuendi ritum, qui nunc est, vel quo degere debent: quibus & alij adiuncti plurimi per magistros religionis temporis successione, prout expedire visum est. Inter quos & illud cautum à Claudio de la Sangle magistro, vt donati, sic loquitur, vel confratres, cruce quadrimembrem non deferant sed trimembrè, dempta stipite superiori. Huius ordinis fratres milites & seruientes, in canonicis horis centies quinquagies dominicam orationem repetere tenentur.

^a in statutis hospitalis Hierosolymitani. c. 1.

^b Rebuff. in tract. nomina. q. 5. num. 26. Carol. Molinæus, in clem. 1. de supplem. neglig. prælat. d. in statutis eorum, tit. 1. c. 1. & tit. 2. c. 1. & tit. 5. c. 4.

^c in statutis hospitalis Hierosolymitani. c. 9. f. c. vxoratus, c. 3. de conuersio. coniuga. g. c. tuarum, c. 31. de priuil. & ibi gl. & c. dudum, de decimis.

^h c. canonica, c. 50. de sent. excommuni.

ⁱ in statutis eorum, tit. 2.

^k in statutis eius ordinis, tit. 13. de electio. nibus, c. 5.

^l in eorum statutis, tit. 2. c. 37.

tur. Fratres verò sacerdotes, diaconi, subdiaconi, & clerici eius ordinis officium canonicum & ordinem Sancti Hierosolymitani exequi debent. Horum militum priuilegia multa sunt, qualia perscribit circa annalia vacantis hospitalis Ioannes 22. sum. pontif. vt eximantur quoque à iurisdictione episcopali in criminalibus, vt sapè curia supremæ placuit. Et Innocentius 3. hos habere iurisdictionem, in signatos cruce verè non fide tradit. Hospitalarij isti milites, Ioannitæ dicti sunt, & hospitalarij Hierosolymitani ab hospitali, vt dixi, Diui Ioannis, equites Rhodienses, eod quod illam possiderent insulam, & infidelium debilitarent vires. inibi eis obsistentes, sedemque potiore habentes & propugnaculū præcipuum. Dicunt autem quidam Clementem 5. sum. pont. 12 illis Rhodiensem insulam assignasse, postquam illi Turcæ eripuissent anno Dom. 1308. alij Gothfridum Hierosolymorum regem. Cæperunt tamen Maltenses seu Milerenses dici, ab insula in quam se receperunt, postquam Soleimanus duodecimus Ottomanæ familiæ tyrannus, cum Agarenorum ingenti vi, post semestrem obsidionem die natiuitatis Domini, & anno 1522. illis Rhodon ademir, capto prius Tauruno vniuerso Belgradu oppido, apud Pannonios & situ & opere validissimo, vt scribit F. Thomas Guichardus Rhodiens, in oratione, quam de ea expugnatione apud Clementem septimum sum. pont. habuit. Martinus Chromerus in historia Polonorum, cruciferos absoluit vocat: & de illis sepe meminit, tanquam de infidis & crudelibus in Polonos & alios. Eoque arguit, quod decimas ex suis arationibus in Pomeria & alibi usurparent, contra iura sacerdotum.

^m in eorū statutis, tit. 1. c. 2. n in c. exhibita, de priuilegijs, in extranag. commun. o Papus, lib. 1. aresto. tit. 10. aresto. 1. & 2. p c. tuarum, c. 11. de priuil. v. bigl. in verbo priuilegij, de eorum iurisdictione disputat.

^q Martinus Chrom. passim in historia Polon. potiff. 11. lib.

De aliis cruciferis militibus, & piis equitum societatibus. Cap. 35.

- 1 2.3. Theutoniorum militum ordo quis, & vnde.
- 2 Milites Theonici Deipara virginis Mariae cur dicti.
- 3 Heinrichus à Qualpot primus magister ordinis Theutoniorum.
- 4 Militum Theonici ordinis magistri.
- 5 Theutoniorum ordo in Prusia quando sublatus, & quare.
- 6 Milites cruce signati Linonia.
- 7 Militum nobilitum de Calatrana Hispania ordo à quo institutus, & finis. & 10.
- 8 Militum ordo sancti Iacobi in Hispania quando institutus. D. Iacobus pugnans contra Sarracenos apparuit, eod. & 9.
- 9 Militum ordo sancti Iacobi de Spatha in Hispania quando cepit. Miramolinus Arabum rex ingenti clade à paucis victus, eod.
- Tholosa, eod.
- 10 Militum ordo de la Banda Hispania.
- 11 Militum sacrorum nouus ordo à Ioann. 22. in Portugalia.
- 12 Militum Gallie equestres ordines, stollæ, sancti Michaelis, sancti spiritus quando instituti.

Q 3

13 Ordo equestris velleris aurei Burgundie, Annunciationis Beatae Mariae Allobrogum, quando.

14 Milites cruce signati fratres.

1 **A**lius sacrae militiae ordo Theutonico-
corum, cuius initia ab homine quodam
Theutonico manarunt, qui post
Hierosolymam receptam a Christianis
vna cum pluribus suae gentis remansit in ea-
dem cum vxore, & domum suam hospitale esse
voluit suis, qui visendi sepulchri sancti causa eo
peregrinarentur: atque ibidem diuae virginis Ma-
riae facellum adiunxit, vnde Deiparae virginis mi-
lites vocati sunt. Et crescente numero eorum qui
se huic pio ministerio deuouissent, cooptatus ma-
gister qui praesert, amictique sunt albo pallio
cum alba cruce, & in ordinem tantum milites ad-
missi. Munsterus tradit Heinrichum a Vualpot
primum fuisse magistrum Theutonico-
rum, anno 1190. Hierosolymis, quod non patri-
tur historia veritas, cum eo tempore a Saladino
occuparetur Hierosolyma, adempta Christianis
& capta cum suo rege ab eo anno 1186. cum fuis-
set a Christianis per 88. annos possessa. Minus
quoque placet, quod Volaterranus tradit, anno
1192. pro liberanda Hierosolyma primum con-
scriptos Theuticos, & quod ait 21. lib. Theu-
tonico-
rum ordinem institutum in terra sancta a
quodam Germano: quod reiciunt aliqui in an-
num 1333. quo tempore Prusiam Turca Graecis
ademit. Proinde vt conciliantur historiae tempo-
ra, sequor hic Heinrichum Pantaleonem, qui
huius Heinrichi a Vualpot vitam describit, & post-
ea refert magistrorum Theutonici ordinis fe-
riem, & annos quibus eo ministerio functi sunt.
Atque cum illo dico, antequam a Saladino cape-
retur Hierosolyma, eum Heinrichum a Vualpot,
inter Christianos in ea ciuitate hospitali tali pe-
reginorum domum suam dedicasse, & ad eum
nobiles Germanos voto facto se omni tempore
contra impios pugnatos conuolasse, postquam
intellexissent vires Christianorum exiguas & de-
iectas ferere. Capta autem Hierosolyma suum col-
legium & hospitale sanctae Mariae Auconam, que
& Prolomais dicitur, transtulit: atque eam vr-
bem fortiter contra Saracenos defendit, anno Domini
1190. Et effecit, vt multi principes & nobiles e
Germania sua bona huic ordini conferrent, & ad
eos profecti eum ordinem amplecterentur. Sic
cum in Germania plures arces & aedes haberent
Theutonici ordinis milites, & magistros quoque
plures, vt hospitalarij constituerunt. Deserunt
autem esse milites Theutonici in Prussia, quo te-
pore Albertus Marchio Brandeburgensis ex ma-
gistro constitutus est Dux Prussiae, atque a rege
Poloniae Sigismundo in feudum accepit Prusiam
anno domini 1527. In Liouonia sunt sodales seu
fratres militiae Christi professi, qui rubrum en-
sem cum cruce pallio insutum deferunt. Sanctus
eius nominis tertius, rex Hispaniarum Le-
gionis & Castellae, cognomento Desideratus fi-
lius Alphonsi 8. filij Raymundi Berengarij com-
itis Tholosani, instituit militum factorum or-
dinem de Calatraua in prouincia Toletana, in
loco & prouincia Calatrauae, vbi coenobium tem-
plariorum fuerat. Dieghus Valera ordinem mi-
litarum diui Iacobi institutum ait in Hispania, anno
Domini 826. quo Ranimirus primus eius nomi-

nis Hispaniae rex, vicit manu exigua ingentes Sa-
racenorum copias ope Dei, & auxilio Beati
Iacobi, qui visus est in eo praelio equo candido,
vexillo niueo, & in eo cruce rubra conspicuus
& pugnans. Huic ordini & magister & com-
mendatarij constituti. Et ad hoc tempus refert in-
stitutionem quoque Ioannes Vassaeus, quam-
quam F. Alphonsus Venerus huius principum
referat ad annum dominij 1160. Et Raphael Vo-
laterranus, & Nebriffensis, Franciscus Tarapha
scribit, Alphonsum 9. Hispaniae regem ordi-
nem militum sancti Iacobi de Spatha instituisse,
quorum insigne est gladius sanguinolentus, eo
quod die quo praelio rex Alphonsus Maurorum
regem Miramolinum superauit in quodam loco,
quem Tholosae Nauas appellant, in quo ducenta
millia Arabum ferunt cecidisse, & ex quo trium-
phum Petrus rex Aragonum retulit, crux in caelo
apparuit, & D. Iacobus apostolus equo candido
vectus auxiliator Christianorum, gladium ge-
stans sanguine Maurorum cruentatum. Subinde
Alphonsus alius Hispaniae rex eius nominis x. i.
cum feliciter aduersus Almoacenum & Hynze-
phinum Bellamarini & Granatae reges dimicas-
set, oppido Alcala, quod Regale vocant, Cala-
trauae magistrum leuibus de causis delatum inter-
fici iussit, & ordinem militum de la Banda apud
ciuitatem Burgensem instituit anno 1308. Eo-
dem tempore Ioannes 2. summ. pontif. ordinem
nouum militiae Christi instituit, qui militare sub
Christo dicerentur in Lusitania & Saracenis re-
sisterent, Beticam & Aphiticam incolentibus.
Cuius militiae praefectus in Marino Syluensis dice-
cesis oppido sedem habet principale, & cuius
militibus omnia bona Templariorum annuente
rege Portugaliae concessa sunt. Cuius ordinis
censor & moderator est abbas Archobasiani mo-
nasterij Cisterciensis ordinis, Vlysioponensis dice-
ceos, qui conscribendi & exauthorandi mili-
tes potestatem habet. Fuerunt in Gallia instituti
equestres ordines, vnus stellae institutus apud
sanctum Ouenium anno 1311. per Ioanem regem
Galliarum, vt scribit in annalibus Froissardus:
subinde institutus ordo sancti Mishaelis cum tor-
que aureo, qui ordo institutus est a Ludouico XI.
rege Gallorum anno Domini 1469. Et anno 1579.
calendis Ianuarij ordo sancti spiritus, ab Henri-
cho 3. rege nostro & Poloniae. In Burgundia, Phi-
lippus Burgundiae rex anno 1429. ordinem equi-
tatis aurei velleris instituit: vt in annalibus scribit
Monstreletus Amatus S. nomine comes viridis
dictus, Allobrogum dux, ordinem equitum in-
stituit, cuius insigne imago annunciationis, seu
salutationis virginis Mariae Domini nostri Iesu-
Christi genitricis, vt in historia legitur Sabau-
diae. Fuit & in Anglia ordo alius, Verum tamen
isti ordines postremi non fuerunt sacrorum mili-
tium, nec ea ratione instituti, vt se Deo & reli-
gioni solum tutandae deuouerent, vt praedicti sa-
cri milites: quibus & accedere possent, qui cru-
ce aliquando se signarunt, in auxilium Christia-
norum in Syriam & Hierosolymam profecti cura
Gotefrido & aliis ducibus praerariis. Qui
& milites sacri primum, postea fratres se appel-
labant, vt auctor Paulus Aemilius. Sed horum
nullum habemus regula certa definitum ordi-
nem, vel votum aliud, quam militandi pro fide
Christiana. Vnde illos non inserimus inter sacros
militares equitum ordines.

g Franciscus Tarapha, de regib. Hispaniae, in Raymundo, Ioannes Vassaeus in annalibus Hispaniae anno 826. h Ioann. Vassaeus vbi supra, i Decret. l. c. 9. k Francisc. Tarapha de regibus Hispaniae in Alphons. 9. & in Genealogia regum Hispaniae.

l Francisc. Tarapha, vbi supra, in Alphons. 11.

m Idem Tarapha, in Alphonsio 11.

n Paul. Aemil. lib. 4. histor.

a Paul. Aemil. in 5. historia Franc.

b Aemil. lib. 5. Sebastia. Brant Blondus, 6. Dec. 2.

c Henrich. Pantaleo, in Propogographia seu parte 2. de Viris illustribus Germaniae in Henricho a Vualpot.

d Henrich. Pantaleo, in proxime citato loco, & parte de Viris illustribus, in Alberto 3. duce Prussiae, & Sleidanus. e Martinus Chrometus, lib. 7. de reb. Polonicis. f Franciscus Tarapha, l. de regib. Hispan. in Sancto 3.

De habentibus manualia beneficia.

Cap. 36.

- 1 Beneficia manualia non proprie beneficia, quia amouibilia & regularia.
2 Abbas S. Sulpitij Biturigum triennalis.
3 Abbatia & prioratus monialium triennales. Beneficium manuale quomodo adimi a superiore potest possessori: & remedium si adimatur sine causa eod.
4 Beneficia manualia quomodo fiant perpetua.



Quaedam personae regulares, vel quae regularibus accedunt, titulo quodam saepe nominantur, quae sacerdotum, & ecclesiasticarum personarum appellationem referunt. Limitantur etenim nomen & naturam quodammodo beneficiarum, qui manualia, vt appellant beneficia hebet, quae tamen proprie beneficia non sunt: quia praefecti his beneficiis possunt amoueri ad nutum abbatis vel prioris. Sunt enim huiusmodi beneficia manualia regularia, non secularia: qualia in ordine humiliorum, & praemonstratentium ex consuetudine esse tradit Ioannes Andreas. Et Rebuffus, scribit abbatem sancti Sulpitij apud Bituricenses triennalem esse, & singulis trienniis eligi. Atque in comitiis Aureliacensibus placuit, vt posthac abbatibus, & priores essent adueniente vacatione triennales, ex electione Vestalium. Sancit & Innocentius 3. ne alicui monachorum committatur obedientia perpetua possidenda, tanquam sibi in suam vitam locetur: sed cum oportuerit amoueri, sine contradictione qualibet reuocetur. Explicat Clemens 5. ex concilio Viennensi, dum ait, priores & administratores beneficiarum, quae sunt de mensa abbatis vel monasterij, posse liberè ad claustrum cum oportuerit reuocari. Quod intelligendum est de beneficiis, quorum administrationes conferuntur ab abbatibus, non quando per electionem ad ea vocantur. Priores enim manualia habere beneficia, & ad nutum priuari possunt dicunt iure alij nequaquam, qui titularij sunt, nec aliorum more ad regimen tantum ecclesiarum vel prioratum dicuntur. Obseruandum itaque est in hac quaestione, posse beneficium vel prioratum regulare esse administrationis causa tantum concedendum: vel naturam habere perpetui beneficii. Et in primo casu amoueri posse ab abbate praefectum, videlicet si iusta amotionis ad sit causa: aliter enim posset monachus a beneficio manuali sine causa amoueri, implorare superioris abbatis auxilium, vt post Innocentium 1. & Decium, & Ioannem de Selua, notauit obseruari in Gallia Rebuffus. Sed & fit hoc irrevocabile beneficium proculdubio, quando post concessionem abbatis confirmatur possessor ex certa scientia, & expressa qualitate per summum pontificem, vt annotant Immola & Panormita, & Rebuffus. Quod si perpetui beneficii naturam habeat prioratus, beneficium illud praesens non est tractationis: nec amoueri praefectus per abbatem poterit, concessio enim facta censetur cum sua qualitate.

a glo. in verbo, consuetudine, in ca. v. n. de capel. monach. in 6.

b Ioan. Andr. in addit. ad d. glo.

c Rebuff. in tract. de pacifi. possess. num. 273. d Aux ordonnanc. destros estatz d'Orleans, art. 3. e Innoc. 3. in e. cum ad monasterium, c. 6. 5. tales, de sta. mona. l. 1. Decret. tit. 15. f in c. vnic. de supplen. negli. praelat. lib. 1. Clem. tit. 5.


g ca. 2. de stat. monach. Grego. lat. de Selua, in tractat. benefic. part. 3. q. 68. h in ca. 1. 5. in eos autem, de priuil. in 6. lib. 5. tit. 7. i Innoc. in ca. infirmate, qui cleric. vel vult.

k Decius, in c. ad nostram, circa finem, de consir. vti. l Ioan. de Sel. in tractat. benef. & d. q. m Rebuff. in tractat. pacific. posse nu. 275. & 281. n Immo. & Panorm. in c. nisi essent, de praebend. & in ca. cum inter, de vicio. o Rebuff. in d. tract. nu. 279. p Clem. vnic. de supplen. negli. praelat. in clem. c. vni. de capel. monach. in 6.

De vicariis temporalibus, officiali, & aliis.

Cap. 37.

- 1 Vicarius temporalis quis.
2 Officialis vicarius est episcopi, & ut sit ecclesiastica persona.
3 Vicarius episcopi in spiritualibus.
4 Officiales ordinarij, & foranei episcopi qui.
5 Officiales ordinarij episcopi perpetui sunt, nec desuntuntur ab episcopo.



Vicarij temporales quidem beneficium regunt, sed ideo beneficiarij non sunt: nam non sibi, sed alteri possident. De hoc, & de vicario perpetuo paulo antè dictum est, dum ageremus de plebanis seu parochis. De vicario autem episcopi generali, & paulo post dicemus c. 41. Et rursus pauca de officiali. Dicitur & officialis vicarius episcopi, habens iurisdictionem. Hic ex clericis, non ex laicis constituitur debet, & locum episcopi tenet vel representat: vnde & in eius sede eo absente, in actibus, in quibus episcopi interest, praesidet. Et quia vices gerit episcopi officialis iurisdictione ecclesiastica distribuendi, dicitur vicarius. Sicuti & is, qui absente episcopo in beneficiorum collatione munus illud pro episcopo exequitur, dicitur vicarius in spiritualibus, vel vicarius generalis. Qui si non distinguatur ab officiali, & officialis rectè dicitur is vicarius: quia officialis dicitur, nomine episcopi conferre beneficia. Porro officiales in duplici sunt differentia: nam alij faciunt eandem sedem cum episcopo, & sunt iudices ordinarij: alij delegati ad certas causas, & in certa regione dioeceseos, qui dicuntur foranei, à quibus appellatur, vt à delegatis ad delegantem episcopum: cum ab ordinariis nequaquam ad episcopum, sed ad archiepiscopum fiat prouocatio. Foranei vt plerumque etiam temporales, alij perpetui, id est, quandiu viuunt. Quamuis enim ad nutum fiant ab episcopo, tamen facti nec ab eo, nec à succedente in episcopatu amoueri ab officio possunt, nisi mors vel delictum interueniat. Et si ad beneplacitum fiant, vt notat Oldradus, Iason, Alexander, Ludouicus Gomes. Decet enim beneficium perpetuo manere.

q ca. in noua, 16. q. 7.

r can. 6. 93. dist. c. 1. 94. dist. s. c. 1. de offi. vic. ca. in 6.

t c. fin. eod.

v c. ex frequen- tibus, de insti- tui. ap. Greg. x clem. 2. iun- da gl. de res- scrip. in clem. c. 1. de offi. ordinar. in 6. y l. 1. in P. pro- loc. z Oldrad. con- sil. 4. a Iason, § sed ista, 6. col. de actio. b Alex. consil. 216. incipit ma- gister. col. fin. lib. 7. c Lud. Gom. ad reg. cancel. de non toll. iu. re qua. § 4. d l. iurisperi- tos, de excusa. tuor.

De commendatariis.

Cap. 38.

- 1 Commendatarij verè non sunt beneficiarij.
2 Commendatarij iure regaliae qui.
3 Regalia ius regi ex duplici causa competit.
4 Ecclesia tantum ex facultate principis bona possidet.
5 Munus mortuae quae collegia dicantur, & quare.
6 Bona immobilia quare manus mortua non possideant sine gratia.
7 Regalia iure quando, & quandiu fructus ecclesiarum capiat rex.
8 Regalia ius durat, donec praestetur fides regi à prelato. Collatio beneficiorum iure regaliae eod.
9 Episcopi probandi à principe.
10 Vacantium ecclesiarum annui fructus à quo Regi Gallorum concessi.

- S. Ludouicus à Bonifacio in numerum sanctorum relatus eod.
- 11 Philippus rex à Bonifacio excommunicatus, absolutus à Benedicto 11. Philippo regnum adeptum, & restitutum eod.
- 12 Collationes iure regali à quo tempore competant regibus Gallie.
- 13 Electio & nominatio ad pralaturas, solius regis Gallorum.
- 14 Spiritus & temporalis potestas quando simul laicis concessa fuit.
- 15 Beneficiorum vacantia annales concessa reuocata.
- 16 Vacantia commendatariorum annue militum hospitaliorum.
- 17 Philippus Imperator bona ecclesie baronibus concessit. Bona ecclesie tyrannice distrabuntur eod.

a c. nemo de in cepis, c. 15. de electio. b Rota, in decis. 244. in antiquis. c l. commedare de verb. sig. l. Lucius, de pos. in P. c. 1. eo. tit. ap. Grego. ca. nequis arbitretur, 22. q. 2. d l. ei commo datus, c. m. mod. P. e v. l. in l. ex factio. l. 35. re. 15. antem Italicum, de he red. instit. lib. 28. P. tit. 5. f Molin reg. de iust. renu. c. 1. b. nu. 156.

g Agid. Magister in tract. des amortissement. nos in Feudis plura.

h s. vt autem lex, de no ali. reb. eod. i. l. quia poterat, ad senat. conf. Trebelli, in P. k l. proponeretur, de iudi.

l l. inebemus nulli, l. 14. s. cientes, in fine, & s. fanè, in fine, de sacros. eccles. C. tit. de reb. eccle. non alien. in auth. m. cadueris, c. 7. de immu. eccle. lib. 3. De cret. tit. 1. 9. l. pla. et. l. 1. de sacros. eccle. C. cum similib.

Vi in commendam habet temporale beneficium ab episcopo, cum ultra lex mensis non possit commendari, non dicitur beneficiarius: quia nec perpetuo, nec sibi, nec alij possidet. Nihil enim aliud est commendare, quam deponere. Is autem qui deponit, remanet potius dominus, quam is cui res committitur. Et Vlpianus non aliam res alicuius loci vel persone censuit, quam si quis perpetuo ibi habuerit, atque ita deposuerit, vt perpetuo haberet. Non sunt etiam inter beneficiatos annumerandi qui iure regali sub custodia habent beneficia ecclesiastica, vel qui collatione eorum à laicis facti sunt, vt monuit Molinæus. Sunt autem regalia beneficiorum in duplici differentia: nam ius regale, vel ratione bonorum immobilium temporalium regi competit, vel ratione iuris spiritualis. Ratione bonorum, quia episcopatibus & pralaturis, siue cathedralibus, siue aliis in Gallia habent bona temporalia à principe feudum. Non enim licet collegialibus ecclesiis in Gallia, bona habere immobilia, quin facultas à principe concedatur: quæ dicitur dispensatio, communi autem idiomate, amortissementum, vel ius morticinij. Si quidem manus mortue dicuntur, ecclesie, collegia, capitula vniuersitates: quia in eodem statu permanent, veluti mortui sunt, expertes omnis vicissitudinis, istius saltem seculi. Siue enim lignum ceciderit ad austrum, siue ad aquilonem, ibi ardebit. Cum tamen viuentes multis & penè infinitis mutationibus & alterationibus sint obnoxij, vt pote sub perpetuo motu degentes, variisque acti voluntatibus. Et quia collegia, capitula, ecclesie semper per subrogationem, personarum, statum eundem habent. Sicuti sedes iudicialis, quæquam moriatur iudex, hebet idem iudiciu: etsi alius in defuncti locum substituitur. Bonaitaque quæ ab illis tenentur & possidentur, veluti mortua dicuntur: quia mutare statum non possunt, præsertim cum alienari iure communi nequant. Quamobrem neque possideri bona temporalia posse ab illis iure communi placet, potissimum ab ecclesiasticis, collegiis, & ecclesiis, aliisque similibus personis. Cum enim immunes illæ sint ab omnibus ferè exactionibus, & indictionibus, à secularibus principibus necessariò rebus pro negotiis yrgentibus reipub. imponendis, fieret vt cum immunitate illa perpetua reipub. detrimentum maximum pateretur, eneruatis redditibus per illam detentionem: vt neque laudatis à dominis directis eorum bonorum, neque renouationes feudorum in bonis mobilibus, quæ quintum & reirequintum dicuntur, amplius penderentur, rebus in eodem statu manentibus, qui tamen mutantur, quando ad alios singulares possessores perueniunt. Hi enim, vel moriuntur, vel distrahunt: vnde & iura clientelaris prædij & feudorum, res ipsæ & iura sapius ad dominos recurrunt. Vt nullo modo fieri posse videatur ex parte naturæ rerum, & personarum ecclesiasticarum habita cõsideratione, res ab illis possideri, qui emori non possunt: præcipuè, si de ecclesiasticis agatur. Cum iure legis Moseos non potuerit Leui stirps habere partem aut possessionem cum fratribus suis: quod ipse Dominus possessio eius esset. Quod & initio, & nascente ecclesia Christiani securi sunt, donec ex permissione Constantini Magni licuit: vt & nunc dispèrat rex in feudis. Quorum origo prima ab eo est, vt teneant impetrato iure morticinij. Ius autem morticinij est, valor, æstimatiõne tertia partis totius rei, in qua ius feudi extingui postulatur, vt cautu est constitutione Caroli, anno 1402. mense Octobri. Quæuis hodie in parte luenda, alia sit prout principum taxatio: inquisitione tamen facta præcedenti census, & qualitatibus, & quantitatibus rei, & facta concessionis in camera computorum descriptione. Quibus obseruatis habent ex iure illo morticinij, collegia, vel ecclesie in posterum ius possidendi in perpetuum, nec teneantur è suo mancipio ablegare, si nolint. Cæterum quando vacat pastore ecclesia episcopalis, vel archiepiscopalis, quæ patitur hoc ius regaliæ, interim rex fructus capit, veluti iure feudi concessi, & ratione custodiæ, quæ quædiu vacauerit. Et notat Aufserius post stilum parlamenti, beneficium in regalia, vacante sede episcopi vel archiepiscopi, qui habent ius collationis, etiam si episcopus vel archiepiscopus sit electus, vel confirmatus, aut missus in possessionem ecclesie & collationis beneficiorum, donec ipsius pralati persona fuerit recepta in fidem & hominum regis. Mediòque tempore, & ante fidem præstitam, & vacare prælatutè beneficia in regalia, & iure regalia conferri à rege. Exigit ius regni, vt episcopi à nostro principe approbentur, quod conforme iuri pontificio. Sic enim in epistola quadam ad Lothariu primum imperatorem scripsit Leo 4. sum. pontif. At in synodo definitum est generali, ob beneficia concessa in sedem apostolicam per Carolum Magnum, vt ab eo rege episcopi & archiepiscopi per singulas prouincias inuestituram acciperent: neve nisi à rege laudatus & inuestitus episcopus à quoquam consecratur. Quæ proculdubio ratione bonorum temporalium intelligenda sunt: nam inuestitura alioquin ecclesiastica nihil operatur, si à laico concedatur, vt episcopus, vel alia ecclesiastica persona potestate sua conferendi beneficia, vel exercendi diuina officia fungatur. Statutumque est iure communi, neminem ob foundationem beneficij, quicquam aliud præter honorem cõmunem omnibus Christianis in ecclesia retinere sibi posse. Neque etiam in concessione Hadriani, & Leonis 4. regibus Gallicis factum est, ius accipiendi annuos fructus vacantium ecclesiarum, in quo maximè quidam labuntur, sed postea concessa est illis hæc singularis potestas è Bonifacio 8. pont. sum. qui quidem Philippo Pulchro & eius successoribus concessit, postquam eius patrem S. Ludouicum in numerum & album sanctorum retulit, priuilegium vacantium ecclesiarum & prouentuum earum anni vnus exigendi: præterquam earum, quas cathedrales & monasticas diximus, vt ait Gaguinus. Atque Polydorus Virgilius scriptum reliquit, circiter annum 1184. in Anglia sub Bonifacio 8. concilium Londini celebratum contra Iudæos, in quo & statutum sit: nemini hominum amplius licere prædialia dare collegiis sodalitiis monachorum: nec sacerdotibus aut monachis emere possessiones aliquas, nisi permissu regis. Nisus tamen est idem Bonifacius 8. paulò post adimere hoc ius Philippo, & regnum ipsum, quod detulit cuidam Alberto imperatori in contentu generali, vt scribit Gaguinus, & Krantius, & Platina. Excommunicato Philippo, præteritum quod sacrum bellum in Agarenos institueret, cuius tamen consilium in hoc dissoluit Benedictus 11. pontifex, successor in sedem Bonifacio: & absoluit à censura regem, iussitque Galliam regi suo parere, vt ait Blondus, & Platina. Quæquam Philippus ipse constitutionibus suis edidit anno 1334. & 346. repetat ab antiquo sibi ius esse regaliæ, & ante concessionem Bonifacij 8. competens regia dignitatis ob honorem singularem coronæ Galliarum. Quo possint reges Gallie iure regaliæ ex præfca possessione concedere præbendas & beneficia vacantia iure & facto, vel ipso iure tantum. Sicuti & olim vsos esse hoc iure regaliæ reges Angliæ faciunt quædam fidem. Referunt alij itaque concessionem huius priuilegij ad concilium Aurelianense habitum sub Clodoueo, in quo concessa regi electio & nominatio prælatorum in remunerationem victoriæ à Clodoueo in Visigotos, fuso Alarico eorum rege. Alij ad Caroli Magni, & Caroli Calui beneficia in sedem apostolicam, & ob suos Arrianos referunt: vnde priuilegia multa illis irrogata, vt notat Arnulphus Rufæus, & Philippus Probus. Ius etiam consentiendi in electionem episcoporum, & regibus aliis Hispaniæ, & Galiciæ, item imperatoribus concessum, vt constat ex concilio Toletano: nunquam tamen electionem ipsam & nominationem prælatorum alij, quam imperatori Gallico, & eius successoribus datam inuenio. Quamodrem si imperator, alius, quam ex hac progenie velit hoc iure vti, ea ratione quod Carolus fuerit imperator, cui concessum est priuilegium, id iure Gallico vsurpabit, non proprio, ratione imperij: quia huic tanquam imperator renunciauit Ortho Magnus, siue primus, Ioanni 11. sum. pontifici. Et Ludouicus primus renunciauit electioni summi pontif. Paschali primo, vt nec hodie Galliarum rex eligat summum pontificem remisso illo iure, ceteris iuribus & in alios episcopos concessis non eiuratis, quæ inter regalia hæc rectè annumerantur. Errat autem valde Ioannes Petrus de Ferrariis, dum ait, scire debes, tu indocte laice, quod imperium habuit aliquando, scilicet temporalem, & spirituale à domino potestatem: quia tunc imperatores conferebant, omnia beneficia ecclesiastica per vniuersum orbem. Nam hoc falsum est, neque Innocentius, quem ipse citat, vnquam in eo loco quem signat, neque canon, Adrianus 63. dist. quem adducit, hoc ait: quamuis non disteat ante aduentum Messie, ante stabilitum regnum, Mosem vtramque potestatem habuisse, & Samuelem: verum, dum discretum ab imperio sacerdotium fuit, duo fuerunt gladij, & imperium suis limitibus debuit esse cõrentum: nisi quatenus ex priuilegio permissum est vltra. Neque Ozias rex Israël impune tulit, quod

eccliarum & prouentuum earum anni vnus exigendi: præterquam earum, quas cathedrales & monasticas diximus, vt ait Gaguinus. Atque Polydorus Virgilius scriptum reliquit, circiter annum 1184. in Anglia sub Bonifacio 8. concilium Londini celebratum contra Iudæos, in quo & statutum sit: nemini hominum amplius licere prædialia dare collegiis sodalitiis monachorum: nec sacerdotibus aut monachis emere possessiones aliquas, nisi permissu regis. Nisus tamen est idem Bonifacius 8. paulò post adimere hoc ius Philippo, & regnum ipsum, quod detulit cuidam Alberto imperatori in contentu generali, vt scribit Gaguinus, & Krantius, & Platina. Excommunicato Philippo, præteritum quod sacrum bellum in Agarenos institueret, cuius tamen consilium in hoc dissoluit Benedictus 11. pontifex, successor in sedem Bonifacio: & absoluit à censura regem, iussitque Galliam regi suo parere, vt ait Blondus, & Platina. Quæquam Philippus ipse constitutionibus suis edidit anno 1334. & 346. repetat ab antiquo sibi ius esse regaliæ, & ante concessionem Bonifacij 8. competens regia dignitatis ob honorem singularem coronæ Galliarum. Quo possint reges Gallie iure regaliæ ex præfca possessione concedere præbendas & beneficia vacantia iure & facto, vel ipso iure tantum. Sicuti & olim vsos esse hoc iure regaliæ reges Angliæ faciunt quædam fidem. Referunt alij itaque concessionem huius priuilegij ad concilium Aurelianense habitum sub Clodoueo, in quo concessa regi electio & nominatio prælatorum in remunerationem victoriæ à Clodoueo in Visigotos, fuso Alarico eorum rege. Alij ad Caroli Magni, & Caroli Calui beneficia in sedem apostolicam, & ob suos Arrianos referunt: vnde priuilegia multa illis irrogata, vt notat Arnulphus Rufæus, & Philippus Probus. Ius etiam consentiendi in electionem episcoporum, & regibus aliis Hispaniæ, & Galiciæ, item imperatoribus concessum, vt constat ex concilio Toletano: nunquam tamen electionem ipsam & nominationem prælatorum alij, quam imperatori Gallico, & eius successoribus datam inuenio. Quamodrem si imperator, alius, quam ex hac progenie velit hoc iure vti, ea ratione quod Carolus fuerit imperator, cui concessum est priuilegium, id iure Gallico vsurpabit, non proprio, ratione imperij: quia huic tanquam imperator renunciauit Ortho Magnus, siue primus, Ioanni 11. sum. pontifici. Et Ludouicus primus renunciauit electioni summi pontif. Paschali primo, vt nec hodie Galliarum rex eligat summum pontificem remisso illo iure, ceteris iuribus & in alios episcopos concessis non eiuratis, quæ inter regalia hæc rectè annumerantur. Errat autem valde Ioannes Petrus de Ferrariis, dum ait, scire debes, tu indocte laice, quod imperium habuit aliquando, scilicet temporalem, & spirituale à domino potestatem: quia tunc imperatores conferebant, omnia beneficia ecclesiastica per vniuersum orbem. Nam hoc falsum est, neque Innocentius, quem ipse citat, vnquam in eo loco quem signat, neque canon, Adrianus 63. dist. quem adducit, hoc ait: quamuis non disteat ante aduentum Messie, ante stabilitum regnum, Mosem vtramque potestatem habuisse, & Samuelem: verum, dum discretum ab imperio sacerdotium fuit, duo fuerunt gladij, & imperium suis limitibus debuit esse cõrentum: nisi quatenus ex priuilegio permissum est vltra. Neque Ozias rex Israël impune tulit, quod

n Deut. c. 12.

o ca. futuram, & c. videntes, 12. q. 1.

p Agid. Magister, trad. des amortissements c. 3.

q in constitutio. regia, declaration sur les amortissements.

r c. generali, de elect. in c. s. tit. de quib. caus. curiæ parlam. cognosc. confue.

t ca. Reatina, 63. dist.

v c. Hadrianus, 61. dist.

x can. r. c. quoniam inuestituras, 16. q. 7.

y c. pie mentis, ead. quaest.

a Gaguin. lib. 7. in Philip. Pulchro. b Polyd. Virg. lib. 17. in Anglia.

c Gaguinus, in vita Philippi Pulchri. d Krant. lib. 8. c. 36. e Plat. in vita Bonifa. 8.

f Blondus, 9. Deca. 2. g Plat. in Bened. 11.

h Agid. Magist. in tract. regali. c. 1.

i ambo in tracta. regali.

k ca. cum longè, 63. dist.

l c. in synodo, ead. dist.

m ca. tibi domino, ead. dist. n can. ego Ludouicus, 63. dist.

o in practi. in for. libel. quo agitur de substitutione, in exemplari ad ver. ex suo. eot. pore & legitimo matrimonio natis. p citat Innoc. in ca. 2. de maior. & obed.

q cano. imperium, 10. dist. c. per venerabilem, qui sit. sint legit.

ausus fuerit munus sacerdotale vsurpare. Et ita antiquata ethnicorum abseruatio, qua imperator inaugurabatur omnibus sacris, vt in potestate sua haberet omnes religiones scilicet idololatrarum vt ait Dion Cassius: nam hoc Christianis imperatoribus nunquam permissum fuit absolueri. Fuerunt & aliis principibus, & ecclesiasticis vacantia annales beneficiorum concessa ex priuilegio, quod tamen postea reuocatum est, aut valde imminutum, & meritò, à Ioanne 22. Habent & hoc ius in commendis ordinis vocantibus morte commendatarij, milites S. Ioannis Hierosolymitani: nam mortuo commendatario, vacantis commenda fructus annui arario communi acquiruntur. Neque negauerim iure tyrannico aliquos præter priuilegium, sibi ius in ecclesiis prædialia vsurpasse: verum illud potius iniuriæ & sacrilegio adscribendum, sicuti nec inultum abiit. Veluti apud Vispergensem abbatem legitur, Philippu imperatorem qui successit fratri Henrico 6. cum deficerent pecuniæ, quibus stipendia militibus præberet, primùm cõpisse distrahere prædialia, qua Federicus pater in Germania emerat, & cuiuslibet baroni prædialia rusticana, & ecclesias sibi cõrignas obligasse, à quibus ecclesie demùm fuerunt valde diuexata, & tandem excommunicatum ab Innocentio 3. gladio tyranni interemptum.

De officariis ecclesiasticis, & primùm de thesaurariis, seu sacristis. Cap. 39.

- 1 Officium ecclesiasticum quomodo à beneficio distinguatur.
- 2 Officium custodire portus, pascua, pecora, porcos, &c.
- 3 Sacrista quis, sacrarium quid.
- 4 Thesaurarius, thesauraria quid. Cimilito & cimilia quidquid eod. κειμλιτάρης & κειμλιτάριον: quid eod.
- 5 Gazæ & gazophylacium quid.
- 6 Thesaurus fuit in templo Dei.
- 7 Custos ecclesie quis, & eius munus.
- 8 Ignem seruandum perpetuo in ecclesia Dei inextinguibilem.
- 9 Ignis inextinguibilis fuit à vestalibus, & quis auctor.
- Ignis perpetuus sacer apud quos seruatur, eod. & 10. 11.
- Noachi vxor Tythea & Aretia ignem seruari docuit perpetuum, eod.
- Græci, ab Aramæis plura mutuati nomina, eod.
- 10 Vidue ignem perpetuum seruaturum Athenis.

olim, dum viguit Ecclesiastica dignitas, consecuti sunt, eò quòd Ecclesia mortis temporalis non solear perferre sententiam. & vt dicitur, non nouerit sanguinem, vel vltimum suppliciu, prohibente concilio Toletano. Excipit tamen Clemens 3. in concilio Viennenfi ab hoc priuilegio, clericos laniones, vel caupones, nec abstinentes ab hoc officio post trinam monitionem diocesani. Sicut & alij casus sunt, quibus præscriptione vel exceptione clericatus quis non vitur, quo minus à iudicibus secularibus & regijs iudicetur, de quibus suo loco, Deo fauente, dum de iudicijs agemus, tractabimus. Interim autem de iisdem poterit studiosus, si egeat, consulere Bartholomæum Chafsanæ, qui eosdem in vnum coniecit. Aliud singulare priuilegium clericorum simplicium, vt si quis sanguinolentus iniecerit illis manus, ipso iure sit anathemate excommunicatus: vnde non possit ab alio, quàm à sum. Põtifico (excepta mortis necessitate, in qua proprio Episcopo facultas illa conceditur) absolui. Additur & istis ab interpretibus aliqua priuilegia, quæ tamen potius alterius gradus, quàm primæ tonsuræ clericis conueniunt. Vt illud, quod olim obseruabatur, vt si quis in clericum manus violentas inuulserit, cessum id est, cessatio vel interdictio diuinorum officiorum ab Episcopo vel eius officiali, ei loco in quo reus erat, donec vltio & satisfactio clerico fieret. De quo meminit Arestum curiæ Tholofanæ latum anno 1316. die 11. Septembris in causa Rectoris Ecclesiastici de bello Martesio apud Ioannem Gallum. Et hac cessione vel cessatione ne fiat leuiter cauet Innocent. 3. Adicietur & ad execrationem criminis illati in clericu ex consuetudine quarundam ciuitatũ, vt cum hac cessatione vel suspensione diuini officij crux B. Mariæ & aliorum sanctorum imagines in terram deiicerentur, & per viticas & spinas traherentur: qui abusus postmodum prohibitus & punitus est per Gregorium nonum in concilio generali Lugdunensi. Dicendum itaq; superest nobis de septem Ecclesiasticis ordinibus, omisso clericali simplici, & pater Episcopatu, de quo superiori libro dictũ est: nam neque inter ordines Ecclesiasticos, qui sacerdotio concluduntur, illum contineri voluit Theologi. Et si Episcopalem dignitatem ordinem dixerint sum. Põtif. quia supremam hierarchiam faciant in Ecclesia militanti, alio tamen respectu: propriè enim ordinati non dicuntur, sed cõsecrati, vt abbates benedicti, & clerici ordinati, vt notat Felinus qui hanc quæstionem discutit. Vt tamen & D. Cyprianus ordinationis nomine dum scribit Cornelio, Literis nuper ab vtraque parte susceptis, tuas literas legimus & Episcopatus tui ordinationem singulorum auribus intimauimus. Clericis omnibus leges impostæ communes rectè viuendi sunt, à quibus ex necessitate peregrinationis dispensantur aliquomodo, & pleræque illis permittuntur tunc, quæ alioquin prohibentur: possunt enim tunc tabernaculi ingredi seu cauponas habere, comam relaxare, sacramenta etiam tempore interdicto capere. Vtatur illis interesse conuiuijs nuptiarum, ioculationibus, cantilenis, choreis. Iubet etiam Isidorus in vita clericorum, vt se à mundi voluptatibus abstineant, conuiuia publica fugiant, priuata sobria & pudica habeant ab vsuris ambitione honorum odio, obreclatione, inuidia caueant, & alia id genus fugiant, quæ referuntur in cap. his igitur. 23. dist. Valenti-

a c. clericis, c. 9. nec cler. vel mona. & c. lib. 3. Decret. tit. 50. c. in archiepiscopatu, de raptor. c. illud facit. 24. q. 3. b. Clem. 1. de vit. & honest. cler. lib. 3. Clem. tit. 1.

c Chassa, ad consuetu. Bur. tit. des iustices. s. 5. ad verbũ, perdra la vie, ver. prima regula, c. i. seq.

d c. si quis fundente diabolo, 17. q. 4.

e Ioan. Gall. in q. in arella parlam. in 5. par. styli parlam. q. 393. & vit. in dispositis per Carolũ Molinum f. in c. interregabili, c. 23. g. gerit. de off. ordi. lib. 1. Decret. tit. 31. g. in c. canonici, c. 2. de off. ordi. in 6. lib. 1. tit. 16.

h cano. fin. de presbyter. nõ baptizantibus, minist. c. ordinationis, 75. dist. i Felin. in c. sicut pro certum, per illum, textum, nu. 1. de Symon. & per c. vnicum in fine de facta vndio. k D. Cypria. lib. 2. epist. epist. 10.

i can. clericis, 44. dist. m c. episcopi, 21. q. 4. n c. quoniam, 21. q. 1. o c. si quis ex clericis, de vit. & hon. cleric. p cap. quod in te, de poeni & remiss. q c. presbyter. 11. 34. dist. c. nõ oportet, in 2. de poenitent. dist. 5.

nianus etiam quasdam sanciuit regulas in legibus Nouellarum titulo 12. de Episcopali iudicio, quarum illa: Nullus originarius, inquit, inquilinus, seruus, vel colonus, ad clericale munus accedat, nec monachis vel monasterijs aggregetur, non corporatus, non curialis, non aurarius. Clerici nihil profusus negotiationis exercent, si velint negotiari, sciant se iudicibus subditos, clericorum priuilegio non muniti. Et Maioranus A. lib. legum Nouellarum, tit. 2. de Episcopali iudicio, aliam addit: vt nullus inuitus clericus fiat vel consecratur, alioquin pœnam imponit archidiacono hoc facienti, & suæ libertati reddit ordinatum. Sint temperantes in vestium, victusq; vsu. Et quæ in Episcopo exigit diuus Paulus, quoad fieri poterit imitentur: conuiuia & comestiones fugiant.

De ordinibus hierarchiæ Ecclesiasticæ in genere. Cap. 2.

- 1 Clericorum appellatio, & diuisio.
2 Ordinis definitio.
3 In ordinibus que consideranda.
4 Ordines Ecclesiastici quot.
5 Ordinum diuisio in minores & non sacros, & maiores seu sacros.

Olligimus ex superioribus in summa, clericorum appellationem generalem esse, pertinentem ad eos qui capillo tantum initiati sunt, quive ex coniugati clerici, & non coniugati dici possunt: & ad eos, qui alijs ordinibus sacris adscripti sunt. Et perinde clericorum alij regulares, qui & viri religiosi dicti: alij non regulares, qui & seculares dicuntur. Ordinis sacramentum à Theologis definitur, vt sit signum seu signaculum quoddam, per quod spiritalis potestas traditur ordinato. In hac ordinatione, gradus primũ ordinis inspicendus: dehinc ipsa ordinatione, in qua personæ ordinatorum & ordinantium: postremo, & modus ordinandi perpenduntur. Erunt autem ex cõmuni omnium consensu septem species vel gradus ordinis Ecclesiastici: nam & qui plures numerant, & istos adiciunt. Nempe ostiariorum, lectorum, exorcistarum, acolytorum, subdiaconorum, diaconorum, & presbyterorum. Qui omnes quidem ordines, verè sacri sunt, ad maiore tamen aliquorum sanctitatem, quatuor primi, & minores, & non sacri dicti, & facilius concessi diebus dominicis ab Episcopo proprio. Alij verò tres posteriores, sacri & maiores dicuntur: qui non nisi sabbatho de passione, & Pentecostes, & quatuor anni solemnibus temporibus conferuntur. Hos omnes ordines nominat, & alios D. Ignatius epistola ad Antiochenes, ibi: Saluto sanctum presbyterum vestrum, saluto sanctos diaconos, saluto subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, exorcistas, atque confessores. Vt non dubium sit ex tempore Apostolorum, in quo vixit D. Ignatius, omnes hos ordines fuisse. Et de his etiam Epiphanius contra hæres. lib. 3. tomo 2. circa finem.

De ostiariatu, & ostiarijs. Cap. 3.

Ostiarij habent ordinem Ecclesiasticum nunc, & apud Hebræos.

r vide Pas. lib. 1. Rhap. areff. tit. 5. areffo 9. & 10.

s c. partimonio, & c. si. 42. dist. de vestip. prohib. in c. omnis, & seq. 21. q. 4. t. 1. ad Timo. 3. v tota 44. dist. apud Gratia.

x Rubrica, de cler. conu. li. 3. Decr. tit. 5. y c. lictas, ca. 14. de fil. presby. c. cum tibi, 8. de verb. sign. z in c. licet, 12. de offic. & pot. iud. ordi. & alibi, de heresi specieb. & reg. dixim. li. super. ca. 14. 15. 16. 17. Tractatur & in rubr. de regula. & in auti. ingressi, de fac. ecel. c. a. c. inter quatuor, ca. de relig. dom. b c. si de presby. non baptizato, & in c. cil. Tridenti. sess. 7. c. in 4. Senten. dist. 24.

d ca. 1. & 2. de temp. ordinatione.

- 2 Ostiarij officium quod.
3 Symbolum ordinis ostiarij claus. Ecclesiam ingredi prohibebantur excommunicati, infideles, profani, pœnitentes, publicè heretici, eod. Mulieres ad altare non accedant, eod.
6 Ostiarij fuerunt in templis ethnicorum, & quale eorum munus.
5 A sacris profani etiam apud ethnicos arcebantur.
6 A sacris arcebantur quibusdam mulieres innuptæ, serui, lairones, lentiginosi, reuiescentes, & alij.

Verunt in ministerio ecclesiastico, ostiarij, vel ianitores. Hebræis, שַׂרְיָהוּ qui in vestibus & portis tabernaculi potissimum ad id electi choritæ, descripti deinceps in ciuitatibus propriis per Dauid & Samuëlem, vt seruirent per vices. Et hos ex sacro ordine esse oportere docet sententia Dauidis dum scribitur in libris Prætermissorum, Iuxta præcepta quoque Dauidis nouissima, supputabitur numerus filiorum Leui à virginis annis & supra, & erunt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini in vestibulis, in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, sicuti & in arca. Ostiarij officium est d. claus interiores & exteriores custodire, ianuas claudere & aperire, fideles admittere, infideles & excommunicatos ingredi prohibere. Symbolum eius ordinis concessi, claus ecclesiæ traditæ ab episcopo. Sic Musæus apud Instinum Martyrem, dicitur d' ἐπιτοπὸς βιβλίου. id est, ianuas autem opponit, vel obicit, profanis. Sunt & publicam agentes pœnitentiam ex disciplina ecclesiastica per totam quadragimam ab ecclesia pellendi per ministros hos. Prohibet & concilium Laodicenum, cap. 44. non oportere mulieres ingredi ad altare. Et in cap. 6. non concedendum hæreticis ingressum domus Dei, in hæresi permanentibus. Et cap. 43. nõ oportere ostiarios vel breui tempore ab ostiis abesse, & orationi vacare. Et apud ethnicos illud ipsum ministerium obseruauerunt ianitorum, cum profanis nõ liceret, sacris quibusdam interesse. Ideo & apud Græcos ad sacrificium sacerdos accessurus, antea quærebat, τίς τῶν ἐξ ἐξουσίας, id est, aduenire afflatum diuinationum, clamabat minister quod scribit Callimachus Cirenæus, ἐκείνους ὅστις ἀλλοτρός, ἐξέειπεν, ἐξέειπεν, ὅτι ἐστὶν ἴππιος. Quod Virgilius vsurpauit. Procul ò procul este profani, Conclamant vates.

Atque Plutarchus scribit ἐστὶ ἀλλοτρός ἐξουσίας, ἐστὶ καὶ ληστὴς ἀβέλγηλα, πολλὰ τῶν ἱερῶν, id est, sit ara detestabilis per seruum, nec sunt communicanda ea que sacrorum sunt laironibus. Et à quibusdam facti mulieres innuptas, aut seruitio pressos, vel are cõemptos abesse oportebat: idè in sacrorum apparatu licet clamare solebat, hostis vultus, mulier virgo exesto. Et in Chæronea, sacerdos loquens per foribus ædium sacrum Martæ, id est, Leucothæ clamabat, seruum non ingredi, non etholam, non etholam. Apud Magos ab aris submouebantur lentiginosi, qui elati reuixerant, quibus viuētibus exequiæ factæ fuissent, vultu profani. Apud Germanos qui secum amissis sept in acie, sacris interesse non licebat. Apud

a 1. Paralip. c. 9. & 26. & 2. Paralip. c. 34. b 1. Paralip. c. 23. d.

c 1. Paralip. c. 15. d c. perlectis, 25. dist. c. 1. in fine, ar. dist.

e ca. ostiarius, 23. dist.

f c. in c. 50. dist.

g Grego. Gyzald. 17. Syntagm. histori. Deco. h Callima. hymno 3. qui est in Apollinem. i Virgil. 6. Æneid.

k Plutar. De superstiti.

Ægyptios subulcis omnibus templa interdicit. Hebræis fortis ante 40. diem impetigine deformibus. Apud Scythas, qui hostem nullum interfecissent in acie, libare non licebat.

De lectoriati, & lectore. Cap. 4.

- 1 Lector dictus Papa.
2 Lectoriatus 1. gradus ordinum. Lector, cantor, psalter idem, eod.
3 Lector ex sacra scriptura Hebræis.
4 Lector in orationibus magnæ authoritatis ethnicorum. Iube domine benedicere, quid signat in ecclesia, eo.
5 Lectoriatus in ecclesia primitiua.
6 Lectoriatus ordo dari potest viris, & mulieribus.
7 Lectoris officium.
8 Psalmista in quo differat à lectore, & conueniat.
9 Lector à quo ordinatur, & qua formula. Psalmistatus à quo conferatur, eod.
10 Lectio Euangelij lectoribus simplicibus permissa non est.

Saacus Comnenus Orientis imperator, Papæ vocari tunc etiam lectorem insinuat in Constitutionibus suis, dum sanxit, ἡ μὲν ἐπὶ τῆ χειροτονίᾳ λαμβάνειν πλεον ἢ χειροτονία τῶν ἐπισκοπων, ἀλλ' ἡ μόνη τὰ ἐπὶ χερσὶ νόμισματα, &c. ἢ μὲν, ὅτε ποιεῖ τὸν λιτὸν πάππαν, ἢ τοὺ ἀναγιγνώσκοντες, ὅτε χειροτονίᾳ αὐτὸν διακονοῦν, ἢ ἕτερα τρία, ὅτε πληροῖ αὐτὸν ἱερέα, ἢ τοὺ πρεσβύτερον, nihil in ordinatione episcopos qui ordinat amplius accipiat quam septem aureos nummos: vni videlicet quando facit simplicem Papam, siue lectorem: tres quando ordinat diaconum: alteros tres quando sacerdotem, seu presbyterum perficit. Secundus gradus hic ordo lectorum est, qui catores vel μαθητὰς dicebatur ante aduentu Christi in tēplo Dei, vel pсалms, canētes Domino in organis, & hymnis, & psalmis. Erat & receptus mos in synagogis Hebræorum, singulis sabbatis per annum quadam legere ex lege Mosæica, & aliã lectionem ex prophetis: sicuti in ecclesia Dei ex Euangelio, & antiquo Testamento, vel ex alijs factis libris singulis diebus fit, potissimum in sacra liturgie consecratione. Lectione quidè ex lege vacantes פּרשָׁה parsha: ex prophetis autem הַפְּתוּחַּהּ haphtharah, alteram alteri copulantes, vt scribit Sebastianus Munsterus in appendice Bibliorũ sacrorum Hebraicorum, vbi illas distinguit lectiones. Meminit & eius moris D. Paulus apud D. Lucam, in oratione habita ad procōsulem Paphi, Sergiũ, loquens de Domino nostro Iesu Christo, & verbo Dei. Qui habitabant, inquit, Hierusalem, & principes eius hunc ignorantes, & voces prophetarum, que per omne sabbatum leguntur, indicantes impleuerunt. Et alibi D. Petrus, Moyses à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum predicent in synagogis, vbi per omne sabbatum leguntur. Concessumque inuenimus hoc munus Domino nostro Iesu Christo à synagoga. Sic enim scribit D. Lucas p. Et venit Nazareth vbi erat nurinus, & intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere: & traditus est illi liber Esaiæ prophete, & c. & cū plicuisset librum, reddidit ministro, & scdit. Et postea cepit predicare de eo quod legerat. Vt cõuicere liceat, lectore præire conione ad populũ sacra, eamque esse eius quod lectũ fuisset explicatione ad populum. Erant & lectores in 4

l in Constitutio. imperial. iur. orientalis, constit. Isaci. c. 18. l. 1.

m 1. Paralip. c. 23.

n Adum. c. 15. c.

o Actũ, c. 15. d.

p Luca. ca. 4.

religionibus ethnicorum: quia quae magna dicebantur auctoritatis preces, nobis id significant, quibus faciendis scripto praebat aliquis, & alius adhibebatur custos, ne erraretur in verbis: alius etiam preponebatur, qui linguis faueri à circumstantibus iubebat, vt author est Plinius a. Sicut apud nos obseruatur, cum aliquis lectiones in aede sacra dicturus alta voce profert, iube Domine benedicere. Sic apud Liuium b: Agedum pontifex publicus populi, prae verba, quibus me pro legionibus denouam, id est, praeter lege verba concepta voti, quae ego pariter eorundem numeris referam. Diuus Cyprianus c scribit ad Clerum, se lectorem Saturnum fecisse, & die Paschae semel atque iterum lectionem dedisse, examinatione perhabita an illi hoc congrueret. Meminit D. Ignatius ad Antiochenes epistola, huius ordinis, saluto, inquit, presbyterum vestrum, saluto sanctos diaconos, subdiaconos, lectores, cantores, ostiarios, laborantes, & exorcistas, atque confessores, Vt omnes eos fuisse ordines tempore apostolorum, quibus conuixit Diuus Ignatius, non dubitemus. Et fuisse ex primis ordinibus lectionem, aperte testatur D. Cyprianus d, dum de Aurelio, qui bis confessus erat Dominum nostrum Iesum Christum, loquitur. Merebatur, inquit ille, talis clericus ordinationis vltiores gradus, sed interim placuit, ab officio lectionis incipiat: quia & nihil magis congruit voci, qua Dominum gloriosa predicatione confessus est, quam celebrandis diuinis lectionibus personare. post verba sublimia qua Christi martyrium prolocuta sunt: Euangelium Christi legere, unde martyres fiunt, ad pulpitum post cathedram venire. Notat etiam Optatus Mileuitanus e pro inaudito, Maiorinum lectorem tempore quo Cecilianus erat diaconus, per factiones Lucillae fuisse ordinatum episcopum: scilicet omnis aliis gradibus. Meminit & Epiphanius f, in antiquo ecclesiastico instituto fuisse hunc lectorum ordinem, quem tradit posse subiri à virginibus & vitam solitariam agentibus, à continentibus, à viduis: & ab iis qui sunt in venerando coniugio. Ad lectoris officium pertinet, lectiones pronuntiare, & ea quae prophetae praedixerunt palam populo dicere g. Cum hoc ego contineri psalmistam puto, qui alibi à lectore distinguitur h: scilicet vt minor, & qui dicat extra pulpitem benedictionis laudes, responsoria, & quicquid pertinet ad canendi peritiam i, idque ad iussum vel solius presbyteri k. Cum tamen lector non ordinetur nisi ab episcopo, spectante plebe, cum hac verborum formula, Accipe codicem in quo lecturus es, & esto relator verbi Dei l. Videtur tamen psalmistatus potestatem accipere cum ordine primae tonsurae m, vt non immerito vtrumque abbas suis possit conferre monachis n. Nicephorus tamen Calisti o, docet secundum locorum consuetudinem diuersam lectionem, maioribus ordinibus sacrorum bibliorum, Euangeliorum videlicet, demandatam olim, Vt, inquit, in Alexandria sacrum librum legit archidiaconus, in aliis diaconi, in multis vero aliis sacerdotes, in nonnullis etiam quoque diebus celebrioribus episcopi: id quod hodie etiam Constantinopoli, inquit, fit & maxime Paschaliu seruarum die prima, & primo anni ipsius ingressu.

De exorcista. Cap. 5.

Exorcista quis, & munus.

- 2 Exorcismi conferbantur verbis conceptis.
3 Exorcista officium apud Iudeos, & 7.8.
4 Demones se adiuuari posse fessi sunt.
5 Exorcizandi potestas primum communis omnibus Christianis.
6 Exorcistarum definitus numerus erat.
7 Exorciste quibus adhibebantur.
8 Catechumenorum cura ad exorcistas pertinebat.
9 Orationes efficaces diuine super creaturis.
10 Tempestates exorcismis sedari.
11 Exorcista ethnicorum, & 12.13.16.
12 Grandinum depulsores Ethnicorum.
13 Demon in specie senis, Ephefi pulsus ab Apollonio Tyaneo.
14 Demonis mirum in extinguendis flammis, & pulsum aqua lustrali.
15 Incantatio prohibens ignem ardere.
16 Aqua lustralis & consecrata vis mira 14. & 15.
17 Demon, seu lamia in forma mulieris iuuenem decepta.
18 Lamia Demon ab Apollonio qualis esset coacta futuri.
19 Exorcismus baptismo, & oleo sancto adhibitus.

Exorcista dicitur, qui potestatem accipit adiuuari daemona, vel energumenos, id est, à daemone possessos. Quamobrem cum hoc ordo conferretur p, ab episcopo dicitur trahendo libellum, vbi conscripti sunt exorcismi, Accipe, & commenda memoria, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, sine baptismo, aut sine catechumenum. Nam conceptis verbis conferbantur exorcismi, vt ait Minutius Felix q, inter quae praecipua, vt non fierent orationes per conclusionem, per Dominum nostrum Iesum Christum, &c. quae aliis ecclesiasticis subiicitur precibus: sed, per eum qui venturus est iudicare seculum per ignem. Vt inde in memoriam daemorum supplicium proprium reducat, vt ait Micrologus. Erat hoc officium exorcistarum apud Iudeos, vt licet colligere ex historia apostolorum r, dum ibi legimus: Tentauerunt quidam de circumuentibus Iudeis exorcistis, innocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes, adiuuro vos per Iesum, quem Paulus predicat, &c. Fidem & facit Iosephus s, Salomonem modos adiuuuisse coniurationum, quibus ostrecti daemones, ne denuò redeant, effugatur. b Et haec cura, inquit, apud nos haec tenus, nullum praeualere dignoscitur, & vidi Eleazarum de gente nostra, praesente Vespasiano fecisse. Quod inuinit etiam Dominus noster Iesus Christus apud D. Matthaeum t, dum ait: si ego in Beelzebub euicid daemona, filij vestri in quo euicunt? Adiuuari enim per 4 nomen Dei se posse daemones confessi sunt, hoc est, veluti iureiurando ab eis inuinit praestito, cedere loco cogi & domari. Interrogatus enim Apollon sic respondit, vt refert Lactantius v,

Daemones oi qoi oi oi peri xtheta kai peri pnyoi, araxueloi, adiuuari ai apo iudai oi de oi, id est, Demones qui ventitant circa terram, & circa pontum, Indefessi, domantur sub flagello Dei.

Et remedia ecclesiastica daemones expellere & cogere, satis sacra pagina docet, ob potestatem ad iurationi nominis Dei concessam personis ecclesiasticis. Nam apud D. Marcum x, dedit illis potestatem curandi infirmos, & daemona euicendi. Et inger signa

signa credentium in fidem Domini nostri Iesu Christi, est potestas daemona euicendi a. Atque quia in nascenti ecclesia ob fidei feruorem erat omnibus haec communis ferè facultas, sicuti post baptismum linguis loqui variis: tunc non fuit distinctus hic ordo, vt constat ex constitutionibus apud D. Clementem b. At paulò post in ecclesia institutus, & formula praescripta exorcizandi. Vt & tempore D. Cypriani obtinuisse morem & ordinem ex eius scriptis apparet liquidò. Is enim c, & causam & effectum ordinis, & nominis rationem adfert, dum notat baptismi figuram praecessisse in mari rubro, vbi submersus cum exercitu est Pharaon, qui antea fidem datam Israelii saepe sefellerat. Vt pariter in baptismo opprimatur & exire cogatur fathanas, qui pro suo exitu promisso saepe promissionem fallit. Quod hodie, etiam inquit, geritur, vt per exorcistas voce humana & potestate diuina flagellatur, & vratur, & torqueatur diabolus, &c. Constat & hoc ipsum ex epistola Cornelij Romani pontificis apud Eusebium d, & concilio 4. Carthaginensi e. Eratque definitus etiam in ecclesiis singulis certus exorcistarum numerus, vt constat ex epistolis Anacleti, & Cornelij Pontificis apud Eusebium f. Adhibebantur autem exorcistae primum, auctores quosdam, & iactatis vel possessis à spiritu pessimo, vt aiunt interpretes in concilio Ancyrano g, vt & supra in principio huius exorcistatus tractationis diximus. Item secundò infidelibus, vel non Christianis, dum ad Christianismum, vel dum ad sacrum lauacrum accedunt: quia & ante Dei possessionem, illi erant fathanae mancipia, ob peccatum primi parentis. Proinde ante baptismum iubet D. Dionysius Areopagita h, ter exufflari fathana, & eius opera euirare. Et D. Augustinus i, Et Cyrillus Hierosoly. Patriarch. k exorcismos ait salubres, fugare daemones, & reuerentiam adhibendam, cum sit exorcismus. Et nunc hodie ante valus ecclesiae adiuantur, & exorcizantur baptizandi: non autem in ecclesia ipsa, ob venerationem loci: neque in priuatis domibus, ob metum sceleratorum spirituum, vt statutum in concilio Laodiceno l. Curaque eadem erat etiam eorundem exorcistarum xalexyuonov, scilicet eorum qui erudiebantur in rudimentis fidei ante baptismum, quorum capitibus imponebant manus exorcistae singulis diebus quadragesimae, non secus quam energumenis, vt ex concilio 4. Carthaginensi constat. Sunt namque istae orationes efficaces inuocato Dei nomine super creaturis. Scimus enim, inquit D. Paulus m, omnem creaturam sanctificare per verbum Dei & orationem. Atque ideo inimicus daemon, qui abuti creaturis Dei desiderat, possessionem vacua cedere, vt hac cogitur. Sic saepe daemone obfessus, qui ferreis vinculis à multis detineri non potest, ab vno solis verborum preces continetur, per eam que in illo est spiritus sancti virtutem. Simplexque exorcizantis afflatus, afficitur ignitus his qui videri non possunt, vt ait Cyrillus Hierosolymitanus n. Magna vis per se verborum, quibus & mouentur & turbantur & pacantur affectus, sed cum his maior fidei diuina potestas, & nominis Dei autoritas. In nomine, inquit, meo daemones euicent, serpentes tollem, linguis loquentur nouis, &c. o Adhibentur & exorcismi ecclesiastici in sedandis tempestatibus, pro depellendis serpentibus, locustis, & id genus noxis: non quòd credamus

hoc intelligere, sed quòd ex sacra pagina nobis constet, saepe excitari haec à daemionibus in penitenciam generis humani. Sicuti in historia Iob p, & in operibus magorum satis constat. Quod & testantur Constantinus, & Iulianus Caesares q: Astiti, inquit, magicis artibus elementa terrarum, vbi infontium labefactare non dubitant. Atque idem Constantinus r: Nullis criminalionibus, inquit, implicanda sunt remedia humanis quae sita corporibus, aut agrestibus locis innocenter adhibita siffi, aqua, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ventis, grandinisque lapidatione quareverentur. Erant apud ethnicos qui daemona etiam pellerent, & morbos incantationibus curare se posse profiterentur. verum hoc vel ex confortio impio daemionum, & consensu, vel simulatè contingebat, vel cultu idolorum daemionum, tanquam Deo exhibito nephandissimo. Veluti & Seneca refert s, Cleonae fuisse publicè praepositos χαλαροδραμας, hoc est, speculatores futuiae grandinis, quibus signum dantibus adesse iam gradinem, quisque pro se agnum album immolabat, alius pullum: protinus autem illae grandines aliò declinabant, cum aliquid gustassent sanguinis. Quòd si quis nec agnum nec pullum habebat, digitum suum bene acuto graphio pungebat, & hoc sanguine litabat. Nec minus se ab huius agello grando se auerteat, quam ab illo pro quo maioribus hostiis exorata erat. Meminit & Plutarchus de hoc t. Omnino certè falsum, vel daemoniacum hoc: nisi forsan credamus, sanguinis horrore abigi grandines turbidescunt: Veluti Plinius notat v, muliere quae patitur menstrua nudata, eadem contingere, & auerti caeli violentiam. Narratur & de Apollonio Tyaneo w, eum daemone quendam ab Ephefo ciuitate pepulisse, postquam populo ostendisset eundem sub specie & forma senis inter ciues obambulare, & pestis, quae in ciuitate grassabatur, causam esse, quem lapidibus obrui imperauit. Narratur in Tripartita historia x, de Appamatae templo Iouis, quod cum demolendum esset à praefecto orientis iussu episcopi Marcelli, apparuit teterrimus daemon, qui flammam ardentem immisit, prohiberet, & aqua lustrali in ignem immisit daemone fugasse, & aqua in olei speciem conuersa, templum celeriter conflagrasse. Scribit Epiphanius y quoque Iosephum quendam à Iudaismo ad fidem conuersum, cum mandato Constantini in Tyberi templum Deo adificare vellet, & calce egens, caminòque calcis instruens, adiurationibus vel incantationibus Iudaeorum prohibitus fuisset igne calcem coquere, aqua, quam signo crucis coram populo consecrauerat, inspecta in caminos, inuocato nomine Iesu incantationes magicas dissoluisse. Narrat etiam Philostratus z, vnā ex lamiis, quas vocant Graeci μογοδυναστας, phasma quoddam Menippo cuidam Lycio in formam mulieris pulchrae coniunctam, atque nuptias cum eo depactam: verum die nuptiarum, Apollonium Tyaneum coegisse eam sese lamiam esse fateri, & voluisse Menippum voluptatibus explere, vt eius postea corpus deuoraret. Consequi enim pulchris & iuuenibus hominum corporibus velsi, vbi ad summam sanguinis abundantiam peruenissent: & postea euaniuisse, & eius apparatus, & coquos, & seruos. Fuerunt & exorcismi adhibiti in baptismo, & oleo christinatis, quo exufflatur daemon, vt ait Cyrillus Hierosolymitanus b.

De

a P inius, lib. 8. c. 2.
b Liu. lib. 8. Deca. 1.
c D. Cyprian. lib. 1. Episto. epist. 23.
d Idem, lib. 2. Episto. epist. 5.
e Opt. Mileu. lib. 1. hifo.
f Epiph. lib. 3. contra haeres. tomo 2. circa finem.
g c. perle. 25. diff.
h d. ca. perle. 25. & ca. c. 10. ros. 21. diff.
i d. can. perle. 25. diff.
k c. psalmista. 23. diff.
l c. lector. ead. diff.
m glo. in can. ceteros, in verbo, psalmista. 21. diff.
n c. cum contingat, de eta. & qualis.
o Niceph. lib. 12. hifo. c. 34.

p exorcista. 23. diff. c. perle. 25. ad exorcistam. 25. diff. & in concil. Anter. c. 10.
q Minut. Fel. in s.
r Actum, 19.
s Ioseph. lib. 4. Antiq. c. 4.
t Matth. c. 12.
v Lactan. lib. 1. De fal. relig. c. 7.
x Mat.
y Mar. 16. Lu. c. 10. Actum, 4. & 19.

p Iob. ca. 1.
q I. multi, 1. de malefic. & mathem. lib. 2. Cap. 18.
r in I. eos. 1. 4. 3. eod.
s Seneca, lib. 4. Quasi. natu. c. 6.
t Plutar. lib. 1. Sympo. 7. problema. 2.
v Plin. lib. 2. c. 7.
x Philost. lib. 4. de vita Apollonij.
y lib. 3. ca. 34.
z Epiph. Cypri. episcopus, tomo 2. lib. 1. contra Haereses.
a Philo. lib. 4. de vita Apollon.

De acolytis. Cap. 6.

- 1 Acolyti qui, & munus.
- 2 Lumen in ecclesia Dei quare accendatur, eod.
- 3 Acolytatus maior ordine lectoris.
- 4 Acolyti nomen quid significet.
- 5 Acolyti constituendi etas.
- 6 Tonsurandi prima tonsura etas.

Sunt Acolyti, qui faculas & lumē deferunt in ecclesia, dum sacra mysteria peragenda sunt, vel quando Euangelium legendum: non quidem ad effugandas tenebras, vel ad Solem lucentem illustrandum, sed vt hoc symbolo luminis corporalis, significet lumen illud æternum, eum in quā qui venit vt testimonium perhiberet de lumine, quique lux ipse est, & qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, cuius veritatem ecclesia catholica didicit. Estque huic aliud officium iniunctum, nempe vt diacono ministranti in sacra liturgia sacerdoti, suggerat vt ceolos, ex quibus vinum & aqua in sacerdotis calicem infunditur, ad consecrationem sanguinis Domini. Maiorque hic gradus lectoris ordine: quia lectori non licet sacra in sacrario contingere, acolyto licet. Vnde & nomen ἀκόλυτος id est, non impeditus: is enim cum in numerum eorum, qui sacramenta maiora pertractant, non sit receptus, tamen non est impeditus, quin possit cum illis sacris faciundis interesse. Sic enim Græci dicunt ἀκόλυτος ἔσθ' ὅν, vt Lucianus, & Herodianus, ἡ δὲ δὲ εἰσόδος ἀντὶ καὶ ἀκόλυτος, ingressus liber vt nec accessu prohibeatur. Meminit de acolyto Nicephoro D. Cyprianus. Et etatem sufficientem ad hunc consequendum ordinem existimauit Sozinus summus pontifex, 21. annum, quatuordecimum inquam à prima tonsura suscepta post infantiam, quæ est septem annorum.

De diacono, & subdiacono. Cap. 7.

- 1 Ordinum omnium finis sacerdotium.
- 2 Diaconorum institutionis causa, & munus.
- 3 Diaconi episcopi.
- 4 Diaconus quis maior & minor sacerdote.
- 5 Diaconi in ecclesia Dei, in locum Leuitarum.
- 6 Diaconi retrahi possunt ad ecclesias, in quibus ordinati sunt, nec ordinari debent, nisi certis ecclesiis.
- 7 Diaconi officium quod.
- 8 Subdiaconus quis, & officium.
- 9 Diaconatus num ordo ecclesiasticus.
- 10 Diaconissa, & eius etas.
- 11 Diaconorum & presbyterorum etas que.
- 12 Diaconissa officium.
- 13 Diaconissa castitatem promittunt.
- 14 Subdiaconatus est gradus præcedens diaconatum.
- 15 Manuum impositio fit diaconis & subdiaconis.
- 16 Subdiaconatus officium.

Hic repetere oportet, quæ de archidiacono dicuntur, quantum pertinet ad nominis diaconi significationem: quod non aliud quam ministerium exprimit diximus. Porro hic Diaconus & subdiaconus

ratione presbyteri dicuntur, cui ministrant vel subseruiunt, non secus ac omnes ordines ecclesiæ pertinent ad finem officij sacerdotalis, in quo nobilioris sacramenti fit tractatio, & in quo sacramentorum omnium fons, institutor, & largitor gratiarum omnium adest, Deus ipse & redemptor humani generis Dominus noīter Iesus Christus. Et quanquam olim in nascente ecclesia diaconi fuerint introducti ab apostolis, vt ministerio mensarum quotidiano inferuirent, tamen obseruandum est, & in auxilium presbyterorum, nempe & apostolorum electos fuisse, vt ij liberius incumbere verbo Dei: illi autem quæ ad temporalium sollicitudinem pertinebant, tractarent. Idcirco nihil aliud diaconi officium est, quam opera adhibita sacerdoti in rebus ministrandis in consecrationem: quare ei vel sacrificanti, vel baptizanti adstant. Prohibitum tamen illis concilio Arelatenſi, ne ipsi offerant sacrificium: eucharistiam tamen consecram distribuant, ex concilio Carthagenſi. Diaconi episcoporum, nunc archidiaconi, vel præcipui inter diaconos, sunt veluti episcoporum oculi, perspicientes actus totius ecclesiæ, quos referant episcopo. Nobiliores tamen hi diaconi, ratione personæ episcopi sui deseruiunt, eaque de causa tunc præstantiores presbyteris non fungentibus eo officio: at reliqui minores censentur sacerdotibus, & eis subiciuntur, & locum digniorem concedere debent. De vita autem & moribus requisitis in eis, sicut & in hypodiaconis, docet abundè D. Paulus. Succesit autem diaconatus in ecclesia Dei in locum Leuitarum, qui ministrabant sacerdoti legis antiquæ ex Dei iussu. Idque pro necessitate ecclesiæ, in quibus ordinabatur, ad quas iure possent ab episcopis, vt ad ecclesias proprias retrahi, etiam per sententiam excommunicationis: veluti prostat exemplum apud Gregorium Turonenſem, de Theodulpho diacono Parisienſi à Ragnimundo episcopo Parisiorum excommunicato, quod ab episcopo Andegauenſi noller redire in propriam ecclesiam. Quod etiam fuit decusum in concilio Arelatenſi i. tempore Constantini Cæsaris & Syluestri Papæ, can. 2. de his qui in quibuscumque locis ordinati fuerint, in illis perseverent, & in can. 22. presbyteri & diaconi dimittentes propria loca in quibus ordinati sunt, renouantur: si recensent, depunantur. Et in 23. sessione concilij Tridentini, in decreto de reformatione cap. 16. statutum, vt nullus in posterum clericus ordinetur, qui illi ecclesiæ aut pio loco, pro cuius necessitate aut vtilitate assumitur, non ascribatur vbi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum inconsulto episcopo deseruerit, ei sacrorum exercitio interdicitur. Idem statutum concilio Niceno, & in concilio Antiocheno, & Calcedonenſi. Ad diaconi officium pertinet, assistere sacerdotibus, ministrare omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi, in baptismo, in chrismate, patena, calice: oblationes quoque inferre & disponere in altari, componere mensam Domini ac vestire, crucem ferre, prædicare Euangelium, & epistolam ad Paulum. Et si diaconus sit episcopi, circuire gregem, & vitia obseruare, & episcopo referre. Diaconi etiam simplicis officium, corporalia & pallas lauare. Qui ministerium adhibet diacono, is ὑποδιάκονος, vel subdiaconus dicitur, qui successit in locum Nathanneorū, qui erat in synagoga Iudeorum. Huius

a ca. clericos, s. fin. 21. dist. ca. perlectis, 25. dist. ca. Acolytis, 23. dist.

b D. Ioan. in Euang. c. 1.

c can. Acolytus, 23. dist.

d c. non liceat cuiuslibet, cum c. seq. 23. dist.

e Lucia. in T. mo. f. Herodi. in 2.

g D. Cypria. libr. 2. Episto. episto. 8.

h c. in multis. & cap. seq. 77. dist. i. l. si infanti. c. de iure delib.

k Aduum, c.

l can. 15.

m can. 28.

n can. diaconi ecclesiæ, c. diaconi sept. & c. diaconi qui, & c. diacones, 93. dist.

o c. à subdiacono, c. peruenit, & c. non oportet, c. diaconi ita se, & c. nonnulli, 93. dist.

p prior. Timo the. 3. c. erubescant, 32. dist. c. si quis quæ, de cohabit. cler. q. c. clericos, c. ca. finem, 93. dist. r. Numer. c. 9. & 9. s. lib. 19. histo. Turon. c. 14.

r c. 15. & 16. c. sanctorum, 70. dist. c. tua, de clerici. peregr. v. cap. 7. x. cap. 13.

y c. perlectis, 25. dist.

z can. diaconi, 93. dist.

a c. nemo per ignorantiam, de consecrat. dist. 1. b. c. clericos, 21. dist. c. 1. Esdræ, c. 8.

a c. perlectis, 25. dist. c. subdiaconus, 23. dist.

b in ca. fin. 65. dist.

c in c. à multis, c. 9. de etate, & qual. libr. 1. Decret. tit. 14. c. ante triennium, 31. dist. d. c. miramur, c. 7. de ser. non ordi. libr. 1. Decret. tit. 18. clem. vt hi, de etate, & qual. in clem. e. c. episcopus, 33. dist. f. Cypria. libr. 2. Episto. episto. 10. & 11. 3. episto. 21. & 22. g. episto. ad Antiochenes. h. nullam. de episc. & cler. i. 3. diaconis, c. de sancti. episc. coll. 9. anth. diaconis, c. de episc. & cler. k. in Chalce. concilia. 14. & c. diaconis, c. 14. q. 1. l. c. de his, 28. dist.

m Epiphani. libr. 3. con. hæreticorum 2. n. in can. 14. concil. Chalce. & in c. diaconis, 25. q. 1. o. c. de Siracl. fanæ, & s. eccl. cum duob. c. seq. 48. dist. p. in c. sollicitudo, 52. dist. q. ca. in nouamus, & c. nullus in episcopum, 66. dist. r. c. 1. de sacra. non inter. ca. diaconus, 23. dist. s. ca. subdiaconus, 23. dist. t. in d. ca. 1. de fact. non ite. c. quoniam 69. dist. c. manus, 1. q. 1. v. ca. perlectis 5. ad subdiaconum, 25. dist.

Huius officium est, Leuitis, vel diaconis calicem & patenam ad altare Christi deferre, eisque ministrare, vt ceolū quoque, aqua, & mantile tenere, aqua lauandis manibus episcopo, presbyteris, & Leuitis præbere. Existimauit Urbanus Papa, inter sacros ordines non fuisse connumeratū in ecclesia primitiua subdiaconatū: ideo nō posse inde promoueri aliquē iure cōmuni in episcopū, quod Innocētius 3. sequitur. Hodie tamē est sacer ordo, cum & fuerit ordo tēpore apostolorum: sed nō inter eos, quos nūc dicimus sacros, siquidē de illo meminere canones apostolici. Meminit de hypodiacono & acolyto Cyprianus. Meminit & D. Ignatius. Inuenimus etiam in iure ciuili diaconis mentionē, eamque saltē esse quinquaginta, vt sexaginta annorū exigat. In Nouellis autem Iustinianis postulatur quadraginta, quod & in Chalcedonēſi cōcilio statutū cū diligētī examinatōne. Quāuis in diaconatu nūc etas sit legitima viginti annorū: in subdiaconatu, 18. presbyteratus 21. De diaconis officio sic scribit Epiphanius, Sed & diaconis constituntur in ministerium mulierum solum, propter reuerentiam si opus fuerit, habere gratia, aut visitationis, aut inspectionis corporum: & ipse sint etiam que in vnīs nuptiis continenter se habuerunt, aut ab vnīs nuptiis viduitatem seruauerunt, aut semper virgines sint. Nam nec licet illis postea matrimonium experiri: alioquin anathemate plectuntur. Prius enim quā ordinentur, promittere debent castitatem. Gradus ad diaconatum subdiaconatus est, nec turbato ordine diaconatus ante subdiaconatum cōfertur: vnde nec ex subdiacono per saltum fit archidiaconus, et si possit episcopus elici inde. Fit vtrique & diacono & subdiacono manus impositio per episcopū, cū ordinatur: alioquin sine illa ordinatis hoc supplementū adicere oportet. Verū diaconus recipit manus cōsecratoris ab episcopo impositionem, nō autē talem subdiaconus, sed benedictionem: sic enim accipitur in subdiacono manus impositio pro benedictione. Ad subdiaconi officij pertinet, calicem & patenam ante altare Christi deferre, & Leuitis tradere, eisque ministrare: vt ceolum quoque, & aqua, & mantile: & manutergiu tenere, episcopo, presbyteris, & Leuitis, pro lauandis ante altare manibus, aquam præbere.

De presbytero, sacerdotio, & presbyteratu. Cap. 8.

- 1 Anima inditus Dei natura dictante cultus.
- 2 Religio iurigenium, & natura: etsi modus colendi alterius iuris.
- 3 Deo omni tempore ab omnibus sacrificatum.
- 4 Sacrificare quid.
- 5 Sacrificia publica, & priuata, & eorum species.
- 6 Sacrificiorum necessitas.
- 7 Sacra tractanda honeste, eod.
- 8 Sacerdos ethnicis notabat offerendā hostiā prius.
- 9 Sacerdotes vnde nominati.
- 10 Presbyteri quare dicti sacerdotes, eod.
- 11 Sacerdotis vel presbyteri officium.
- 12 Sacerdotum summa ecclesiastica dignitas.
- 13 Sacerdos generalis appellatione quilibet dici potest.
- 14 Presbyteria mulieres qua dicantur.
- 15 Sacerdotis nomen continet episcopos omnes, & summum pontificem.

- 14 Presbyter, & episcopus pro eodem olim, & dignitas.
- 15 Episcopus in ecclesia maior, in domo presbyteris equalis.
- 16 Sacerdotis aut presbyteri munus.
- 17 Sacerdotes publica persona.
- 18 Sacerdotes erant indices.
- 19 Sacerdotes in bellis.
- 20 Sacerdotium gradatim tantum post alios ordines conferitur.
- 21 Sacerdotes in lege natura ex genere, non electione.
- 22 Primogeniti erant iure sacrificuli in lege natura.
- 23 Sacerdotis publici primi, Enos, Noa, Melchisedech, primogeniti, pro quibus tribus Leui seruauit Deo, Moses.
- 24 Sacerdotij Mosaiici reditus vnde.
- 25 Decime sacerdotibus gentilium, & Dei distribute & date.
- 26 Sacerdotes Ægyptij ex publico alebantur immunes à tributis, eod.
- 27 Sacerdotes per vices officio in lege Moſis fungentur.
- 28 Sacerdotum legis antiquæ initiandorum forma, umbra noſtrorum.
- 29 Ordinum sacrorum origo & successio.
- 30 Sacerdotum ethnicorum varia farrago, & nomenclatura.
- 31 Sacrificiorum gentilium in locum quomodo subrogati ordines ecclesiastici, per prouincias & loca orbis.
- 32 Sacerdotes curiones ethnicorum Roma.
- 33 Sacerdotia inter Christianos primū distributa ab Euaristo Roma, dehinc per vniuersum orbem à Dionysio sum. pontif.
- 34 Pararchie vnde dictæ, eod. Curiones vnde dicti, eod.
- 35 Tituli sacerdotum quid sint, & origo.
- 36 Ecclesia ultra decimas & primitias addita à tempore Constantini Magni, & ratio.
- 37 Litera iustitiæ, & in forma pauperum in beneficiaria re quid.
- 38 Sacerdotium dicitur, & dignitas ordinis, & prouentus ecclesiæ.
- 39 Sacerdotium beneficium, sanctuarium, ecclesia pro eodem, eod.
- 40 Sacerdotium Christianorum & gentilium gradus honoris.
- 41 Pontificis maximi Romanorum potestas.

Mri dicunt, inquit Dauid, Quis ostendit nobis bona? Respondet autem illorum insipientiæ, Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Infinitus animæ nostræ propriam inesse naturam rationalem, à cuius lumine ea quæ faciendæ quæ se sequenda sunt, doceamur, potissimum præcipua, inter quæ singulari notione nobis inest diuini numinis cultus. Omnibus namque innatum & quasi insculptum est esse Deum. Nec de hominibus vlla gens est, neque tam immanis, neque tam ferrea, quæ non, etiam si ignoret qualem habere debeat, tamen habendum sciat, teste vel Cicero, tamen habendum sciat, teste vel Cicero. Iuris naturæ quippe, erga Deum religio. Et cultus Dei à natura inductus, et si modus colendi fit à lege, vt author Aristoteles. Proinde primum in mente eo stabiliro, Deum esse, eumque omnipotentem, malorum auerforem, bonorum largitorem, sacrificia ab hominum genere, quamuis diuerso modo, tamen aliquo exhibitæ fuisse omni

x Psal. 4.

y Cice. 2. De natu. Deor.

z Idem, 1. De legib. a. 1. veluti, de iust. & iur. b. Aristot. 5. Ethico.

a cano. 1. & 2. 70. dist. b. c. & c. uis. questionibus. de praben. ap. Greg. c. l. de sacrof. eccl. c. d. ca. futuram. & c. videntes. 12. q. 1. e. c. saluator. de prob. in Ex. traug. comu. f. can. nero. de consecrat. d. l. in. i. c. a. de c. ad. ap. Greg. c. ad. quentium. in. i. de eccl. e. dist. g. c. a. c. episcopus. c. e. x. p. r. i. s. d. s. 1. & c. cum secundum apostolum. de prob. c. cum sit Romana. de simon. h. Deute. 25. ad Gal. d. Mart. 10. D. Marc. 6. D. Luc. 9. i. c. a. pro clericis. & c. si pauper. de p. ben. in. 6. c. no. licet. can. episcopus. de prob. De lite. ritia. iustitia. & rationibus earum. vide La. pum. allegat. 79. & Ioan. e. staphileum. in nota. forma expecta. Ioan. And. & Dom. in. c. si pauper. de prob. in. 6. c. re. b. e. r. i. t. de. scrip. in. for. ma. communi. & in. for. ma. pauperum. de p. axi. benefi. c. postulat. c. si pauper. c. si pro clericis. de prob. in. 6. l. l. i. u. i. b. 9. m. Modest. in. l. 1. ad. l. l. u. l. de. ambit. n. l. v. i. t. i. c. u. s. 1. 6. de. dona. in. r. i. v. i. r. u. m. & v. x. o. in. F. o. l. q. u. i. c. n. e. q. i. u. n. d. a. u. t. h. e. n. t. i. c. a. q. u. i. s. e. p. i. s. c. o. p. u. s. de. e. p. i. s. c. o. p. u. s. & c. l. e. r. p. c. n. e. m. o. de. e. l. e. d. i. o. in. 6. c. t. r. a. n. s. l. a. t. o. de. c. o. n. s. t. i. t. u. t. q. c. b. e. n. e. f. i. c. i. u. m. de. r. e. g. i. u. r. in. 6. c. l. e. m. a. de. i. u. d. i. c. c. u. m. in. c. u. n. d. i. s. 5. 1. de. e. l. e. c. t. r. c. o. n. s. u. l. t. o. de. i. u. r. p. a. t. o. n. s. c. i. n. e. p. r. a. l. a. v. i. c. e. s. l. u. s. t. S. e. x. t. P. o. m. p. F. e. s. t. in. l. i. b. de. v. e. r. i. g. in. v. o. o. r. d. o. s. a. c. e. d. o. t. u. m.

exigi in creandis sacerdotibus statutum. i. Ecclesias proprias, quibus sufficeretur, & vnde titulum nomenque presbyteri sumerent. Quamuis postea pro illis patrimonium vite sufficiens tantum requisitum sit b. Ecclesijs quoque adiuncta sunt. quae ad nutriendos cultus diuini ministros. potissimum sacerdotes proprios, essent necessaria: & vltra decimas & primitias alia bona temporalia, hereditates, & patrimonialia potissimum a tempore Constantini qui ita fieri permisit. Antea enim non erat licitum, nec cum Ecclesia inter Iudaeos esset. v. s. ut patrum futurum transferenda Ecclesia in gentes praediventes Apostoli, omnia vendebat & pretium in comune ad pedes ferebat Apostolorum. At translatione facta, & experientia edocti, ob tyrannorum persecutionem, cultum diuinum dissipari, & cessante persecutione aegre refarciri, cum deficerent bona, placuit & temporalia Ecclesijs addere, & cetera. Et ita Ecclesiarum redditus, ministris etiam inferioribus sufficere. Et cautum, ne basilicae siue templa sine congrua dotatione reddituum construerentur: vt qui altari seruirent, de altari possent viuere. Non enim alligandum est ob trituranam. Idcirco codicilli seu literae quaedam, seu rescripta summi pontificis dicitur iustitiae, ad futura beneficia, quibus iubetur Episcopo conferre beneficii clerico pauperi, quem sine titulo ordinavit: dicitur iustitiae, quia iustum est eum altere, quae pauper ordinavit: aliter dicitur in forma pauperum, quia in ea forma tantum pro pauperibus clericis conceduntur. Hinc prouentus, qui sacerdotibus debentur, sicut & dignitas ipsa sacerdotum dicitur, cum apud ethnicos, tum etiam apud nos. Sic Iulius, Gens Potitia, cuius ad aram Herculis familiare sacerdotium erat, & c. Memini Modestianum, caurum lege Iulia de ambitu, ne sacerdotium a populo peteretur. Hermogenes quoque propter sacerdotium adeptum, posse dissolui matrimonium bona gratia tradit, vsurpant ita Caesares & iuris pontificij authores, pro eo quod alio nomine beneficium dicimus. Est sciendum sacerdotium & pro presbyteratu, quamuis non ad sint fructus ei Ecclesiastici, accipi. Et communi vulgarique nomine dici beneficium p, quod & sacerdotium, sanctorum, Ecclesijsque dicitur. Sacerdotium vnu praecipuum omnibusque commune officium est, verum accedunt illis aliunde tituli & qualitates, quae augent dignitatem singulorum. Alij namque simpliciter sacerdotes, alij curiones, alij Episcopi, alij Archiepiscopi, Patriarchae, Pontificum, & c. Quemadmodum & ordo dignitatum sacerdotum apud gentiles erat, qui ex suorum idolorum dignitate, quos vocabant Deos, vt plerumque gradus habebat. Sicque Festus tradit, inter sacerdotes illorum maximum fuisse regem, deinde Dialem, post hunc Martialem, quarto loco Quirinalem, quinto Pontificem Maximum. Et quo in conuiujs supra omnes rex accubabat, Dialis supra Martialem, Martialis supra Maximum, is deim supra pontificem. Rex, quia potentissimus: dialis, quia vniuersi mundi sacerdos, qui appellatur Sides: Martialis, quia Mars conditoris orbis parces: Quirinalis, scio imperij Romani Curibus ascio Quirino. Pontifex Maximus, quod iudex atque arbiter habeat rerum diuinarum & humanarum. Haec Festus.

De personis, quae ordines conferunt. Cap. 9.

Ordines conferunt sacros Episcopi.

- 2 Ordines minores conferunt alij, quam Episcopi & qui.
3 Ordines conferens debet esse proprius praelatus ordinari.
4 Ordinati ab hereticis, schismaticis, & huiusmodi praelatis, num habeant ordines.
5 Ordinandus non est Graecus clericus a Latino Episcopo.
6 Monachus ordinandus non est sine permissione Abbatis.

Ordines conferunt Episcopi, & iidem Episcopum ordinat, seu consecrat. Post sunt & minores ordines conferre alij, quam Episcopi: vt abbates, si agatur de monachis illis subditis: dummodo per manuum impositionem praelati in Ecclesia facti fuerint, sine schismate. Proprius esse debet praelatus, qui confert, vel oportet mandatum eius interuenire, id est, literas commendatitias, seu, vt vocant, dimissorias. Quas tamen non concedunt inferioribus praelatis, vel eius officarij, vel alij citra priuilegium: nisi Episcopus speciali mandato hac potestatem dederit suo vicario, vel is Episcopus loque abist. Quo casu vicarius in spiritualibus quoque concedit, vt sede vacante capitulum, vel capto ab hostibus praelato: nam tunc & capitulum eadem iura exercet, quae mortuo eo. Ordinati ab hereticis excommunicatis, schismaticis, & moniacis, de postis, suspensis, interdictis, vera conferunt sacramenta, & verum corpus Christi conficiunt, dummodo in forma Ecclesiae Catholicae perficiant, quoad characterem, non quoad executionem: contra, si formam omittant. Neque extra formam Ecclesiae verus locus est sacrificio. Episcopus dum ordinat, consilium clericorum suorum adhibere debet, iuxta Carthag. 4. synodum, quae refertur a Gratiano in ca. Episcopus sine consilio, 2. 4. dist. Graeci clerici a Latinis Episcopis ordinari non debent, si in ritu ordinandi sunt contrarij. Nec ab Episcopo ordinandi religiosi, si praelati eorum contradicunt.

De personis, quae ordinari possunt. Cap. 10.

- 1 Ordinandorum qualitates animi, corporis, & bonorum inspicienda.
2 Ordinandi vita secreta sit a vulgo, & qualis debeat esse.
3 Castitatem vouent subdiaconi, diaconi, presbyteri, non lectores, & inferioris ordinis.
4 Ecclesia Orientalis non suscipit in ordinibus votum castitatis perpetuum, & de Orientali, ordinandorum coniugio.
5 Sacerdotes expedit esse pauciores bonos, quam plures indignos.
6 Ordinandus probandus esse debet ante examinationem.
7 Ordinandorum examinatio quid contineat.
8 Bigamus ad quos ordines promoueri non potest. Bigamus censetur meretricem duccens, vel cognoscens suam uxorem adulteram.
9 Illiterati omnino non ordinandi, sed possunt & ij ordinari, qui mediocri scientia sum inbuti.
Tonsura prima illiteratis non conferunt.
Ordinandi

v tota 75. dist. x. ca. de ordin. cb epico. qui renunt. episc. y. c. cum contingat. de sta. & qual. can. abbatibus. 69. dist. z. c. abates, de p. i. u. l. a. can. Lugdunen. 9. q. 2. b. c. venis. de praescript. cap. cum obtingit. de sta. & qual. in Trident. concilio, sessio. 7. de reformatio. ca. 7. d. canon. Lugdunen. 9. q. 2. c. de quibus. 70. 71. & 72. dist. d. c. 3. de tempo. ordin. in 6. e. c. 2. & 3. de offi. vicar. f. d. c. 3. 5. 1. & 2. de temp. ordinat. g. c. penult. de supple. negl. praelat. h. Hostiens. in sum. de temp. ordin. per ca. secundum 19. dist. ca. declarauit. & c. dominus, 1. q. 1. c. quod quidam, eod. ca. offenditur, & cano. quomodo, de consec. dist. 4. i. c. 1. de schismati. k. ca. extra catholica, 1. q. 2. l. c. cum secutum regulas, c. 9. de temp. ordin. vide & c. quod translationem, c. 11. eod. m. ca. ad aures, de tempo. ordin.

Idolorum, de vita cleric. & in can. his legitur, 23. dist.

ad Timo. 3. c. vnum orarium, 25. dist. fin. de fact. c. c. precipimus, 34. dist. d. ca. lex continentia, 11. dist. & to. 32. dist. in ca. pen. 27. dist. 10. 28. dist. 1. eum qui, 1. 19. & authent. multo magis, de episc. & cler. c. d. authent. multo magis, d. ca. lex continentia, c. 1. quis, & can. lectores, 31. dist. f. can. sacerdotibus, & cano. episcopos, & seq. 1. dist. g. ad Cotin. 7. h. cano. dicitur, 31. dist. i. c. presbyteri, 34. dist. k. in ora. cont. Timothearem.

- Ordinandis quae, & qualis conditio exigatur, pro diuersitate ordinis. eod.
10 Sacerdotis quae debet esse saltem scientia.
11 Episcopo quae debet inesse scientia.
12 Ordinatus illiteratus recipit ordinis characterem illiteratus suspendendus ab ordine, donec didicerit. eod.
13 Electio illiterati iure irrita. Episcopus pulsus Episcopatu, quod Donatum non legisset, nec nouisset Grammaticam. eod.
14 Seruus quando ordinari poterat.
15 Ordinandorum qualitas corporalis, ne sint vitiosi, & c. Corporis vitia quae impediunt ordinationem. eod.
16 Furiosi ordinari non possunt.
17 Natalibus iustis orti debent esse ordinandi. Canonici regulares possunt esse illegitimi. eod. Monachi possunt esse illegitimi. eod.
18 Fily illegitimi cur ab ordinibus arceantur.
19 Illegitimo dispensare in quibus beneficijs possit Episcopus.
20 Penitens non ordinatur, curialis luxuriose viuens.
21 Ordinati probati esse debent, & bona fama. Prouinciarum rectores probandi antequam eligantur, in vita & moribus. eod.
22 Ordinandorum aetas in singulis ordinibus, idem 23. aetas in singulis ordinibus minoribus & maioribus requisita. eod.
23 Ordinatus & ordinatus ante legitimam aetatem quomodo plebantur.
24 Mulieres ad nullum sacrorum ordinum promoueri vel ordinari possunt. Apud ethnicos ministri sacerdotes erant. 25.
25 Sacerdotes & ministri sacrorum qui, & quomodo delecti apud ethnicos.

Ordinandorum qualitates plures sunt obseruanda. Primum, illae quae animum respiciunt. 2. quae corporis sunt: dehinc, quae bonorum. Quae sunt communes omnibus ordinibus: nempè 1. vt vita eorum a vulgaribus, & a mundi discreta voluptatibus, ab spectaculis, pompis, conuiujs publicis, & priuatis parum castis, ab vsuris, a fraudandi studio, amore pecuniae, secularibus negotijs, ambitione bonorum, dolo, odio, detractione, amulatione, inuerecundo & precipiti incessu & sermone: non frequentent fornicas, castè viuant, obediunt senioribus, non se extollant, psalmis, hymnis, canticis incumbant. Sint sine crimine grauiore, sine infamia. Castitatem promittunt & vouent perpetuam subdiaconi, diaconi, presbyteri & superioris gradus clerici: non lectores, & inferiores. Qui enim perpetuo debent altari assistere, perpetuo ab vxoribus abstinere debent: sicuti & ad tempus qui expeditius vacare debent orationi, ex precepto D. Pauli, & hoc in Occidentali Ecclesia. Nam Orientalis in ordinationibus votum castitatis non suscepit perpetuum. Proinde in Ecclesia Occidentali veritè, ne subdiaconi, diaconi, presbyteri, & alij quibus ducere vxores prohibetur, inter sint nuptiarum conuiujs, ex concilio Agaten. Demosthenes Christianè hac de re quoque sentit: & γ ο μ ε ν γ δ η γ μ ε α ς δ ε ι ν θ ε ι ς ι ε ρ α ε ι σ τ ο ν ι α , κ α ι κ ε ρ ι θ ε α ν κ α ι κ α ρ α ν α λ μ ε ρ ο ν , ε χ ι π ρ ο σ ε ρ η μ ε ν α ν τ α κ λ ε ν η μ ε ρ α ν α ρ θ ρ υ α ν α γ ρ ε ν ε ι ν , α λ λ α θ β ι ο ν ε λ ο ι η γ ρ ε ν ε ι ν α ι τ ο ι ς τ α ν ε π ι λ ο ν ε υ μ α τ ο ν , ο ι α τ ε τ ω β ε β λ ω τ α ι . i. ego enim arbitror, qui sacras ades ingrediar, qui mullumia & canistros atingat, qui cura

diuinarum rerum praestit, eum non modo ad certum aliquot dierum tempus castum esse debere: sed per omne spatium aetatis ab istiusmodi studijs fuisse purum oportere, in quibus aetatem iste consumpsit. Refert eadem verba in fine orationis contra Androtionem. In summa, inquit Clemens, tales ad ministerium eligantur clerici, qui dignè possint dominica sacramenta tractare: melius est enim Domini sacerdotium paucos habere ministros, qui possint dignè opus Domini exercere quam multos inuitiles, qui possint graue onus ordinari adferre. Debetque esse sine crimine manifesto. Et in concilio Carthaginensi 3. n. prohibitum, vt nullus examinetur clericus, nisi probatus vel examine episcoporum, vel populari testimonio popularum. Proinde feria quarta ante sabbatum ordinationis, id est, ante ordinationes septem diebus, debent archidiaconi sistere episcopo, seu praefentare ordinandos, vt episcopus eos prober, vel examen eorum committat viris sacerdotibus bonis, & prudentibus, in diuinis lectionibus & ecclesiasticis sanctionibus exercitatis, qui inquirant ordinandorum genus, patriam, aetatem, infirmitatem, locum vbi educati sint: si sint instructi in lege Dei, si catholici, & de similibus. Bigamus in casu necessitatis quidem potest promoueri vsque ad subdiaconatum, non autem ad alios maiores ordines. Diuisit enim in secundo coniugio, & inbigamia carnem suam, & incontinentia signum exhibuit. Neque ad viduitatem, quam ipse spreuit, suadèdam idoneus. Quare qui meretricem vel concubinam duxerit, & viduus voluerit ordinari, non admittitur, exemplo bigami. Nec qui se commiscuit cum propria vxore, quam sciebat & constat commississe adulterium. Vel Neocaesariensi concilio, & Martini Papae. Illiterati penitus, non debent ad ordines promoueri: medioctis tamen scientia sufficit. Imò nec tonsura prima omnino illiterato conferuntur. Nec cum hoc dispensare potest episcopus, vt fiat clericus: nam ecclesia viris literatis ad sui regimen indiget, & ex clericis ad alios ordines ascensus patet. Ius autem diuinum repellit ab officio sacerdotum, qui imperitus est, vt & facillè facultas cedendi episcopatui concedatur ei, qui propter ignorantiam se merito indignum arbitratur. Pro diuersitate tamen graduum ordinis, & diuersi gradus scientia necessarii: vt quòd maiores, eò maior debeat esse scientia. Et in summa, vt scientia sufficiat, scire quae ministerij & officij sui sunt. Sic cum cura maior in sacerdote, quam in inferioribus, & maior episcopi, & difficilior summi pontificis: ideò & in his delectus scientiae habendus est. Et saltem sacerdoti necessaria sunt ad discendum, sacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, canones penitentiarj, psalterium, homiliae per circulum anni, dominicis diebus, & singulis festis aptae. Episcopus autem debet notitiam habere noui & veteris testamenti, iuris pontificij: nec sine illis possunt comòdè onus sibi impostum exequi: neque alienus negotiorum secularium omnino, & imperitus esse debet. Prophetae autem scientias & scripturas legere prohibetur, aut vix permittitur. & nisi cum sobrietate: & quatenus ad faciliorem scripturarum diuinarum explicationem conducunt. Notant tamen interpres illiteratè omnino ordinatum, accipere ordinis characterem. I. Suspendendus tamen hic erit ab exercitio, donec se idoneum & sufficientem huic gradui reddiderit. Quamquam & electio illius qui illiteratus est, ipso iure sit irrita. Et Ho-

can. tales, ad ministerium, 23. dist.

m. c. extenore, & c. si de temp. por. ordin. n. c. nullus, 24. dist.

o can. quando, episcopus, & can. si. 2. dist. ca. d. nostra, de offi. archid.

p. can. lector, 4. dist.

q. can. vnus, 26. dist. titu. de big. n. ordin. & ca. precipimus, 34. dist.

r. can. acutus, 26. dist.

s. c. propofuit, 82. dist.

t. can. vna, 25. dist.

v. can. maritū, 31. dist. c. curiam, d. cano. precipimus, 34. dist. ca. qualis, 30. q. 5.

x. c. si quis vxorem, & ca. si laici, 14. dist. y. can. 136. dist. c. vnum, 1. q. 1. c. precipimus, 34. dist. 5. clericos, & de sanct. episcop. in auth.

z. c. cum nobis olim, ext. de elect.

a. c. si de temp. ordin. in 6. b. Innocen. in c. d. c. d. e. e. o. ap. Greg. vid. Cardua 5. de Turre Greinat. in c. si in laici 48. dist.

c. c. cum ex eo, de elec. in 6. d. Osea, c. 4. e. ca. n. l. cum pridem, 8. pro de factu, de re nunciat.

f. can. quae ipsi, 38. dist. in 6. rot. dist.

g. can. pen. & in. dist. & can. omnes plalentes, & seq. 38. dist.

h. can. 139. dist. i. tota 37. dist. k. ca. relatum, 37. dist.

l. Innocen. & Ioan. Andr. in c. cum in c. u. c. t. 3. de elec. 3. Card. de Turre Crem. in can. illiteratos, 16. dist.

m. Io. Bernar. d. Dia. in pract. crimin. c. 18.

n. ca. cum in c. u. c. t. 3. de elec. 3. c. congregato, c. 9. de electio. ap. Greg.

notius sum pontifex amouit ab episcopatu promotum, qui falsus fuisset nunquam Grammaticam didicisse, nec Donatum legisse. Nec huic suspensio concessa, vt disceret: cum ignominiosum sit eum, qui alios vt doceat constituitur, doceri. Non ordinabantur feruilibus conditionis homines, quin prius essent à propriis dominis libertate donati, ex concilio Triburiensi, & Tolerano. De facto tamen ordinatus feruus, verè ordinem suscipit. Fugitiuus tamen, & per fraudem ad gradus conscendens feruus, deponitur, & domino restituitur, distinctione adhibita, c. 2. De feruis non ordin. Ceterum in his quæ corporis sunt ordinandorum, considera primum quæ se offerunt corpora, postea morbos, dehinc ætatem. Repelluntur itaque ab ordinibus, corpore vitiatum, & imminuti enormiter: sicuti & olim à ministro Dei ex precepto antiquæ legis, qui maculam habebat, cæcus, claudus, grandis, vel paruo, vel torto naso, fracto pede, mancus, lippus, gibbosus, albuginem habens in oculo, habens iugem scabiem, impetiginem, quæ etiam mysticè de vitii animi intelliguntur, prout explicatur in Pastoralis Gregorij. Atque ita potius accipienda, quam ad litteram tradunt interpretes. Neque omnem maculam repellere, vt claudicationem, vel similia quæ non impediunt exercitium ministerij, & quæ sine culpa contigerunt ordinando. Remouentur & proculdubio ab ordinibus furiosi, & epileptici. Ordinandus insuper iustus natalibus natus esse debet: nisi tales fuerint ingressi monasteria, vel sint canonici regulares. Nisi malus illos sequi, qui tradunt & religionem ingrossos illegitimos quoque arcendos ab ordinibus: verum facilius cum illis ab episcopo dispensari. Sic Philo Iudæus, In sacerdote & hominum, inquit, genus examinatur, vt sit inculpabile, & competens partibus suis corpus vsquequaque integrum. Sex autem rationes adfert Prepositus, cur arceantur illegitimi, & aliquas Hostiensis, qui bus addendus canon, si gens Anglorum, 56. dist. Porro dispensatio huic malo medetur, tota 56. dist. c. nisi cum pridem, §. personæ. De renunciat. c. per venerabilem. Qui filii sint legit. Verum episcopus in minoribus dispensat, & in beneficiis, quæ ab aliis possunt teneri: in aliis, nequaquam. At in promotione debet nominatim exprimi illa dispensatio natalium: nam promotione ipsa ad ordines, vel beneficia quæ iustos exigunt natales, non censetur tacitè dispensatum, etiam si is qui confert ordines, dispensare possit aliàs expressè. Dispensabit itaque episcopus in minoribus, & pro canoniam etiam cathedralis Ecclesiæ, dummodò non sit dignitas. Poterit & sum. pontifex dispensare in omnibus ordinibus & beneficiis, vt non egeamus episcopi tunc ope. Non ordinatur pœnitens, aut curialis, vt pote rationibus & debitis implicitus: nisi post deposita onera quæ continent rationum redditionem. Neque is qui in luxu aliquandiu vixerit, etsi postea respuerit. Sic enim scriptum in canonibus Nicephori: Si quis ad annos viginti, & deinceps dissolutè & in luxu vixerit, deinde studiosè apparuerit virtutis, non ordinetur: sacrum enim impollutum est. Et in summa probatos & ornatos esse oportet ordinandos à bono testimonio. Sic enim & fieri in ecclesiæ nascens tempore solitum: sicut Lamprydus docet, dum tradit Seuerum Cæsarem, antequam rectores procuratoresque ad provincias regendas mitteret, nomina eorum proposuisse, hortando populum,

vt si quis quid haberet criminis, probaret manifestis rebus, si non probaret, subiret pœnam capitis: diceretque eum graue esse, cum id Iudæi & Christiani facerent in prædicandis sacerdotibus, qui ordinandi sunt, non fieri in prouinciarum rectoribus, quibus & fortunæ committerentur & capita. In sacerdotibus potissimum vitam quoque incontaminatam esse debere, docet Deus, dum iussit eos deferre in pectore אהרן ואת בניו האהרנים haurim veeth hathumim, id est, illustrationes & puritates. Consideramus etiam in ordinandis ætatis maturitatem. In prima tonsura & minoribus aliis ordinibus sufficit, & ab infantia annis qui septem sunt, quis potest clericatus officio donari: in acolytatu olim & subdiaconatu 14. aliquando viginti anni requisiti. Postea in subdiaconatu, 18. annum in presbyteratu, 25. sufficere visum est. Ordinans puerum 13. annorum in diaconum à collatione ordinum suspenditur, & ordinatus vsque ad legitimam ætatem ab executione eorundem. In episcopali ordine, 30. expectandus annus. Constitutio regia ex consultatione comitorum habitorum Aureliæ, in presbyteris creandis statuit 30. annos, cum probitate morum, articulo 12. Sex quoque perpendendæ: nam mulieres à sacro ordinis cuiusque characterē arcantur: non enim ordinantur iure Christiano, nec sacra tangere, nec prædicare, nec confessiones seu exomologeses peccatorum audire, vel absoluerē, aut benedicere possunt. Ethnicis seu Paganis in statuentis sacrificiis & suis sacerdotibus, multa quoque fuerunt obseruata: delata tamen sacrorum cura & mulieribus. Extantque adhuc antiquarum rerum publicarum de illis leges. Et primum Platonis hæc lex, Sacerdotes tam viri quam mulieres aditus constituendi sunt, partim delectatione, partim sorte. Quæ ad sacerdotum electionem pertinent, Deo committenda sunt, vt quemadmodum illi placitum, ita diuina fortuna cui tributum id sit, sortes ferat: in eorum autem qui suffragium consecuti sunt examinatione, ille est comprobandus, qui integer sit atque legitimus. Deinde, à domo quam maxime munda, exers quoque cædis, omniumque huiusmodi qua aduersus leges committuntur: cuius pater matrem similiter vixerint. Sacerdotium non diuturnius, quam annum: nec pauciores annos, quam sexaginta natus sit, qui secundum sacras leges, res diuinas est tractaturus. Eademque de mulieribus facris, quæ de viris statuta intelligantur. Morem Romuli lege inductum eligendi ad sacra gentium pertractanda, descripsit Dionysius Halicarnassæus his verbis: Cum alij, inquit, temerè plerumque ac inconsideratè sacerdotes eligant, quidam licitatoribus proponentes hunc honorem, quidam committentes sortibus, ipse Romulus, neque venalia voluit esse sacerdotia, neque sorti subdita, sed lege sancit, vt ex singulis curiis legerentur bini, annum egressi quinque summum, qui virtute ac genere præcellerent ceteros, censumque sufficientem haberent, & integro essent corpore. Iis non ad certum tempus, sed in omnem vitam eum honorem concessit, immunibus propter ætatem à militia, & propter priuilegium exemptis ab urbanis negotiis. Quoniam autem quedam sacra fieri per mulieres oportebat, quadam etiam per pueros patrimonios matrimoniaque, vt iis quoque quantum posset, consulere: voluit uxores cum suis maritis fungi sacerdotia, etsi qua sacra viros obire vetaret mos patrius, ea relinquit feminis, in cuiusque ministerij partem debitam venire etiam, &c. Aristoteles neque agricolas, neque artifices, neque quæquam vilium

a c. de arat. & qual. ord. ap. Grego.

b s. domus, de sancti. episc. in auth. collat. 9. cano. conue. nientibus, r. q. 7. cano. vilissimi, i. q. 1. c. can. nulli, & can. de feruorum, 54. dist. c. 1. & a. de feru. non ordin. d. Prapof. in summa 54. dist. Cardinal. inibi.

c can. illiteratos, 36. d. f. Leuit. 21.

g in c. hinc et enim 50. dist. h. Hostiens. in sum. de corpo. vitia. facit c. 2. & c. fin. eiusd. titu. & c. lator presbiterij, 55. dist. c. qui partem, eod. i. can. communiter, 33. dist. k. can. canoniam, & can. seq. 56. dist. c. cum in cunctis, de elect. Deute. 23. no ingredietur mater, &c. l. tota 56. dist. c. de fil presbyt. & tot. tit. & c. cum in cunctis, de elect. ca. de incestis, 35. q. 3. m. vide gl. explicatè hanc q. in dist. 56. in ver. presbyterium.

n Philo Iud. in decalo. o. Prapof. in can. 2. 56. dist. p. Hostiens. in sum. de filiis presbytero, §. quæ est causa. q. c. 7. de filiis presbyt. r. glof. latè in c. vni. in verb. dispensare, de ata. & qual. in 6.

s Ioan. And. in addit. glo. c. 1. in ver. bonæ fidei, de filiis presbyt. in 6. t. c. 2. eod. v. can. ex potest. tentibus, & c. illud, c. canones, 30. dist. in. ca. placuit eo. x. cano. 1. & 2. 5. dist. in. c. vni. de oblig. ad ra. tio. ordin. y. d. c. vni. z. in can. Nicephor. Confess. lib. 2. tit. Oriental. a. Lamprid. in vit. Alex. Seueri.

b Exod. 28. c. cum in cunctis, c. 7. de electio. d. I. in fantis, C. de iur. deliber. e. cano. de his quos, 28. dist. ca. in singulis, 77. dist. f. d. can. in singulis. g. c. quicunq. 77. dist. h. can. de his, 28. dist. can. vltim. de temp. ordinari. in clem. f. de gra. & qual. apud Clem. i. c. vel nō est compos, c. 14. de tempo. ord. c. ex ratione, de arat. & qual. k. d. c. cum in cunctis, de elect. l. c. factatas, 23. dist. m. cano. nouus, de poenit. & remiss. can. mulierem, 33. q. 5. n. Plato, 6. de legib.

o Dionys. Halic. in 2. antiq. Rom.

a Aristot. lib. 7. Polit. c. 9.

vilium exercitiorum sacerdotem esse deputadum tradit, propter honorem Deo exhibendum.

De modo & forma ordinationis faciendæ. Cap. II.

- 1 Ordinari nemo debet sine titulo. De titulo clericorum ibi plura, eod. Titulus presbyterandi cuius reditus esse debeat, eod.
- 2 Titulus presbyterialis inalienabilis, nec obligari potest, eod.
- 3 Scrutinium in ordinandis quid, & quale.
- 4 Ordines quis dicatur furtiue suscipere, & 4.
- 5 Ordines quo tempore conferri possint.
- 6 Ordines conferri debent ordine, non per saltum, & inordinatè.

Modus ordinandi est, vt non absolute fiat ordinatio, sed cum titulo, id est, cū Ecclesia vel Ecclesiastico beneficio, ex concilio Chalcedonensi, b, in quo cautum, vt ordinatio cuiusque fieret, aut in Ecclesia suæ ciuitatis, aut in martyrio, vt scilicet sunt reliqua martyrum, aut in monasterio, alioquin irritam esse, quòd pertinet ad executionem, nō quòd ad ordinem. Idem & in concilio Vrbanì Papæ Placentiæ habito statutum. Et proinde rectè prospectū, ne clericus vnius ciuitatis & Ecclesiæ alicuius, in Ecclesia aliena ordinari possit sine cōsensu proprii Episcopi, ex cuius ordinatione habuit titulum. Hodie tamen in ordinatione non exigimus, vt ordinandi habeant Ecclesiam aliquā pro titulo, sed loco Ecclesiæ sufficit, aut exigitur idoneum patrimonium, vnde viuere possint: quod est tituli nomine, sine quo Episcopus non debet ordinare. Vel si sine eo ordinet, teneat ei alimenta exhibere, donec beneficium sufficiens ei conferat. Similiter si repentina clade patrimonium eius exhaustum est: cum enim propria non sufficiunt clericis Ecclesiasticis, Ecclesiastica habere debent. Ne clerici in opprobrium ordinis clericalis medicare cogantur. Aurum enim habet Ecclesia, non vt feruet, sed vt distribuat pauperibus. Et fures sunt & latrones, qui conseruant vel propria faciunt, quæ supersunt ex beneficijs, & patiuntur totē genos esse. Quòd procuratores seu negotiorum gestores Dei & pauperum tantum sint, bonaque illis & Ecclesijs illorum destinata sint, non vt se solum nutriant, sed & vt alant pauperes. Sicut & tempore institutionis Ecclesiæ, omnia vendebant Christiani, & pretium venditorum ad pedes deferebant Apostolorum, vt illi singulis distribuerent egenis pro modo indigentiæ. Proinde qui domesticis fidei sunt pauperes, multò magis bonorum Ecclesiasticorum participes esse

debent. Constitutionibus regijs quoque comitorum Aureliacensium, statutum ex iuris ratione, ne prælati presbyteros sine reditu aliquo vel beneficio creent, quibus se alere possint: eaque causa cautum, vt de eo reditu prius testatio fieret coram iudice ordinario per quatuor ciues, qui sine fraude & bona fide asseruerint patrimonium presbyterandi esse reditus quinquaginta ad minus librarum, pro quibus qui ita restantur, teneantur annuatim, si non adint ordinato. Et insuper statutum vt hic reditus temporalis inalienabilis esset, & extra omnem aleam obligationum & hypothecarum, post tempus ordinationis presbyteri, & pendente eius vita. Sanctum quoque in iure, vt si alterius Episcopi iussu ordinandi generali Episcopus sine titulo ordinet, ipse qui ordinauit, teneatur alere: si speciali iussu certos ordinet, is qui iussit. Quòd si ordinetur à non suo Episcopo, ex dimissione seu cum li teris dimissionis alterius dioceseos clerici, non qui ordinat: sed qui permisit vt ibi ordinarentur, alere debet, donec titulum vel beneficium nacti fuerint. Dehinc in maioribus scrutinium præcedit ordinationem, per quod archidiaconus qui assistit Episcopo, eidem dicit, Postulat sancta mater Ecclesia hunc diaconum vel subdiaconum ad omni diaconatus vel presbyteratus assumi: & interrogatus, num dignus sit responderet, In quandum humana fragilitas nosse sinit, se cum dignum arbitrari. Quomodo autem & quare fiat, antè indicauimus. Accedit sententia superioris, quæ accedere debet: alioquin si sine ea, vt si examinationem non fuerit passus, dicitur quis furtiue ordines suscipere, & castigatur. Præterea temporibus legitimis ordinatio fieri debet ab Episcopis, nempe maiorum ordinum, tantum in ieiunio quatuor temporum, & sabbatho ante dominicam de passione: minorum tamen fieri potest diminiis & alijs festiuis diebus, in quibus maiores ordines non conferuntur ab Episcopis, quamuis possint & tunc à sum. Pont. conferri. Verum ordinatus à Papa, sine licentia sum. Pontif. ad superiores ordines non promouetur. Ceterum extra prædicta tempora ordinatus ordinis recipit characterem, sed non nisi pœnitentia imposita & ea impleta permittitur administratio: quia tempus non est de substantia ordinis, sed ex iuris positiu constitutione. Et proinde transgressio punibilis. Vt & animaduersione dignum est, si duo sacri ordines vno die conferantur, id enim & prohibitum quoque est: & qui contulit Episcopus etiam mandato Metropolitanis, à potestate conferendi suspenditur. Et furtiue etiam quis ob id dicitur ordinatus. Obseruandum quoque est, vt ordines serie & gradatim, non inuerso ordine conferantur. Qui enim id molitur, pœnitentiæ subiiciendus est, postquam ordo prætermisus suppleti potest. Inordinatè tamen ordinatus puniendus, & interim suspendendus.

l ad Galat. 6. i. ad Timot. 5. m. art. 12.

n c. si episcopus, can. 37. de prab. in 6.

o c. vni. de furt. in ord. facien.

p text. & gl. in c. 1. in ver. furtiue, de eo qui furt. ord. suscep.

q ca. 2. & 3. de tempo. ordin.

r c. 1. eod.

s c. cum in distributionibus, eo.

t ca. consultationi, eo. can. cum quidam, c. fin. eod. v. glo. in d. ca. consultationi. x. c. literas, c. 13. eod. y. ca. dilectus, c. 15. eod. z. c. 2. & fin. de eo qui furti. ord. suscep. lib. 5. Decret. tit. 30. a. ca. sollicitudo, 52. dist. b. c. 1. de cler. per salt. promot. li. 5. Decret. tit. 29. c. ca. saloniata, 62. dist.

b refertur in can. 170. dist.

c in can. 270. dist.

d tota 71. dist.

e c. 2. & c. tuis questionibus, c. 23. de prab. f. c. cum secundum, de prab. & c. 4. eod.


g can. illi autem, 12. q. 1. cano. clericos, r. q. 2. glo. in d. c. tuis questionibus. h. ca. diaconi, 93. dist. i. can. aurum, 12. q. 2.

k Actuum, 5.

DE PERSONARVM EX CAUSA BENEFICIORVM DISTINCTIONE ET DE BENEFICIIS. LIBER XVII.

Tractandorum in hoc libro summa. Cap. I.

Methodus futurae tractationis de beneficijs.



Ed hæc hæcenus dicta sufficiat specialiter nota, de personarum Ecclesiasticarum distinctione, & earum quæ aliquid Ecclesiasticum pertractant. Nunc operæpretium est, vt quia in beneficia generaliter incidimus, de illis in vniuersum quædam persequamur, vt facilius personarum beneficiatorum dignitates & iura appareat. Dicemusq; quid beneficii, eius species & nomenclaturas, erectiones, extinctiones, collationes, & prouisiones, & quæ in his, qualisve personæ considerandæ. Et de vacatione, & iudicijs eorum. In quibus quantum assequi potuimus, Deo iuuante, ea quæ vsui quotidiano necessaria videbantur, & quibus egemus circumcisissimis, quas poteramus explicare, transtulimus.

De finitione beneficij. Cap. 2.

- 1 Beneficij appellatio lata.
2 Beneficij Ecclesiastici definitio.
3 Beneficium habet distinctam portionem.
4 Beneficium improprie dicitur sine fructibus & redditu.
5 Qui habet beneficium in expectatione, non permittat illud.
6 Beneficium Ecclesiasticum constat officio diuino, & redditibus.
7 Beneficia Ecclesiastica nec emi, nec vendi possunt, quare.
8 Beneficia cum quibus oneribus dari possint.
9 Beneficia Ecclesiastica gratis conferenda.
10 Beneficiorum quale est officium diuinum inueniunt.
11 Horas canonicas seu officium diuinum non dicens beneficiarius, an teneatur ad restitutionem fructuum ex beneficio perceptorum.
12 De residentia, seu assiduitate beneficiorum in loco beneficij.

- 13 Residentia in loco beneficij quando excusatur, & 14.
14 Episcopo assidens excusatur a residentia, & percipit fructus sua canonice, exceptis diarijs.
15 Beneficia perpetuo, non ad tempus possidendam dantur.
16 In commendam quæ beneficia ad tempus dantur.
17 Beneficium Ecclesiasticum non datur iure hereditario proximis.
18 Beneficiarius de fructibus beneficij testatur in Gallia.
19 Beneficia Ecclesiasticis conceduntur, laici interdum eorum capaces.
20 Beneficia teneri non possunt sine canonica institutione.
21 Beneficij Ecclesiastici veri nota.

Vemadmodum sacerdotij appellatio arcta nimium videtur, ad significandos eos qui Ecclesiastica bona in titulum possident, vt potè quod omnes non sint sacerdotes: ita & beneficij nomen latius est, & ad alia, quam ea quæ conceduntur & Ecclesiasticis personis conuenire possunt, pertinet. Beneficium namque largitionis est species, & beneuola concessio gaudium tribuens capienti, capientique tribuendo. Qua finitione & beneficij principis contineri potest, quod latius interpretari debemus: item & auxilium legis, quod & beneficij dicitur, quale restitutum in integrum, epistola Adriani, & feuda seu clientelæ, commodatum, relictum, & donum omne. Et proinde illa quoque finitio improprie transfertur ad Ecclesiastica bona, quæ nomine beneficij dicuntur: quia latior suo finitio, cõtrâ regulas finitionis. Tum etiam quod feudalis illa beneficij finitio non possit quadrare Ecclesiastico beneficio, bona tamen cum venia eorum, quibus diuersum placuit. Quorum ex albo est Paulus Romanus antiquus interp. h qui ait, beneficium dici, quod bona faciat: alij autem ad hoc omnino transferunt, vt Panormitanus, Polyanthea, Ioannes de Selua. Proinde diuidimus beneficium, in Ecclesiasticum, de quo locuti sumus, & non Ecclesiasticum, de quo alibi. Beneficij itaque Ecclesiastici alia erit finitio, vt sit distincta, & spirituali muneris coniuncta iurum Ecclesiasticorum portio. certis ædibus sacris in hoc assignata, vt perpetuo per clericos ad vitam vtenda clerico legitime assignetur. Distincta portio est in primis: nam antè quàm distinctio fiat, nõ est beneficium. Diximus autem & paulò antè quomodo distincta sunt beneficia, & decimæ per summos pontifices, per loca, & regiones per Euaristum & Dionysium. Portio porrò hæc, fructus continet: idè beneficium sine fructibus improprie est. Quare canonicus creatus

a s. 1. in quib. cau. seu. amita. Seneca, lib. 1. de benef. h. si. de constitut. princ. in P. c. cum dilecti, in fine, de donat. c. olim, de ver. signif. c. 1. tuores, l. 8. de restit. in integ. d. sapè in libris Feudorũ, vt. de duob. frat. de nouo benef. inu. eff. l. incommo. dato, s. sicut, commo. f. c. cum libere, de sepul. tur. g. l. 1. s. dolum de dol. P. h. Paul. Roma. in tractat. de pensio. eccl. i. Panor. inc. ad audientiam, de prescrip. & c. vni. de commo. d. Polyanthea tract. de benef. f. c. l. Ioan. de Selua tract. de benef. par. 1. q. 1. m. ca. ex parte Altijs, de cõ. cess. prab. n. c. si quis obiecerit, l. 1. q. 3. Panorm. c. de multa, de prab. ben. vide Gomef. ad regul. cancel. de anno. poss. l. c. relatu, de prab. d. Calderi. in d. c. de celebr. miss.

sub spe, seu, vt dicunt, cum expectatione præbendæ, qui dicitur canonicus in herbis, receptus. Item mandatarij Apostolici, in Ecclesia vbi completus est numerus canonicatum, vel præbendarum non vacantium, non censentur beneficiati, nec capiunt diarias, seu quotidianas distributiones, nec annonam, quam grossam vocant, vel de mensa, vt conclusum in Rota est. Subscribit, & Ioann. Staphileus auditor quoque Rotæ, & Panorm. Quamuis enim præbenda possit esse sine canonicatu, tamen canonicatus sine præbenda esse non potest: nascitur namque præbenda ex canonicatu, tanquam mater ex filia. Atque idè episcopi sine episcopatu, vt comites Palatini sine comitatu, improprie dicuntur episcopi, & comites. Vt & alij nomine tenus tantum tales. Accedit, quod qui habent canonicatum sub expectatione præbendæ, non habent ius in re, sed ad rem. Nec qui huiusmodi habent expectatiuas, possunt beneficium expectatum (cum beneficiati non dicantur) cum alio permutare, vt tuerentur interpretes: quia nec ius ad rem permutari potest, secundum Fridericum de Senis. Quocirca faciendum iure communi nemo possit habere duo beneficia, cum animorum cura, vtpote incomparabilia: tamen qui vnum cum cura habet, potest nihilominus alij per mandatum impetrare, nec primum idè vacat, nisi consequatur re ipsa quod expectat. Dicitur in finitione postea, quod hæc portio beneficiaria sit spirituali muneris coniuncta: quia duo sunt quæ faciunt beneficium, diuinum obsequium & prouentus. Et meritò ecclesiastici prouentus illis subtrahuntur, quibus subtrahitur ecclesiæ communio: cum non debeat beneficium, nisi propter officium, quod qui non exequitur, & priuari beneficio debet. Hinc colligere facile est, omnem passionem pecuniarum, & nundinationem à beneficijs conferendis, vel transferendis procul ablegandam: ecclesiastica quippe hæc munera diuini iuris sunt, nec merce vel pretio comparari possunt citra labem & notam simoniae. Neque sacra in commercio humanum sunt. Explicat autem latius Ioannes à Selua illam quæstionem, Num beneficium sit quid spirituale, quem ideo consulere potes. Recipitur nihilominus expressio oneris in collatione eius quod inest naturæ beneficij: veluti si Theologalis lectura conferatur cum onere lecturæ, residentia, & prædicationis verbi Dei. Sic & de alijs quibusdam, quæ possunt tacite exprimi sine vitio simoniae. Vt & Deus sub conditione Diuo Petro dixit, Si diligis me, pasce oves meas. Et vt expressa non officium. Ex præcedentibus colligitur quoque, beneficium à collatore gratis debere conferri, neque eum sibi quicquam ex collatione referuare posse, nec sibi conferre. Prætereundum porrò non est diuinum officium dici quod beneficiatis adhæret, horas canonicas, seu ex regula præcationes. Defenditq; Calderinus, clericum nulla rationabili causa excusatum, non exequentem hoc pensum, id est, non dicentem

horas canonicas, teneri ad restitutionem fructuum ex beneficio perceptorum: quia, inquit, propter non residentiam priuantur clericis beneficio, & eius fructibus: & datum ob causam, causa non secuta, reperi potest. Quam tamen opinionem iure non sequitur Cardinalis, eiusque asseclæ Panormita. Sed cum distinctione: de qua in cap. 1. de celebrat. Missal. numero 8. tractat Panormit. Cum quod omittentibus diuinum officium alia penitentia imponatur: tum etiam quod diuinum hoc officium non fuerit sola causa instituedi beneficij, sed vt pauperes clerici de patrimonio Christi nutriti mendici non sint. Et certè alia sunt officij presbyteralis præter preces, vt discimus, veluti sacrificium missæ, exomologesæ, & similia. Quod fit, vt etiam ego istorum postremæ subscribam sententiæ. Porrò quomodo, & quoritu dici debeant horæ canonicæ, & in quo versentur, iura exprimum. Adiciamus finitioni deinde, portionem hanc esse clericis ædibus assignatam, ex quibus nascitur titulus & nomen beneficij: hoc caput refertur dotatio ecclesiæ. Proinde quia ædibus assignatur portio, exigimus in beneficiatis, in illis assiduitatem seu residentiam, ne conductitijs presbyteris ecclesiæ committantur: & vt fiat satis voluntati fundatorum. Quæ si omittatur contumaciter, inducit beneficij priuationem: omne enim beneficium, quantumuis sit minimum, exigit assiduitatem iure communi. Sic Iustitia. Cæsar sancit, eos tantum clericos & monachos immunitatis beneficio à cura & tutela gaudere, qui apud sacrosanctas ecclesias, vel monasteria permanent, non vagantes, & qui circa diuina ministeria non sunt desides: cum propter hoc ipsum, inquit, illis indulgemus beneficium, vt alijs omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministerijs inhæreant. Apud Liuium Camillus dixit. Flamini Diali, notam unam manere extra urbem. Maluginensem Flaminem Dialem, promisit Cæsar: recitavit decretum pontificum. Quoties valcudo aduersa Flaminem Dialem incesisset vt pontificis maximi arbitrio, dæmne plusquam binotium abesset: diemne diebus publici sacrificij, neu sapius quam bis, eundem in annum. Quæ principe augusto constituta satis ostendebant annuam absentiam, & prouinciarum administrationem Dialibus non concedi. Neque tamen me later, conuenientia quadam, quam tuerent cõsuetudine & statuto ecclesiarum, quædã beneficia esse, quæ assiduitatem non exigant: quando indulgetur pluralitas beneficiorum, vel si vnio fit ex causa. Scio & casus esse, in quibus venia absentia ab episcopis, & iure conceditur, vt ei qui in seruitio episcopi est, qui omnes prouentus nihilominus accipit, exceptis quotidianis distributionibus, vel diarijs. Ei quoque qui familiaris Papæ est, indulgetur, & eis qui studiosi causa, ex consensu, & licetia episcopi absunt: dummodo in ciuitate, vel loco vbi legitur publicè, resident, non aliter. Excusantur & infirmi, ecclesiæ negotijs vacantes, de quibus, & quando recipiant distributiones quotidianas, & integros fructus, tractatur in clem. 1. de cler. nõ resid. & c. cum non deceat, de electio. in Clem. Qui tamè omnes non obstate privilegio, si ecclesia patiatur ministrorũ defectum, reuocari ad ecclesiã possunt: alioquin ex fructibus beneficiorum tantum dè impeditur,

e. vni. de cleric. non resident. in 6. f. l. 2. s. fin. de donati. & toto tit. de condit. ob caus. dat.

g. cano. si quis in clero, 7. q. 1.

h. c. 2. de prab. cano. diaconi, de 23. dist.

i. in can. pen. 12. dist. clem. vit. de celebr. miss. tit. quomodo diuini officij dicenda sit, cum 4. seq. in pragmat. sancto, & tit. quali. horæ. dicuntur extra ch. can. pen. & si. 21. q. 2. c. quoniam, ne præ. vic. sus. l. ca. 2. & c. ex. tuz. & c. relatu. de cleric. non resident. c. conuerente, c. ex parte, eo. tit. m. c. quia nõ nulli, & equia in tantum, & ferretor. tit. de cler. non resident. c. ex parte, de offic. vicar. c. peruenit, de appella. c. sanctorum 70. dist. cau. ex. erabitibus, circa sine, de prab. in extrauag. commu. n. l. generaliter sanctimus, l. 40. de episc. & cler. c. o. Liub. 5. p. Corn. Tacit. lib. 3. annal.

q. c. cum iam dudum, de prab. r. late per gl. s. sed & insuper, in ver. plur. talitatis, de collat. in pragmat. sancti, c. extirpande, s. 1. de prab. s. c. de cetero, de cler. nõ resident. c. ad audientiam, eo. c. cum dilectus, l. 4. eod. v. ca. relatum, eo. tit. c. super specula, de magist. x. c. tuz. frater. natus, de cleric. nõ resid. y. ca. ex parte, eod. tit.

a. c. pen. eod. b. fin. de cler. egrotan. c. vni. de capel. mo. nacho lib. 6. c. script. c. qua. luer. can. qua. vis triffe. 7. q. 1. c. cano. sicut vi. 7. q. 1. d. c. si de con. di. appof. e. latus legi. timi. de regul. iur. f. Dio Cassus. lib. 49. g. r. si gratiosè. de rescrip. h. can. pasto. ralis. 7. q. 1. i. c. a. 2. & c. c. in officii. de testa. c. pen. de pecu. cler. k. c. r. de suc. cess. ab intest. auri. licentia. de episcop. & cler. C. l. c. consulit nos. de iur. pa. tron. can. apo. stolica. 8. q. 2. c. ex transmissa. de fil. presby. cad. extirpan. das. eod. m. in gl. pr. sent. de offic. ordi. in 6. n. in c. si de pe. cu. cler. vide eundem in c. cum in offi. ciis. de testa. o. c. cum adeo. de rescrip. c. ex literis. de tras. c. 2. de in. fit. clem. qua. contigit. 5. vi. ante. de reit. glo. domi. p. Innocent. & Abbas. in cap. quanto. de cõ. sue. glo. in can. bene quidem. 96. dist. in ver. preter Roma. num.

quod sufficiat ministris subrogandis, reseruato absentibus residuo. Meminimus subinde in finitione. perpetuè apud clericos istam portionem remanere beneficij, vt ostendamus beneficia in perpetuum vtenda, nō ad tempus cōcedi, vt possessores non possint ad cessionem cogi. Neque alius viuente titularo in locum eius subrogari, non secus, quàm matrimonio constante, alius non potest in locum coniugis subrogari, quia nec matrimonium ad tempus contrahi potest. Nec alij quidam actus legitimi. Sed nec inter ethnicos olim licuit apud Romanos cuiquam viuo pontificatum adimere, quantumvis scelerato: ideò que Iulius Cæsar reuocauit pontificatum Lepidi, eo viuente, sibi à populo oblatum. Neque tamè ignoro, ob singularem summam potestatem, que pontifici maximo conceditur, licere papæ ad tempus etiam conferre beneficia, quod dicimus dare in commendam: eumque posse permittere beneficia, retinere vsque ad voluntatem sui bene placitum. Cæterum verba illa finitionis, per clericum ad vitam vtenda, edocent clericum non posse vltra vitam fructibus gaudere, vel de illis vltima voluntate disponere, vel eius proximos iure successione beneficium nancisci: nam sanctuarium Dei iure hæreditario obtineri non potest. De fructibus tamen perceptis posse nunc beneficia-rium testari, ait Ioan. Andreas. Quod negat fieri debere Panormitanus. Sequimur in Gallia tamen Andream. Indicant & postrema finitionis verba, beneficia non nisi clericis cōferri posse, atque laicos prorsus eorū esse incapaces, iure cōmuni videlicet. Nam & speciali priuilegio laici possunt possidere beneficia: vt notant Innocentius, & Abbas, alique. Sicuti & in multis regni sui ecclesiis rex noster canonicus est. Et beneficia possident ecclesiastica ex priuilegio senatores curiæ consilij magni, etiam vxorati. Et hæc omnia obtinent, dummodo legitime fiat institutio. Nam beneficij sine canonica institutione obtineri non potest, & ab eo qui potestatem habet conferendi. Sicque in summa Panormitanus, cōsilio 47. quod incipit, *Ilua queritur*, beneficium ecclesiasticum sex notis cognoscitur. i. vt iure communi cōferatur à potestatem habente, . vt qui confert, nihil possit iure sibi ex eo retinere, 3. vt tantum de eo clericus prouideri possit, 4. quod habeat aliquod spiritualitatis annexum, 5. quod sit perpetuum, 6. quod omnis pactio, seu nundinatio reiiciatur, de reg. iur. in 6. q. 1. Et Decius, in rubr. de rescrip.

De diuersa beneficiorum nomenclatura, vnde personæ ecclesiasticæ diuersas appellationes capiunt.

Cap. 3.

- 1 Beneficiorum ecclesiasticorum diuisio in proprie & improprie beneficia. Proprie beneficia maiora, & minora que, eod. Prelati appellatio non pertinet ad ecclesiæ rectorem simplicem, eod.
2 Beneficiorum 3 diuisio, in habentia curam animorum, & non habentia. Cura animorum quid, eod.
3 Beneficia cum cura, non nisi presbyteris actu, vel

- 4 Curionis officium.
5 Curata beneficia ratione iurisdictionis que habeant.
6 Beneficia non curata, simplicia dicta.
7 Beneficia regularia & non regularia que, & ex prescriptione talia. Beneficia regularia regularibus, secularia secularibus debita, eod.
8 Commenda, vel beneficium in commendam datum quod.
9 Beneficia duo, vnum in titulum, aliud in commendam habere quis potest.
10 Commendatur beneficium dupliciter, in utilitatem ecclesiæ, aut prepositi.
11 Beneficia villa murata, & non murata, & quibus villa murata conferri possunt.
12 Villa murata que dicatur.
13 Beneficia alia ecclesiæ collegiata, alia non collegiata.
14 Ecclesia simplex, vel capella que. Collegiata ecclesia que.
15 Ecclesiæ conuentuales, religiosa, monasteria, cœnobiaz. Ecclesiæ cathedrales que, eod.
16 Beneficia alia cum dignitate, alia cum personarum, alia cū officio, administratione, prepositura.
17 Dignitas ecclesiastica & alia quid.
18 Beneficia nominata, & innominata que. Assisij ecclesiarum qui, eod.
19 Beneficia electiua, & non electiua que.
20 Beneficia patronata, & non patronata.

Ed non vno modo beneficia appellata sunt, sed variis: & proinde personæ que ea possident, variè quoque nuncupatur. Aperiamus igitur necesse est diuisiones eorum. Prior, quædam proprie beneficia, quædam improprie dicta. Proprie dictorum beneficiorum, alia maiora, alia minora vocatur. Inter maiora, summus pontificatus, qui & beneficium distinguitur. Et certum est quoque, quæ nomē habent prælaturæ, maiora dici posse, vt pontificatum summum, patriarchatum, archiepiscopatum episcopatum, abbatiam: prælati autem appellatione non cōtinentur ecclesiarum rectores. Tertia distinctio, vt alia beneficia habeant curam animorum, alia minime. Cura animorum dupliciter consideratur, vt notat Innocentius: primum, quādo is, qui beneficium præficitur, tenetur sacramenta præbere certis personis, nempe parochianis eius loci: item prædicare, proponere verbum Dei, confessiones audire. Quocirca & ista beneficia requirunt præfectos esse actu sacerdotes, seu presbyteratu insignitos, vel qui tales fiant post adeptum sacerdotium intra annum. Non enim aliter possunt deseruire beneficio, ligare vel soluere, vel pascere, nisi potestatem acceperint. Annus autem computandus ex eo tempore, quo quis adeptus est pacificā beneficij possessionem, vel per eum stetit quominus haberet. Et cessante alio legitimo impedimento promotionis ad presbyteratum. Vocamus hos beneficiatos, rectores, curatos seu eutiones, vicarios perpetuos, pastores, vt suo loco diximus. Pastoris autem officium legendum apud Ezechielem c. 3. Secūdo curata beneficia dicuntur, respectu curæ iurisdictionis cōtentiois seu forensis, quæ beneficiis quibusdā annectitur. Huiusmodi cōpetit visitare, inquirere, procuratio

q. c. penult. de verb. signif. in c. maioribus, de præb. r. ca. 1. de maled. cano. cler. ros, 6. pōtifer, 21. dist. can. & can. nemo, factro sancta, 22. dist. s. glo. per textum in clem. dudum, s. nos autem, in ver. prælati, de sepult. in clem. t. c. cum singula, de præb. in 6. ca. de multa, eod. c. cum factis, de offi. archi. v. Inno. in d. e. cum factis. x. clem. dudum, s. verū, de sepult. ap. Greg. c. 2. de paroch. c. omnis vtriusque sexus, de poenit. ca. placuit, de poenit. dist. 6. y. c. licet canon, de electi. in 6. z. c. commissi, de electi. in 6. vi. de qua latè de his tractat. Rebuffus, in praxi benefici. in tit. de nō promot. intra annum, quā. prius. vel excus. cōfcan. & in tit. de disp. de nō pronouendo, a. c. execrabilis, s. si. de præben. in extrauag. eod. muni. b. dudum, de electio. in 6.

a. dudum. b. nota. in c. cum factis. de offi. archid. c. 1. eod. c. 2. de institutio. d. si. de præb. ap. Greg. e. c. in ep. eo. c. 6. eo. in sex. c. exirpanda, s. quia verb. eo. in ap. Greg.

sc. eum de beneficio, eo. in 6. s. statim, de colla. in c. eurdatis, Gallia, & sum. pōt. r. clem. 1. de elect. ap. Cle. g. in s. idem ordo, in ver. regularibus, de colla. in prag. sandio. Ioan. de Sel. in tract. de benefici. q. 4. num. 13. h. Rota, in decisio. 3. incip. fuit dubitari, in nouis. Ioan. Staphil. tracta. de lite. grat. & form. excepta. forma 8. i. c. de quarta, de præcip. e. cum ecclesiæ, de cau. possess. authent. quas actiones, de fact. eod. k. c. vigilanti, de prælati. latè docet in specie proposita Rebuffus, in s. volumus, in c. collatio, in cō corda. Gall. in ver. regularia. l. can. qui plur. res, 21. q. 1. c. nemo demceps, in vbi. glo. in ver. commendare, plura tradit, de commenda. m. Gomefi. in reg. cancell. de public. resign. q. 4. & in regu. de triena. possess. reg. 5. a. gl. in s. licet, in ver. euidencia causa, de electi. in prag. sandi. o. s. statim, in 2. de colla. in concord. s. in ecclesiis, de colla. in concil. Basilic. seu. prag. sancti. & consti. reg. p. vt in c. vne tabili. c. 23. de cū. lib. 3. Decret. tit. 29. & in c. ad audientiam, in 1. de eed. adifica. q. Varro, lib. 1. De re rust. c. 2. r. c. saluator, de præben. in extrauag. com muni. b. s. c. nobis, de iur. patr.

procuraciones recipere, suspendere, absoluerè, excōmunicare, & absoluerè: quæ etiam sine beneficio aliquando possunt. Non curata beneficia sunt, quorum præfecti prædicta munera non habent, sed horis dicendis tantum obstricti sunt. Dicta beneficia simplicia, ex his duobus composita beneficia, quæ principaliter sine cura sunt, vt prioratus, sed habent annexam curam animorum, pro qua habent vicarios perpetuos. Quarta diuisio, beneficiorum alia esse regularia, alia secularia: regularia regularibus, id est, monastici instituti personis debentur: secularia aliis clericis secularibus, id est, qui monasticam vitam vel regulam non sunt professi. Hæc qualitates beneficij vt plerumque accedunt ex præscripto fundationis, si in ea regularibus deputetur personis vel secularibus. In ceterum tamen regularia à secularibus, & contrà secularia à regularibus possidentur personis legitime per prescriptionem quæ recepta est, si per 40. annos continuos secularis ecclesiæ à regulari persona sit possessa: vt tunc immutata censeatur qualitas, & censeatur regularis, hoc est, quæ à regularibus possit haberi. Et contrà, si regularis per tot annos à seculari sit possessa, nam ordinarij iuris est 40. annorum tempus sufficere in prescriptione rerum ecclesiasticarum inter ecclesias. Dummodo in hac possessione beneficij concurrat cum tempore titulus, id est, institutio, & bona fides: alioquin enim non mutaretur qualitas beneficij solo tempore, vt pote substantialibus deficientibus prescriptionis, titulo & bona fide. Porro ex regularibus & secularibus beneficiis, tertia quædam species constari potest beneficiorum in commendam, vt dicimus, datorum, quando summ. pontifex ex priuilegio regulari personæ beneficium dat seculari: vel contrà, seculari regulari. Hinc intelligimus, quod circumfertur duas ecclesias aliquem habere posse, in titulum vnam, aliam in commendam. Commendantur autem ecclesiæ bifariam, aut in utilitatem ecclesiæ, aut in utilitatem commendatarij: in primo casu, nō est titulus beneficij, sed dicimus, custodia, à qua quis remoueri potest. Diuersum in secundo, vt explicat latè Gomefius, & glossa pragmaticæ sanctionis concilij Basiliensis. Alia quinta diuisio, seu distinctio à loco, vt alia dicantur villæ muratæ, alia nō muratæ: sic enim expedit distinguere ob præficiendorum distinctionem. Nam quæ villæ muratæ sunt, non possunt conferri in Gallia, nisi graduatis in aliqua probata Academia, aut qui triennio saltem in Theologia, aut in altero iurium, ciuilibus, vel pōtificij, aut in vtroque studuerint. Villæ hinc nomen, more Gallico, pro ciuitate intelligitur, vel oppido muris cincto, populoso. Sicuti & in iure pontificio aliquando, non pro villa rustica, vel ædificio rustico, vt apud Latini sermonis authores, apud quos, Varrone teste, villa quasi vebilla, à vehendo: quod in eam fructus ex agro inuehantur, & inde in urbem euebantur. Ioannes 2. summ. pont. ciuitates videtur eas tantum nominare, vbi episcopus sit. Alij autem videntur muratam villam dicere, in qua sit mercatus, & nundinæ: quod certè non est verum perpetuè. Sexta diuisio, alia esse beneficia ecclesiarum collegiatarum, alia non collegiatarum, quæ & simplices dictæ ecclesiæ: quarū differentia vel patroni solius diuersus assensus indicat. Simplex ecclesiæ & capella dicitur, in qua vnus, vel duo, vel plures clerici ordinantur, non vt corpus faciāt vel collegium qui nec syndicum, nec sigillū com-

mune habent: non enim omnis adunatio clericorum facit collegium, alioquin vbique essent collegia. Vix enim potest esse presbyter seu sacerdos sine duobus vel vno clericis, qui secum psallant, & in altari administrent, erudiantque filios parochorum. Qui tamen collegium non faciunt: quia in collegio faciendo forma exigitur superioris licentia. Nec numerus personarum eum constituit, cum sufficiant tres in eo cōstituendo, & per vnum ius collegij retineri possit. Porro ecclesiæ collegiatæ, regularium personarum dicuntur conuentuales, cœnobiaz: alia capilla. Omnis ecclesiæ cathedralis collegiata est: quia episcopus caput, membra, & consilium eius, capitulum, quod debet in institutione & destitutione clericorum adhibere secum: quantum omnes ecclesiæ collegiatæ cathedrales non sint. Septima diuisio, vt alia dicantur habere dignitatem, alia personatum, quædam officium, administrationem alia, alia præposituram: quorum differentiam vide apud Siculum, & Archidiac. Dignitatis nomen potest latè accipi, pro qualibet prærogatiua in ecclesiis, quæ alio nomine personatus dici potest. Verum singulariter dignitas dicitur, facultas administrandi in aliqua ecclesiis cum aliqua iurisdictione: tutius tamen erit in vistorum nominum dignitatis, personatus, officij, sequi mores ecclesiarum, & in qua significatione, sententia, & obseruatione huiusmodi sint nomina. Inter dignitates ea quæ præest, dicitur prælatura, quare episcopus & abbas prælati erunt. Octaua beneficiorum diuisio, vt alia sint nominata, alia innominata: innominata dicuntur, quæ generali tantum nomine beneficij significantur, vel canonicè, vel præbendæ. Sunt & inter innominata, quæ possident assisij dicti, in ecclesiis: & quæ habent in ecclesiis in minoribus constituti, quæ vocantur tituli. Nominata ea dicuntur, quæ vltra generalem appellationem, proprio nomine intelliguntur, vt episcopatus, patriarchatus, abbatia, cura animorum prioratus, & alia similia. Nona, alia esse beneficia electiua, ad que per electionem quis vocatur: alia ad collationem pertinentia. Et electiua dicuntur, quæ facta electione exigunt confirmationem superioris. Per electionem electus consequitur ius habitum in prælatura: per confirmationem, exercitium illius actu. Subinde decima distinctio, vt alia sint patronata, alia sine iure patronatus, libera in collatione ordinarij. Patronatum est beneficium, ad quod vacatione adueniente, præsentat idoneum clericum episcopo patronus, & sine cuiusque præsentatione rectè non instituit episcopus: præterquam in casu negligentia patroni, & si per eam deuoluatur potestas ad eum vt superiorem, & aliis casibus, de quibus proximo agetur capite Deo fauente.

De iure patronatus ecclesiæ. Cap. 4.

Lib. 3. Decret. tit. 35.

- 1 Ius patronatus ecclesiasticum quid.
2 Ius patronatus ecclesiasticum adheret spiritualitati. Ius patronatus quare exigit institutionem episcopi.

r. c. dilecta, de excel. prelat. v. c. vnusquisque, de vita & honest. cler. x. l. de collegi. illi. in P. l. 5. quib' permiffum est, & cuius vnuerfi. nomi. in P. y. c. 1. de elect. ap. Greg. 1. Ne rarius, de verbo. signif. z. l. 1. §. sicut, quod cuiusq. vnuerfi. nomi. in 1. a. c. nobis, de iur. patr. b. Fanor. in c. edoceri, & c. capitulum, de rescript. c. noui, c. 4. & quanto, c. 5. de his que sunt, & capti. sine off. capit. lib. 2. Decret. tit. 2. Cardin. in clem. vt in col. 3. in 2. q. de iur. & qual. d. c. 1. de consue. in 6. ca. de multa, de multa, de preb. c. ex cetera. h. i. in extrauag. communib. c. Ab. Fanor. in c. de multa, in i. de præb. f. Archid. in c. 1. de consuet. in 6. g. gloss. in c. quia, nonnulli, & in ca. ad aures, de rescrip. & in c. de multa, de præb. h. gl. & Archid. in d. c. 1. de consuet. ap. Gregor. de his in tit. de regia ad prælatu. n. nominatio. in cōuentio. Gal. li. & pontificis sum. k. can. ex multis, s. constitutum, l. q. 3. l. de quib. in c. pen. de cler. non resid. m. c. 2. de præb. n. c. cum in illis, c. 15. §. illis vero, de præb. in 6. o. glo. in clem. quia cōtingit, s. vt autem, in ver. electio. de religio. domi. Cardin. in clem. ment. 1. §. ad hoc, de præb. p. nota. in ca. quæto, 61. dist. Cin. & Barth. in l. priuatiu. de iurisdic. omni. iudic. C. q. a. decernimus, 16. q. 7.

- 3 *Ius patronatus per se vendi non potest, vel cedi.*
- 4 *Ius patronatus indivisibile, & quomodo ad plures heredes hoc ius pertineat.*
- 5 *Patroni plures in presentando debent convenire.*
- 6 *Patronis pluribus existentibus, a maiori parte eorum presentatus instituendus est.*
- 7 *Ius patronatus honorem habet in prerogativa presentandi.*
Presentatio patroni requiritur in patronato beneficio conferendo, eod.
Presentatio quale ius conferat presentato, eod.
- 8 *Beneficia & ecclesiarum cura ad sollicitudinem pertinent episcopi.*
- 9 *Patronus seipsum presentare non potest.*
Episcopus sibi conferre non potest beneficium, eod.
Ex patronis pluribus unus illorum ab aliis presentari potest, eod.
- 10 *Presentatio instituendi, & per patronum, & per procuratorem eius fieri potest, & per literas.*
- 11 *Patroni laici, & clerici: & intra que tempora presentare illi debeant.*
Patroni clerici non variant in presentatione, laici contra, eod.
- 12 *Patronus laicus variare potest tantum, antequam unus ex presentatis instituatur, non postea.*
- 13 *Presentatio indigno per laicum, eo repudiato intra tempus quadrimestre patrono datum, potest laicus alium, & alios presentare: nec repudiato indigno episcopus pleno iure potest conferre.*
Contra, si presentetur indignus a patrono ecclesiastico.
Oeconomus pendente tempore presentandi datur ecclesia vacanti ab episcopo, eod.
- 14 *Presentandi ius quando admittitur patronis, & plena collatio ad episcopum pertineat.*
- 15 *Ius patronatus quibus modis in perpetuum amittitur.*
- 16 *Iure patronatus priuatur, qui episcopum curavit occidi.*
- 17 *Ius patronatus non amittitur ex condemnatione criminis in alium, quam in proprium episcopum admissi.*
- 18 *Ius patronatus quibus modis acquiratur.*
- 19 *Iuris patronatus onera.*
- 20 *Patronus ecclesie tenetur congruum ei redditum assignare, aut supplere.*
Patronus dicitur defensor, advocatus, vicdominus, custos, gardiam habens ecclesie sue, eod.
- 21 *Patronus in casu inopia, & liberi eius alii debent ab ecclesia patronata.*
- 22 *Institutio presentati cur exigitur episcopi.*
Institutio debet fieri necessario idonei presentati, aliter recurritur ad superiorem, eod.
- 23 *Institutionis, significationis, & acceptionis, & cum collatione differentia.*
- 24 *Sede vacante capitulum beneficia vacantia non confert, presentatos tamen instituit.*
- 25 *Patronata & familiaria fuisse ethnicis sacerdotia.*

a hanc institutionem tradit & latissime explicat Rochus, in tract. de iure patro. Ioan. And. & Panor. partim in rub. de iur. patron.

Definitur interpretes a ius patronatus, ut sit ius honorificum, onerosum & utile, competens alicui in ecclesia, pro eo quod de diocesiensi consensu ecclesiam fundavit, construxit, & dotavit ipse, vel is a quo causam habuit, solus vel alio concurrente. Quae definitio latius explicabitur, ut naturam patronatam ecclesiae, & qualitates beneficii eius generis a euoluamus paucis. Dicitur ius patronatus, ius ec-

clesiasticum, quia spirituali, id est, sacro annectitur b: ut quae religiosi locis adherent, religiosi censentur c. Non tamen per se est ecclesiasticum: quod fit ut & laicis competat, qui alioquin a ministerio sacrorum arcantur. Et quia annexum huic aliquid spirituale, pro eo requiritur episcopi institutio, & officium in eorum exequendo iure d. nemo enim de manu laici potest ecclesiam, seu eius regimen accipere spirituale e, neque ab eo qui suis sumptibus ecclesiam edificauerit vel fundauerit f. Facit quoque illud spirituale annexum, ut ius patronatus vendi per se non possit: quia & periculum simoniae imminet g, & res sacra non recipitur a estimationem h: quae tamen aestimatio per aequalitatem pretij facit emptionem i. Ceterum cum vniuersitate bonorum vendita transire in emptorem dubium non est, veluti quodam accessorii iure k. Ut & eo modo obligari potest l. Et quia ius patronatus habet iuris naturam, erit indivisibile m: & ideo vni patrono pluribus succedentibus haeredibus apud omnes in solidum remanet ius patronatus, quamuis sint extranei n. Et transit non solum in masculos, sed etiam in feminas o. Et quamquam plures esse patroni possint in dote constituenta p, tamen diuidi ius nequit. Possunt tamen conuenire patroni, vel eorum haeredes, ut alteris vicibus presentent q, & ita hoc iure utantur, ne contrario concursu se mutuo impediant r. Conuenire etenim in presentando, debent plures haeredes vnus: nam vnus solum presentant, in stirpesque succedunt in hoc, non in capita, siue equaliter, siue pro minore parte succedant, nihil enim interest s. Quae & in iure patronatus libertorum recepta ferre sunt t, & in aliis iuribus v. Quod si plures essent patroni, a maioris partis consensu presentatus instituendus est x: quod si duo tantum sint patroni, & duos presentant, institutio alterutrius in electione & arbitrio est episcopi y, quamuis alij dissentiant. Ius hoc patronatus tertio loco honorem confert patrono, & honorificum dictum: praecedit enim honore in ecclesia patronata z. Sed alius honor & praecipuus, in presentando episcopo praeficiendo ecclesiae: non enim potest prouidere ecclesiae sine presentatione patroni episcopus a. Non tamen per presentationem plenum ius datur administrationis ecclesiae praefato, sine institutione episcopi: non enim patronus confert plenum ius b. Omnes namque basilicae pertinent ad g curam & sollicitudinem episcoporum c, nisi aliquo priuilegio eximantur d. Et institutio, & destitutio praefectorum ecclesiarum proprie pertinet ad episcopos e. Neque etiam patronus, quia hunc honorem presentandi habet, ideo administrandi res dotales, seu ecclesiae patronatae, potestatem habet f. Neque seipsum, sed alium presentare potest g: hinc cuti nec seipsum episcopus potest instituire, vel sibi suae collationis beneficium conferre h: ut nec tunc tibi author esse i. Quamuis non inficiat, si plures sint patroni, quin vnus ex illis ab aliis, tamen presentari possit, vel filius alterius k: sicuti ex decurionibus, qui seipso tutores dare non possunt, vnus ab aliis recte datur l. Porro presentatio instituendi fieri potest non solum per patronum, verum etiam & per procuratorem, eius

b c. quod autem, & c. illud praetereundum, c. ex consultatione, & c. consultum, c. re-latum, de iur. patro. ap. Greg. c. si plures, & c. monasterium, 16. q. 7. c. can. omnes basilicae, eo. c. obitum, 61. dist. cum similib. ibi notat. d. c. cum & plantare, de priuileg. e. c. cum ex inuoluto, de haer. c. 1. & 2. de capella monach. f. can. nouerunt, 10. q. 1. c. praeterea, de iur. patro. g. c. consultum, & cap. per nostras, eod. h. c. an. de institutione. i. l. de autho. tuto. in P. k. glo. in d. ca. consultum, de iur. patron. l. vbi absens, de tuto. & curat. dat. ab his, & c.

b. c. de iure patronatus, de iure patro. c. l. que religiosi, de rei vend. in P. d. c. praeterea, de iur. patro. c. illud, c. cum laici, c. nullus, eo. tit. can. de cimas, 10. q. 7. c. cum & plantare, de priuileg. e. c. lactofan- & c. necessaria, de elec. c. si quis dominus, c. no placuit, can. quoniam, 16. q. 7. f. ca. pie mentis, 16. q. 7. g. can. i. q. 1. h. c. querelam, de simon. l. sacra loca, in fi. de rer. diuis. in P. s. fi. de emp. cum similib. i. l. de cotra. hend. empt. in P. l. de rerum permut. in P. k. c. cum secularum, de iur. patro. c. nemine, 16. q. 7. hanc legem, de cotra. hend. empt. l. c. ex literis, de iur. patro. m. c. eod. n. c. de iur. patro. clem. fi. eo. tit. ap. Clem. o. glo. in cano. quoniam inue. stitutam, 16. q. 7. clem. fin. de concess. prab. p. glo. in can. in summa, 61. dist. q. d. clem. fi. de iur. patro. r. vt ap. Iulia, in l. quoties duobus, l. 41. de usufruct. & quemad. qui vta. li. 7. P. tit. 2. Papi. l. 2. s. fin. q. b. mod. v. ius. fru. amitt. eod. l. tit. 4. l. i. i. i. re, de seruit. rust. in P. s. clem. fin. de iur. patro. t. l. fi. eo. iu. P. v. l. si sepulchrum, de religio. & sumpt. fune. in P. l. via, de seruit. in P. x. vide Panor. in c. quoniam, de iur. patro. l. a. c. ecclesia, in 2. de elec. y. glo. in can. si plures, 16. q. 7. In nec. in c. 1. de iur. patro. Panor. in ca. eam te, eod. z. c. nobis, s. fi. de iur. patro. a. ca. monasterium, de c. de cernimus, 16. q. 7. c. ex institutione, de iur. patro. b. c. quod autem, & c. illud praetereundum, c. ex consultatione, & c. consultum, c. re-latum, de iur. patro. ap. Greg. c. si plures, & c. monasterium, 16. q. 7. c. can. omnes basilicae, eo. c. obitum, 61. dist. cum similib. ibi notat. d. c. cum & plantare, de priuileg. e. c. cum ex inuoluto, de haer. c. 1. & 2. de capella monach. f. can. nouerunt, 10. q. 1. c. praeterea, de iur. patro. g. c. consultum, & cap. per nostras, eod. h. c. an. de institutione. i. l. de autho. tuto. in P. k. glo. in d. ca. consultum, de iur. patron. l. vbi absens, de tuto. & curat. dat. ab his, & c.

nomine

a. l. si quis fidei, de procurat. in P. b. glo. in cano. non debet, 5. dist. iuxta l. si procurator, de procura. tor. in P. c. c. s. fi. de iure patro. in 6. d. c. quod autem, de iur. patro. e. c. cum autem aduocat, eo. f. ca. cum vos plerumque, de off. & pot. iud. ord. g. c. cum autem, de iur. patro. h. d. cum aduocatus, eod. i. c. fin. eod. k. c. de supp. negl. prael. c. 3. s. fi. & c. si vero, de iur. patro. e. cam te, eod. c. s. fi. eod. tit. in 6. l. ca. de iur. patro. m. c. 2. eod. n. d. c. 3. eod. o. c. 3. in princip. eod. in 6. p. c. quia clerici quidam, de iur. patro. c. tuarum, de priuileg. c. priuilegium, 1. q. 3. q. c. pen. de poe. ni. inci. in quibusdam. r. glo. in can. si quis, 10. q. 7.

nomine & mandato: nam & electio fieri potest mandato Domini a procuratore a, imò & per literas quis potest presentare b. In hac tamé potestate, & qualitas patronorum, & tempora distinguenda sunt: nam patroni, aut laici, aut clerici sunt: laicis quattuor menses dantur ad presentandum, clericis sex: quia laici ante institutionem possunt variare, id est, plures presentare alios post alios: clericis non possunt. Ideo ut maturius presentandum eligant, longius tempus conceditur c. Variatio tamen illa licita in laico, quando vnus ex presentatis non instituerit episcopus: nam post presentationem & institutionem reicitur presentatio d. Licita tamen si presentet laicus indignum, & repudietur ab episcopo: nam potest & tunc intra tempus illi concessum, alium presentare, & plures, inter quos tamen est potestas episcopo eligendi que velit, & vt dicimus, locus est gratificationi e. Nec ante tempus hoc concessum pleno iure episcopus spreto patrono laico conferre potest, sed tantum de oeconomio ecclesiae patronatae prouidet pro fructibus regendis f. Diuersum tamen in presentatione indigni, facta ab ecclesiastico: nam tunc episcopus spreto illa presentatione, pleno iure confert, cum ius presentandi ecclesiastico amiserit, indignum presentando: neque possit vnquam variare, facta presentatione semel, id est, alium non possit presentare g. Vt contra, si ille presentatus sit idoneus, non possit alium ei proponere episcopus h: dummodo presentatio fiat vacante beneficio. Nam ante vacationem presentatio inutilis, & adueniente ea, non obstante prima, recte alium vel primum presentat: nec dicitur ideo variare i. Quando autem ius presentandi amittit patronus, plena collationis potestas penes episcopum est, siue patronus sit ecclesiasticus, siue laicus. Amittunt autem potestatem presentandi, & ita ius patronatus, vel pro vna vice, vel in perpetuum. Pro vna vice, hoc est, ratione occurrentis presentis vacationis, si ecclesiasticus, vt dictum est, indignum presentet: vel si is, vel laicus non presentet intra tempora illis constituta, laicus intra 4. menses, ecclesiasticus intra sex: tunc enim deuoluitur potestas ad episcopum, autoritate concilij Lateranensis k. Dehinc & pro occurrenti necessitate deuoluitur ad illum ius, si quando plures sint patroni principales, qui sine graui scandalo in nominatione seu presentatione non possint conuenire l. Ordine seruato, vt primum quandoque controvefia, eorum agitur, episcopus interim ostium claudat ecclesiae patronatae, a motis sacris lipsanis seu reliquiis, donec conuenerint m. Dehinc vt a maiori parte electus, & maioribus praestans meritis admittatur: quod si id sine scandalo fieri non possit, ipse episcopus prouideat n. In perpetuum patronus hoc ius amittit, si doner illud aut cedat alteri, quod licet etiam sine licentia episcopi o: tamen plena collatio episcopi est, sed presentationem expectare debet intra tempora fieri ab eo, in quem ius translatum est. Nisi simoniace qui habet ius illud, in se translulerit: nam in pa nam dignus est qui priuatur iure patronatus p. Priuatur & is perpetuo hoc iure, qui per se vel per alium procurauerit episcopum, vel rectorem ecclesiae, cuius est patronus, occidi. vt nec is, nec haeredes eius v: que ad quarum gradum possit hoc iure vel honore potiri q. Per condemnationem tamen alterius criminis, hoc ius non eripitur, nec a filiis patroni: quia hoc ius habet solum auctoritate canonis, quo non priuatur, nisi a solo Papa r. Conce-

ditur namque hoc ius patronatus, potissimum laicis, singulari quodam beneficio & priuilegio, fauore ecclesiarum, vt ad constructionem & dotationem earundem inuitentur s. Proinde fauor ille ecclesiarum remanet delicto etiam interueniente. Acquiritur autem ius patronatus fundatione ecclesiae t, adificatione facta suis sumptibus u, dotatione, seu additione prouentuum x, ex contractu translatione facta cum vniuersitate y, successione z. Constaturque ex praecipuis modis acquiritur, onus etiam esse ius patronatus patronos potius, nepe quod ex bonis eius propriis natum sit, vt & inde aliud sequatur, videlicet sollicitudo patroni in his conferendis, quae clargitur ipse est, vel ij a quibus causam & ius habet: dare namque operam debet, ne bona ecclesiae patronatae pereant vel detrimentum patiantur, eamque ob causam monere praefectum postea episcopum, iisque negligentibus mereri incommodo, regem ipsum a. Quia si congrui non sint redditus ecclesiae patronatae, ipse cogitur per episcopum supplere quod sufficit pro alimentis praefecti presentati, & ad iura episcopalia soluenda b. Dicitur & patronus ideo defensor c ecclesiae, & aduocatus d: quia eius habet patrocinium, vicedominus, custos, gardiam habens e. Quocirca quoque nec ei delinquenti ius hoc adimendum, quod onerosum alioquin ei est, aliquando etiam utile, vt dum ad inopiam peruenit: nam eo casu ne sit ingrata ecclesia patronata, patronum & liberis eius alere tenetur f, habita ratione bonorum ecclesiae, & qualitatis personarum patronorum g. Animaduertendum autem est, in hoc iure patronatus constitutum, episcopi censuram, vt diximus in finitione, requiri, & tunc dicitur ius patronatus spiritualizatum, id est approbatum ab episcopo: quo nomine eximuntur ab hac tractatione oratoria, simpliciterque capella: quae beneficia non sunt propria. Cum nemo sine episcopi consensu possit edificare ecclesiam h. Quare alia ratione, propter auctoritatem ab episcopo interpositam, ipse episcopus habet in eo patronatus ius institutionis, id est facultatem intra ecclesiam, vel in ecclesia statuedi presentatum. Relatiuumque hic sit verbum institutionis, ad presentationem alterius: nam ea institutio libera non est collatio, sed si fiat presentatio admitti debet ab episcopo, alioquin si repudiet, patet via refugij: vt dicitur, in refutum ad archiepiscopum. Lata alioquin est institutio appellatio, qua interdu pro collatione accipitur, nempe pro concessione libera beneficii facta ab episcopo iure communi, vel ab alio ex priuilegio, cuius collationis, & prouisio species est i. Interdu institutio, pro confirmatione electi, quam facit episcopus k: & pro approbatione episcopalis collationis ab alio quam episcopo facta, dicta authorizabilis institutio l. Item aliquando pro translatione possessionis, quam dicitur installatione, & inductionem, in realem possessionem m. Proprie tamen permultum interest inter collatione quae est libera, institutione, quae necessaria, & presentatione n. Ideo collatio facta vacante loco episcopi a capitulo de beneficiis fieri nequit, institutio debet o. Quod & in vicario obtentum est p. Sed haec haecenus de beneficiis iuris patronatus dicta sint, quibus plura me posse addere non distitero: verum quia patronatus huius materia & quaestiones, proprio tractatu & celebri explicantur a Rocho, ad eum remittat lector, ne fuci instar labores aliorum supplemus. Hoc tantum adiciam, apud antiquos idolis seruientes, fuisse

s. c. s. c. e. c. h. no. dilectus, de iur. patro. c. nobis, eod. c. pie mentis, 16. q. 7. v. can. monasterium, eo. x. can. filius, & can. quicunq, 16. q. 7. y. c. cum secularum, & c. ex literis, de iur. patro. z. clem. 2. eod. c. filius, 16. q. 7. b. c. 1. de iur. patro. ap. Clem. c. 1. de preben. in 6. c. exspirando, s. q. vero, eod. tit. ap. Greg. c. can. frigen- tium, 16. q. 7. d. c. quia clerici, de iur. patro. e. ca. praeterea in 2. de iur. patro. f. c. nobis, s. fi. eo. ca. quicunq, 16. q. 7. g. can. vlt. io. q. 3. l. sed etiam quid, s. de v. iur. iud. in P. h. cano. nemo, de consecr. dist. 1. can. qui religiosi cum 3. seq. 18. q. 1. c. fin. s. fi. de ecclesia d. h. i. glo. in rubr. de institutione in 6. v. de aliis acceptionibus Ioan. In molan. in c. ex frequentibus, & c. si venissent, de iur. patro. k. c. cum olim, de maior. & obed. & tot. tit. de elec. l. v. in ca. cum satis, de offic. archid. m. de qua in c. ad huc, c. cum nostrum, eod. n. c. cum in illis, s. cum autem, de prob. in 6. o. c. e. b. m. olim, de maior. & obed. ap. Greg. c. 1. de instit. in 6. c. 2. ne te de vacan. ap. Grego. c. 1. eod. tit. in 6. p. c. ex frequentibus de institutione ap. Grego. c. h. de c. h. v. ca. in 6.

fuisse olim quoque in diuino cultu quaedam sacerdotia patronata, dicta gentilia, id est, generis seu familiae certae, quae reditus annuos sacrificiis suis praebat. De quibus meminit Cicero de Aruspicum responsis, & alij. Sic Michas vir in monte Ephraim idolum sibi fecit, & ei extruxit aedulam, fecit Ephod & Theraphim, id est, vestem sacerdotalem, constituitque ibi sacerdotem, & illi reditus, vt habetur in libro Iudicum Israëlis a.

De erectione seu constitutione beneficiorum. Cap. 5.

- 1 Beneficiorum origo. Beneficij fundatio & creatio quid, eod.
2 Beneficij restitutio quid.
3 Beneficia quot modis extinguantur, & restituantur, & 14. Beneficia quare extingui possunt.
4 Sacre res a sanctitate eximi possunt.
5 Beneficia intereunt vnione. De vnione beneficiorum, & quid vnio, eod.
6 Vnio beneficiorum tripliciter fit. Beneficij impetratio non excigit mutationem vnionis ecclesie.
7 Vnionis faciendae rationes.
8 In vnione faciendae vocandi i, quorum interest.
9 Beneficij extinguuntur, fundatione eius reprobata.
10 Beneficia occupata ab hostibus an intereant.
11 Ecclesia parietibus omnino subruis, an remaneat beneficium, & 13, & seq. vsque ad 22.
12 Altare portatile quid, & privilegium eius.
13 Euocatio sacrorum, quae prophanam reddat locum.
16 Vnio a quo fiat, & dissoluatur.
17 Ecclesia polluta non est iterum consecranda, sed reconcilianda. Ecclesia quibus polluatur, eod.
18 Ecclesia polluta quomodo, & quibus reconcilietur Deo.
19 Ecclesia consecranda ceremonia. Ecclesia semel consecrata, iterum consecrari non debet, eod.
20 Templum ethnicorum quomodo edificabantur, & sacris inaugurabantur.
21 Ecclesiae & beneficia vt restaurentur.
22 Beneficiorum transmutatio quae, & quatenus permissa.

Via in superioribus beneficiorum diuersa qualitas, generali quadam nota nos docuit ecclesiasticarum personarum diuersitate, series postulat, vt de erectione beneficiorum agamus, ex qua vel in qua facile status & qualitas beneficiorum, vt a matre originem accipit. Erectio itaque beneficiorum fit, noua fundatio, restitutione status antiqui beneficij, & immutatione. Noua fundatio, creatum beneficium dicitur a Clemente v. pont. summo b, & Innocen. 3. Fundatio illa noua fit, quando augmentatur numerus praebendarum, vel ecclesiae, vbi prius non erat, erigitur: vt si ab Ismaelit, seu Agarenis ciuitates & regna a Christianis recipiantur d. Restitutio fit erectio, cum extinctum beneficium restauratur: torque modis videtur fieri restitutio, quot contrariis extingui vel supprimi potest. Idcirco non alienum erit, de extinctione seu preemptione beneficiorum agere, priusquam de restitutione, quae preemptionem 3 refert, dicamus. Ergo beneficia extingui & suppri-

mi possunt, vt amplius non sint, vel non faciant nomen: primum, quando canonice, vel praebendae extinguuntur e fructuum inopia: sicuti & augmentantur pro fructuum abundantia f. Nec non remouentur, quod videtur habere questionem, num possint tolli beneficia, vel perimi, cum Deo semel dicatum, alios in vsus transferri non possit: siue ligna sint ecclesiae h, siue vestimenta i. Nam necessitas, & maior causa huic rei gratiam facit aliquando, & honestas ecclesiastica, & ratio quadam singularis pro negotiorum occurrentium modulo, vt res alioquin inalienabiles k, propter alimenta l, & ob redemptionem captiuorum alienari possunt m, et si debita vigeant ecclesiam n. Atque iure ciuili traditum est lege aliqua, rem sacram posse prophanam fieri o: in quo notat iuriscōsultos Cicero, dum ait p, Cum leges antiquae sacrorum veteret inueterum, adiuuenit subtilitas iuriscōsultorum, senes constituere ad coemptiones sacrorum, interimentorum causa faciendas. Sed & alio modo secundò intereunt beneficia vnione, quando duo vel plura beneficia in vnum in perpetuum coniunguntur, id enim est vnio q: illud enim quod alteri vnitur, extinguitur, neque amplius perse vacare dicitur r. Et tunc proprie vnio, omittis duabus vnionis speciebus s. Vnio quippe tripliciter fieri dicitur: primum, cum duabus ecclesiis vnus & idem praeficitur t: 2. quando vna ecclesia alteri vnitur, quo casu quae vnitur, amittit ius suum, & eo vnitur, qui fit vnio v, intacto remanente iure episcopi x: 3. fit vnio, cum simul vniantur ecclesiae, nec vna alteri subicitur: & tunc ex duabus quod melius est retinetur y. Et ad hos tres vnionis modos reliqui, quos adferunt Hostiensis & Godofredus, referri possunt. Et quae sunt incorporationes & annexiones, quae eius generis sunt: nam annexa ecclesiae cum illis eadem censentur quibus annectuntur, vt non valde intersit in impetratione beneficij, adicere annexas ecclesias, si modò principalis exprimat, & valor verus annexarum, vt tradit interpres antiquus regularum z cancellariae Innocentij Pap. 8. Vnionis causa rationem habet, vel propter nimiam vicinitatem ecclesiarum, cum vtraque facile per vnum regi possit: vel cum altera caret populo ob incurisiones hostium, vel morborum luem, vel aliam ob causam. Sicuti cettis de causis imperatores ex duabus dignitatibus vnam facere possunt, vel vnam alteri vnire a. Itē & propter alterius beneficij inopiam. Quare & in vnionibus verus valor vtriusque beneficij exprimi debet, & vocari oportet in loco, & vt dicunt in partibus, antē, quorum interest, alias non valet, vt deciditur regula cancellariae Pauli Pap. 3. de vnionibus. Tertio loco extinguitur beneficium, quando reprobatur eius fundatio vel erectio: veluti primo, si in prauidicium edificetur parochiae capella, & opus nouum fuerit nuntiatum, debet deici postea edificatum b. Item secundo casu, quo & subtrahitur ecclesiae episcopalis dignitas, si aliqui proprium pastorem occiderint c. Et 3. si deiciatur ecclesiae moles & edificium d. Quarto extingui videtur beneficia, quae ab hostibus fidei occupantur e: vel saltem suspensio cultu diuino prope interitum sunt, vt non possit aduersus ea currere praescriptio, tanquam viduata pastore f. Et iure ciuili religiosa, sacraue loca esse desinunt, ab hostibus occupata g. Accedit quoque ad interitum eccle-

e. cum accessissent, & c. ex parte, de constitut. f. c. de verb. sign. ap. Greg. g. capit. i. in verbo reconsecrati, de consecrati, ecclesiar. ecclesiam semel & can. de fabrica, de consecrati, dist. 1. h. in c. concedimus, de consecrati, dist. 1. i. c. quoniam, de priuilegiis in 6. d. Sozome. lib. 7. hystor. Tripart. c. 9. e. Nicephorus Callisti lib. 7. hystor. tit. 46. f. c. nos sancto rum, & c. iuratus, 15. q. 6. c. si quem penituerit, s. i. q. 3. c. quia diligentia, de elect. l. de sent. pass. c. l. i. ex quibus, can. m. io. in p. g. c. cum accessissent, de constitutio. h. l. cum loca, de religiof. & sumpt. fune. in p. c. pastoralis, 7. q. 1. i. de sepulch. lib. 7. de bel. iudaic. c. 11. k. Macrobius lib. 5. Satur. c. 7. l. Linius, lib. 5. Deca. 1. m. Vlpianus sacra loca, l. 9. de reu. diuic. in p. n. l. nihil tam naturale, de regul. iur. in p. c. i. eod. tit. ap. Greg. o. c. sicut vnire, de excess. prelato. p. c. pastoralis, de donatio. q. Gones, in regu. de trien. postico. q. 8. i. c. ecclesias Arrianor. & c. Arrianorū, & can. Agapitus, de consec. dist. 1. p. c. de religiof. & sumpt. fune. in p.

narum, cum parietes funditus subruunt, nec remanet altare consecratum. Si tamen pars aliqua conflagratione vel inundatione, vel alio modo intereat ecclesia, remanere beneficium dicitur: & in primo casu ecclesia reedificata debet denuo consecrari in altero nequaquam. In concilio tamen Triburienfi concessum est, vt sicuti a Normanis, Selanis, Vngaris, a malis Christianis aut alio quocumque malo ecclesia fuerit incensa & combusta, liceat in capellis interim cum tabula consecrata missas peragere b. Tabula consecrata hinc videtur supplere locum ecclesiae, vel stabili altaribus: sicut altare portatile c, quod vbi que locorum & maxime in bello circumferri potest. Ne defectu aedij consecratur, vbi opus est, qui carere cogatur pabulo caelesti, hocq; antiquitus permissum Christianis, & vt Sozomenus ait d, & Nicephorus Callisti h, haec tabula vicem tabernaculi praestitit, ad quam diaconi & sacerdotes ministrabant ministraria diuina, iuxta statas cregmonias ecclesiae. Verum tamen hinc duco annotandum, non ideo beneficium extingui omnino, quod omnino ecclesia fuerit diruta: nam distinctio beneficiorum non pendet ex edificio, sed ex sacramentorum administratione, & decimarum vel reddituum assignatione: & quia possit reedificari iterum ecclesia, vel alibi officium, vel onus beneficij impleri. Quibus praecognitis, facile erit iudicium, quomodo restituantur vel reuiuiscant beneficia singulis interemptionibus contrarias causas opponentes: quia restitutio, est prioris status reparatio f. Vt quia in primo capite diximus extingui suppressione beneficiorum, vel deficientibus fructibus, apparebit restitutionem fieri reuocatione suppressionis, & fructuum incremento g. Et in secundo, si approbentur edificationes ecclesiarum antē reprobatae, vel si operis noui nunciatio tollatur, si episcopalis vel alia ecclesia in pristinum restituatur locum dignitatis, si ecclesia deiecta reficiatur, & excitetur, & consecratur iterum, si ab hostili occupatione euincatur, veluti iure postliminij h. Nisi quando constat locum omnino profanum factum: vt prope quando Deus locum cōtemnit, & testimonio aliquo diuino deseruisse eum ostenditur. Sicuti refert Iosephus i, ante excidium Hierosolymitani templi, a sacerdotibus noctu sacrificantibus auditam fuisse vocem ex adytis dicentem, migrauerunt hinc. Erat & moris Romanorum in obsidionibus ciuitatum, priusquam irrumperet, euocare earum deos, vt vocabant tutelares, & ita loca a sacris liberare, vt refert Macrobius k, qui & euocandi ritum tradit. Sic apud Lium l, dictator Veios capturus euocauit Iunonem Veiorum conseruatricem, & pollicitur Romae templum. Quod paucis explicat Vlpianus m verbis. Qui sanctum, inquit, locum liberare a religione volunt, solent inde sacra euocare. Dehinc & quae vnione extincta sunt, per vnionis resolutionem restituntur: hoc enim naturale, eodem vinculo quo quid vinctum est dissolui n. Episcopus in sua dioecesi beneficia vnit, & distinguit: summus autem pontifex episcopatus o. Episcopus tamen non vnit ecclesias sine consensu sui capituli, & paroni, quae tamen non exigit summus pontifex p. Et quando vnio fit ad vitam alicuius tantum, eo mortuo beneficium reuiuiscit in propriamque redit naturam: quia vnio haec temporaria cum tempore extinguitur q. Sed si ecclesia polluta fuerit, reconcilianda quidem Deo orationibus est: non tamen ideo denuo consecranda, vt si ab haereticis profanata sit r. Nam, vt ait Optatus

Mileuitanus s, non potest esse ecclesia penes haereticos, sed scimus quod omnes ecclesiae haereticorum sunt prostibula, & meretrices: vnus sponsor, vna ecclesia. Sic polluta homicidio, vel sanguinis effusione, vel semine, vel adulterio, reconcilianda t. Item si in ea sepeliatur excommunicatus v: nam & tunc parietes subradendi x. Reconciliatio autem fit per aquam lustralem exorizatam, per solum episcopum, non autem per sacerdotem simplicem y: idque per aqua & vini mixturem & salis, cum aspersione, & missa z. Refert autem Abdias Babilonicus a cōtemporaneus apostolorum, D. Bartolomaeum in ecclesia purificanda, quae prius erat templum idoli Astaroth, cruce per latera infixisse, & benedixisse. Verum illa sanctificatio ad nouam potius consecrationem, quam ad purificationem sanctificatē antea, pertinet. Et ideo ritus varij sunt. Nam cum construenda est, episcopus debet vocari, ciuitati qui locum designat, cruceque ibi publice figat, inquirat de rebus sufficientibus ad alimenta praeficiendum b. Sunt & alia, quae ad consecrationem ecclesiarum, & altaribus pertinent, de quibus consulendus Ioan. à Selua c, & Durandus d. Vide & can. 1. de consecrati, dist. 1. lib. 3. Reg. c. 6. Neque ecclesia consecrata est iterum consecranda e: nisi, vt diximus, ex integro corruerit, funditus delecta fuerit f. Erat & apud ethnicos mos restaurandi, & edificandi, seu conseruandi templa per pontifices suos: vt obseruare possumus ex Lioio, dum ait g, Cornelium Barbarum pontificem maximum, coactū ex consensu populi verba praere in dedicatione aedis Concordiae in ara Vulcani, cum more maiorum negaret, nisi cōsulem, aut imperatorem posse templum dedicare. Item ex verbis epistolae Aureliani ad Ceionum Bassum, apud Flauium Vopiscum h. De Palmyrenorum bonis, inquit, habes gemmas regias: fac coonestari ex his omnibus templum: mihi & immortalibus, gratissimum feceris: ego ad senatum scribam, petens vt mittat pontificem, qui dedecet templum. Alius & referendus Corneli Taciti locus i, in quo & caeremonie dedicationis praefata gentilitatis referuntur, his verbis: Undecimo calendis Iulias, serena luce, spatium omne quod templo dicebatur, euinctum vitis, coronisque ingressi milites, quibus facta omnia felicitibus ramis: dehinc virgines Vestales cum pueris puellisque patrimis matrimisque, aquis, & fontibus, amittuntque hausta, perluere. Tum Heluidius Priscus praetor, praecunte Plauto Heluatio pontifice, lustrata boue taurisque area, & super cespitem redditis exitis, Iouem, Iunonem, Mineramque, praesidesque imperij precatus, uti coepa prosperarent, sedesque suas pietate hominum inchoatas diuina ope auollerent, vitas, quibus ligatus lapis innixique fures erant, contigit. Simul ceteri magistratus, & sacerdotes, & senatus, eques, & magna pars populi, studio letitiaque commixti, saxum ingens traxere: passimq; iniecta fundamentis argenti aurique stipes, & metallorum primis nullis formacibus victa, sed vt gignitur. Praedixore Aruspices, ne temeraretur opus saxo, auroue in aliud destinato. Alitudo edibus adiecta. Haec Tacitus. De sacro Capitolij templo restituito a Vespasiano tradit, cura L. Vestini equitis quem monuerit contracti haruspices, vt reliquiae prioris delubri in paludes aucherentur, templum iisdem vestigijs sisteretur. Postmodò restauratur ecclesiae & beneficia, quando mutatio fit forma beneficij: veluti si ex capella fiat parochia, ex parochia

s. Opta. Mileuita. lib. 1. in principia, con. Donati. r. c. significati, de adulter. c. propoluiti, & c. si. de consecrati, eccles. Leni. ca. 1. c. 15. ca. l. motum de consecrati, dist. 1. v. c. consuluit, de consec. eccles. x. ca. ecclesia, in 1. c. 2. de consecrati, dist. 1. y. ca. aqua per episcopum, de consecrati, eccles. z. cano. de fabrica, de consecrati, dist. 1. a. Abdias Babilon. in hystor. Apostol. b. can. nemo, de consecrati, dist. 1. c. 1. c. 1. de censib. c. Ioan. de Sel. in 1. par. tract. de benef. q. 5. nu. 65. & seq. d. l. i. Rationales diuino offi. c. de eccl. de. di. e. cano. eccles. dist. 1. de consecrati, dist. 1. c. 1. c. 6. de sacra. non iter. c. 1. de a. po. h. f. d. can. de eccles. i. Leuit. 14. in fine, arg. l. donum, de contrah. emp. in f. ca. def. b. r. de conf. dist. 1. g. Luit. lib. 9. dec. 1. h. Vopis in Au. rel. vita. i. Corn. Tacit. lib. 20.

a Indi. c. 17. & 28. b clem. fin. de rescrip. c. in dilecto, filio, de prob. d vt in ca. 1. de verbo. signifi. in 6.

a vt in extra- uag. saluator, de p'rab. b vt in can. si episcopus, 12. q. 1. c. can. que se- mel, 19. q. 3.

episcopatus. & ex episcopatu archiepiscopatus: si ex capella simplici fiat collegiata, ex collegiata canonialis b, ex regulari secularis, vel contra ex dispensatione: iure enim communi inhibita est hac commutatio c.

De collatione beneficiorum. Cap. 6.

- 1 Continuatio c. & num prius de collatione, quam va- catione beneficiorum dicendum. 2 In collatione beneficiorum qua consideranda. 3 In tutoris datione que consideranda. 4 Beneficia tantum idoneis sunt conferenda, & qui illi. 5 Beneficia laicis non conferuntur ecclesiastica. 6 Fœmina capaces aliquorum beneficiorum. Fœmina non accipiunt primam tonsuram clerica- lem, eod. 7 Beneficium cum simplici tonsura quale. 8 Curam habens animorum beneficium, exigit sacer- dotem: studiorum tamen causa per quinquennium differtur promotio. 9 Mores beneficiandorum quales esse debeant. 10 Scientia beneficiatorum que requiratur. 11 Etas que legitima in sacerdotiis obtinendis. 12 Episcoporum & prelatorum etas. 13 Episcopus qui indigno beneficium confert quomodo puniendus. 14 Rege re alios non debet, qui se nequit gubernare. 15 Abbatis que debet esse etas. 16 Etas prelatorum in Gallia que esse debet. 17 Etas beneficiandorum dispensatur a sum. pont. ex causa. Etas gratia non fit, nisi duorum annorum, eod. 18 Episcopi iuuenes non contemnendi. Iuuenem prudentia aliquando senum vincit peri- tiam, eod. Sed raro contingentia non sequenda, eod. 19 Canonici etas que requiratur. 20 Etas beneficiandorum in non curatis beneficiis que requiratur ex antiquo & nouo iure. 21 Beneficiandi mores, eod. 22 Qualificatus beneficiarius quis. 23 Præbenda sacerdotalis tantum presbyteris etatis le- gitima, non ante tempus presbyteris factis conce- denda. Curio debet fieri presbyter intra annum, & quomo- do hoc intelligendum, eod. 24 Beneficio priuatur, qui non est clericus. 25 Beneficium habens uxorem per verba de presenti ducens, eo priuatur. 26 Beneficia regularia regularibus, secularia seculari- bus conferenda. 27 Beneficia regularia regularibus ordinis tantum eius beneficij conferenda. 28 Monachis mendicantibus nulla beneficia ecclesia- stica concedi possunt. 29 Monachis quibus, & que beneficia liceat habere. 30 Monachi eligi possunt in episcopos. 31 Episcopus a quibus debet esse immunus. 32 Beneficium conferri non potest ex illegitima coniu- ctione nato. 33 Beneficium paternum filius legitimus, & naturalis immediatè a patre capere non potest, mediatè potest. 34 Spuri filij non admittuntur in beneficio paterno nec nati ex illis, etiam legitimi & dispensati ad beneficia.

- 35 Spurius quis dispensat beneficia. Dispensatio illegitima a quo fieri debet, eod. 36 Dispensatio natalium ad sacros ordines non porrigi- tur ad beneficia. Dispensationes ad beneficia a casu in casum similem, vel maiorem non producuntur, eod. 37 Dispensatio per simplicem signaturam ad pluralita- tem beneficiorum. Per, fiat ut potitur, quot contineat beneficia, eod. 38 Beneficium conferri debet ei, qui idioma loci intelli- gat. 39 Linguarum & idiomatis intelligentia quid inuet homines, & quid noceat ignorantia. 40 Patronus debet presentare episcopo clericum diœce- seos, qui intelligat idioma, & intelligatur. 41 Alienigena in Gallia beneficia ecclesiastica non potest possidere. Albinus in Gallia quid, eod. Naturalitatis, seu affiliationis in regno litera, eo. 42 Alienigena in Britannia, Hungaria, Bononia, Ve- rona sacerdotia habere non possunt. 43 Beneficiandorum in Gallia qualitates. 44 Beneficia que vocantur certis mensibus, quando gra- duatis, aut nominatis, vel aliis debeantur. Graduatum studij tempus prescriptum, eod. Insinuatio literarum studij graduum quo tempore fie- ri debet, eod. 45 Beneficia villa murato conferri debent graduatis. 46 In nominationibus Academia, nominatus debet exprimere beneficium quod possidet, & valo- rem. 47 Litera expectantia ad beneficia debent exprimere possessa beneficia per impetram, & qualitatem eorum. 48 Nominationes, que ab Academia dantur ad bene- ficia, referuntur ad qualitatem persone secularem vel regularem. 49 Nominationum ad beneficia preferunt antiquior, qui eo anno debet que oportet insinuauerit. 50 Gratificationi inter graduatos quando locus sit. 51 & 52. Beneficia conferri quibus non possunt. 52 Bannito non conferuntur beneficium, & tamen ante re- legationem possessio beneficij non priuatur.



Ognita origine, distinctione, & ere- ctione seu restitutione, & suppressio- ne beneficiorum, antequam peruene- re possimus ad personas sacerdotum medium quoddam agnosci debet collationis & possessionis beneficiorum: cui proximè vacatio- nis speculatio innectitur. Sed prius ne de colla- tione, quam de vacatione dicendum sit, dubium quoddam moueri possit: vix enim est alterum si- ne altero cognosci, vt alterum sine altero nō pos- sit esse. Nisi erectione facta vacationem existime- mus, quæ tamen vacatio verè non est, nec vacare dicatur quod prius possessum non est: priuatio enim præsupponit habitum d. Er collatio per cō- sequens prior post electionem, quamuis post pri- mam collationem non dicantur posse conferri, priusquam vacent e. Ergo de collatione prius dica- mus, in qua quatuor perpendenda capita: genus beneficij, de quo supra diximus in diuisione eorum. Nam forma mandati habet causam determi- natam, quam sequi oportet in conferendis bene- ficiis, vt expressio vnus generis beneficij ad aliud non porrigatur f. Qualitas secundò inspicienda personarum, quibus conferuntur, vt materia: ter- tiò, qualitas eorum qui conferunt: & quartò, mo- dus conferendi, vt forma. Sic Hermogenianus § in 3 tutoris

d c. ad dissol- uendū, de de- spō. impub. l. decem, de ver- bo, oblig. l. Iu- lianus, de di- uort. e. c. 2. de con- cess. p'rab. f. c. cum in il- lis, c. 16. §. 1. & 2. c. cui, de no- min. sacerd. c. 27. & cano. ei- cui, c. 29. & c. fin. de p'rab. in 6. g. Hermog. in l. naturali, l. 7. §. si quærat, de cons. t. ut.

a ca. grave, c. 20. de p'ra b. e. cautam que, de electio. ap. Greg. l. vt gra- datus, de inu- ne. & hono. in p. c. relati, c. 3. de cōcess. p'ben- fia. Decr. ut. §. ca. de in- iuriis. b ca. 4. de ara. & quali. c. cum in cūctis §. in- teriora, de ele- ct. o. e. dudum, in l. co. in. e. c. de infir- mitate, c. cum a- deo, de retri. d. e. indemi- nitibus, de elec- tio. in 6. e in ca. vora- nus, c. 8. de cō- uen. lib. 3. De- cret. lib. 3. fca. ex licetis, de trans. g. e. p'p'etea, de ara. & qua- lit. lib. 1. Decr. tit. 14. h in reg. can- cell. Pauli. Pa. 3. de non pro- mouen. ad sa- cros ordi. i can. l. & 270. diff. k Interp. in c. §. eo tempore, de retri. in 6. l. elem. dudū, de sepult. can. ad iurimus, §. 1. 26. q. 1. Panor. in c. omnis, de p'ben. m. c. cum in il- lis, de p'ben. in 6. n. ceam te, de ara. & quali. c. nihil est, de eccl. tio. o c. si eo tem- pore, cap. 9. de rescrip. in 6. p. c. cum in cū- ctis, c. 7. §. in- feriora etiā, de eccl. ap. Greg. elem. genera- lem, de grat. & quali. c. licet cano. ca. 4. de eccl. in 6. q. can. si trigin- ta, & cano. si presbyter, 78. diffin. r ca. p'p'etea, de ara. & qua- lit. cano. sicut, 21 qu. 2. c. 1. de ara. & quali. s d. ca. cum in cūctis, de ele- ctio. t glo. in c. cum diec. in ver. gatis, de elec. v ca. nihil est, c. 44. de eccl. ap. Grego. d. c. cum in cūctis, §. 1. x. c. indecorū, de gra. & qua- lit. y l. ad Timo- thea. z d. ca. cum in cūctis, §. in- feriora, de elec.

tutoris datione considerat, an is tutorem acceperit, cui fuerit dandus, an is dederit qui dare potuit: siue datus, cuius dandi facultas erat, & num pro tribunali decretum interpositum sit. Summa autem prioris capitis hæc: beneficia non esse confe- renda nisi idoneis a. Capacitas prouidentorum consistit in ordine, legitimis moribus, scientia, & etate, & qualitate b: quæ in ordinibus ritè exhibendis requiruntur, iam supra exequuti sumus. Desideramus autem in personis, quæ beneficium acceptura sunt, ordinem ecclesiasticum præcedere, vt coopati sint in numerum eorum, qui in sorte domini se transferunt: laicis enim conferri beneficia nequeunt c. Demptis his beneficiis, quæ mulieribus conferri possunt Vestalibus: quæ, quia clericatus beneficio gaudere nequeunt, sine clericali eligi possunt ad prioratum administrationem d. Neque enim aliquam mulierem licere ton- sutare statuit Alexander 3. summ. pontifex e. Verum tamen in masculis obseruandum est, interdum sufficere clericatus ordinem in beneficio obtinendo f, quod ideo dicitur beneficium cum sim- plici tonsura. Aliquando & maiores ordines requiruntur aliis beneficiis præficiendo, vt putà sub- diaconatus: & alij minores etiam ex dispensatio- ne, si de ecclesia agatur, quæ curam animarum habet annexam g. Atque tunc oportet intra breue tempus ad presbyteratum promoueri præfectum, vt supra diximus in diuersitate nomenclaturæ beneficiorum, in tertia diuisione, nisi dispensatio fiat causa studiorum per septenniū, vel quinquen- nium: quo casu sufficit intra annum ad subdiacon- natum promoueri h. Mores præficiendorum bene- ficiis eodem modo perpendendi, quo tradidimus in ordinatione faciendâ: nam olim ordina- tioni, beneficiorum datio in titulum coniuncta erat i. Atque probum argumentum est, vt qui non possit ordinari, incapax sit beneficij k. Scientia, seu eruditio in beneficiandis paulò maior, quam in ordinandis requiritur, in parochialibus potis- simum ecclesiis: quia onus prædicandi quoque cis incumbit, & notio & iudicium peccatorum in foro penitentiali l. Nec tanta sufficientia in sacer- dotalibus præbendis, quanta in curionibus m exi- gitur. Etas legitima ad eam n, tempore collatio- nis o instituitur debet: atque ideo in decanatu, ar- chidiaconatu, & beneficio curam animarum habente annexam, exigitur, vt prouisus 25. annum attigerit, & scientia & moribus commendatus existat, ex concilio Lateranensi p: quamuis olim trigessimus annus exigeretur in presbyterandis q, quales debent esse ad regimen parochialium ec- clesiarum vocati r. Et trigessimus quoque hodie ex eodem concilio exigitur in prælatis s, nec dispen- sari posse per episcopum minori 25. annis contra concilium Lateranense, vel in episcopo minori 30. ann. placuit t. Episcopus porrò, qui hominem insufficientem scientia, vel inhonestam vitam, vel atatis illegitimam prouidendo approbauerit, suspen- ditur à perceptione proprii beneficij, donec veniam mereatur: nec indigni successor potest consti- tui. Et certè indecorum est, eos ad regimen aliorum promoueri, qui seipfos non norunt gubernare x: vnde exigit D. Paulus y in eligendo episcopo, vt sit sua domui bene præpositus. In ab- batia, quia in aliis quam episcopatu sufficiens 25. anni z, puro & totidem sufficere conferenda: nisi ius prælaturæ & trigessimus exigit, quòdque me- dius est. In Gallia sufficiunt 27. anni ad prælaturam obtinendam, & eius etatis virum potest nomina-

re rex summo pontifici, dummodo alia qualitates desiderata ad sint, ex conuentionibus Gallicis a. At ad monasteria, & prioratus conuenticuales, & electiua alia regularia beneficia, ad quæ rex Gal- liarum nominat, sufficiunt anni 23, dummodo no- minatus aliter idoneus sit b. Verum arbitror ex 17 causa posse per summ. pontif. dispensari etati, si prudentia & rerum scientia eam suppleat c. Sicuti veniam etatis solet princeps iuuenibus probis mo- ribus instructis concedere, dummodo impleue- rint 20. annum, & mulieres 18. d Regula autem cancellaria Pauli Pap. 3. super etatis defectu gra- tiam posse fieri tantum duorum annorum tradit, habita prius iuformatione idoneitatis. Erat inue- 18 nis Timotheus episcopus à D. Paulo præfectus: vt ex verbis epistolæ ad eum missæ constat e, μηδεις σε πης νεβηλιος καταρονειτω, ἀλλὰ τύπος γίνε πών πιστών εν λόγῳ, id est, nemo iuueniorem tuam contemnat, sed esto forma vel exemplum fidelium in sermone & c. Cuius exemplo D. Ignatius f Damam episcopum Magnesium iuuenem, honorandum esse docet Salomonis & Iosue quoque exemplo. Quia non longi, inquit, temporis spatium, sed spiritus sanctus scientes & sapientes reddidit. Possunt esse quamuis rarò cani iuuenis sensus, vt Danielis prudentia se- num malitiam aliquando vicit, & sæpe vasa inno- centia, & pura iuuenum Deus inhabitare non de- dignatur, & erudire præter vulgarem hominum ordinem: neque enim perperuò ipsi homines sua loquuntur, sed Deus est, qui in illis loquitur. Verum tamen non sunt temerè exempla eorum, quæ rarò accidunt, sequenda: cum periculum anima- rum ex episcoporum præfectura non leue sit, sed perniciosissimum. Et vix iuuenis, qui non exper- tus est etate rerum varios casus, potest hanc pasto- ralem curam probè, quantumvis literarum peri- tus, exequi. In senibus est prudentia, & iam in iis quantum illorum valeant artus in pugna hac spi- rituali, licet annotare: in iuuenibus promptus qui- dem ad dignitatis ambitionem animus & ad bi- bédum calicem inexpertæ vires & dubia, & neo- phitorum ordinationi succrebit superbia. In non curatis beneficiis & minoribus, & intra pupilla- rem etatem, quem posse canonicū esse etiam ec- clesie cathedralis non ambigitur s: dum pueri non sint: quamuis curata non possint consequi h. Et hæc est sententia glossarum i. Quibus repugna- 19 bant alij, vnde sequi oportet nunc regulam can- cellaria: 17. quæ statuit prouisiones, seu concessio- nes, vel mandata de prouidendo de cathedralium ecclesiarum canonicatibus, seu præbendis, non va- lere, nisi prouisus 14. suæ etatis annum compleue- rit: & si fiant de canonicatibus, & præbendis eccle- siarum collegiatarum, decimum, nisi expressè in prouisione per summ. pontif. etatis fiat dispensa- tio. Notatque ibi glo. antiqua, ordinarium non posse in his dispensare, aut minoribus illa benefi- cia conferre. Ceterum alia beneficia minorâ pos- se conferre maioribus septennio, vt si portio sit 20 se conferre maioribus septennio, vt si portio sit quæ non sit canonialis collata, arg. l. de pretio, De publicum rem actio. In concilio tamen i ridetino k statutum, ne etiam in minoribus ordinibus con- stitutus, possit ante 14. annum beneficium obtine- re. Ultra etatem legitimam iura exigunt in eo, 21 qui præficiendus aliis est, summopere bonos mo- res, quibus & exemplo cum doctrina possit aliis præluere, eosque interdum præferunt iustis na- talibus l. Dehinc qui adipisci vult beneficium, 22 debet eius conditionis esse, quæ præscripta est na- turæ beneficij, vocant ideo qualificatum qualita-

a s. i. de regi ad prelati. no minat. in con- cord. b s. monaste- rii, de reg. ad prelat. nom. in concord. c c. fin. de de- spon. impub. d l. 2. de his qui veni. atar. impetr. libr. 2. C. tit. 45. e ad Timo. 4. f D. Ignatius, epist. 6. g ca. ex eo, c. 32. de electio. in 6. h vide c. super inordinata, c. 35. iuncta glo. in verb. pueri, de p'rab. ap. Grego. i in dist. cc. ex eo, & super inordinata. k Sess. 7. tit. de reforma. ca. 5.

currant doctores cum doctoribus, & licentiati cum licentiatis, bacchalaurei cum bacchalaureis eiusdem facultatis, ordinis, & anni, electio erit libera collatori: quod si diuersa essent facultatis gradibus paribus, theologus canonista, canonista ciuillista, ciuillista medicus, medicus artium graduatopraefertur. Subinde dicimus beneficia potissimum curata, non posse conferri furiosis, coniuugatis, vel desponsatis per verba de praesenti, quia & eo ipso facto possessa amittunt: nec promotis per saltum, vel extra tempora ordinatis, vel vno tempore sacros plures accipientibus ordines, bigamis, schismaticis, simoniaci, reo criminis laesa maiestatis, sortilego, sacrilego, relegateo seu bannito: quia non potest deseruire, & ita iudicatur in senatu Tholosano anno 1539. in vigilia natiuitatis Domini, licet beneficio, quod ante condemnationem haberet, quis non priuaretur. Minus conferri possunt falsario literarum Pappae, excommunicato, suspenso ab officio & beneficio, apostata, sodomitae, qui peior homicida, publico concubinario monito nec emendato: homicida, quia non potest promoueri ad clericatum, proinde nec militi, qui bellum frequentauerit: morbo mentali detento, periurio, si de periurio fuerit per sententiam damnatus, vsurario publico & manifesto.

De qualitate conferentium beneficia. Cap. 7.

- Beneficia conferunt tantum clerici, non laici.
- Beneficia conferre ex priuilegio quomodo laici possunt, & qui. *Priuilegium summi electio in potestate regis Galliae olim eod. Ad beneficia nominat rex Galliae eod.*
- Summum pontificatum & cardinalatum qui conferant.
- Praelatos qui eligant.
- Beneficiorum collatio iure ordinario pertinet ad episcopum diocesanos.
- Capitulum sede vacante non confert beneficia collationis episcopalis, praesentatos tamen instituit: communis etiam collationis cum episcopo confert beneficia, & permutationes admittit. *Collatio beneficiorum inter fructus episcopales eodem.*
- Episcopus ante confirmationem non confert beneficia episcopatus.
- Archiepiscoporum, & Patriarcharum in beneficia potestas.
- Summ. pontifex qua beneficia iure proprio confert.
- In beneficiorum collatione concurrunt summ. pontifex cum ordinariis, & qui potior tempore, potior iure.
- Legatus a latere summ. pontif. in beneficiorum collatione concurrunt cum ordinariis, non alij legati missi, aut nati. *Legati apostolici priuilegia remissu eod.*
- Beneficiorum tituli iuris positivi, & in arbitrio summ. pontificis sunt.
- Graduatus insinuans quando praenuntiat summ. pontif. in collatione beneficiorum. *Patroni praesentatio praenuntiat collationem Pappae eodem.*

- In praenuntiationibus ordinariis, & summi pontificis obseruanda.
- Beneficia conferri & vicarius loco episcopi.
- Vicarius episcopi quando confert beneficia praesente episcopo.
- Collatio beneficiorum ad alios quam ordinarios pertinet, consuetudine, priuilegio, praescriptione. *Collationis beneficij capituli cum episcopo vna, vel diuisi modi eod.*
- Collatio beneficiorum ad laicos, & mulieres interdum pertinet.
- Collationum ius & fructus beneficiorum quomodo ad regem Galliarum pertineat.
- Parochiales ecclesiae non veniunt in ius regalia principum.
- Imperatoris & regis Apulia ius in beneficia. *Hungaria ius in beneficia eod.*
- Aragonia regis ius in beneficia ob Mauros depulsos.
- Regalium in beneficiis causa quadam.
- Decimas laici quomodo possidere possunt.
- Regum auctoritas in sacra.
- Reges ethnici aliquando sacra tractant, & fecerunt.

Non conferendis beneficiis prior regula collatorum constituenda est, clericos esse debere qui conferant: ideo hanc omnino iure communi potestatem fuisse a laicis personis secretam, quia ecclesiastica non possunt tractare, vt saepe diximus. Verum tamen ex priuilegio quaedam potestas illis in beneficia conceditur, quae non vsurpatur ex propria auctoritate: vt in electione summi pontif. olim Galliarum imperatori permittitur, postea eiaratum. Habet & ex priuilegio rex Galliarum ad praeraturas nominationem. Item & in aliis, si sibi ius illud in fundatione retinuerit, & summ. pontifex approbauerit. Quandoque & aliis laicis ex priuilegio collatio permittitur beneficiorum. Itaque iure communi hodie summ. pontif. ficatus conceditur per collegium cardinalium, cardinalatus a sum. pontifice: quamuis ex concilio Basiliensi aliis cardinalibus referretur electio. Ad praeraturas ecclesiarum, in quibus est capitulum, iure ordinario eligit capitulum, seu congregatio, vel collegium, & singuli ex illis vocem habent electionis, vt in capitulo, si sint in subdiaconatus ordine: non aliter: confirmatio electionem sequitur, sed de his postea. In aliis beneficiis, collatio iure ordinario pertinet ad episcopum eius dioceseos sub qua sunt: quia omnes basilicae eius curae in sua diocesi commissae: Haecque etiam in parte sollicitudinis dati coadiutores episcopi summo pontifici, vt partitis oneribus mandata caelestia facilius executione demendantur: vocati namque in partem sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Proinde de sede vacante, capitulum non potest beneficia conferre, quamuis praesentatos institueret post se: quod collatio proprie ad ius episcopale pertinet, & inter fructus episcopales successoribus episcopis referuanda sit. Nisi interim summus pontifex contulerit, vel nisi ad episcopum & capitulum collatio communiter pertineat: nam vacante sede, tunc solum capitulum confert, non aliter: sed tantum vacanti beneficio aequonum potest constituit, sicut & ex causa permutationis beneficia concedere, si credamus Panormitano. Itaque constat episcopum, qui suo iure

et 101.6. dist. 7. factio sancta de elect. canon. si q. deinceps. 16. q. 7. c. Marfana, c. quilibet, de quilibet, de electione, 10. dist. f. ca. quamuis sit graue, de decimis, cum similib. g. cano. Adria. in cap. in synodo, 63. dist. cano. Vota, 2. c. quia sancta, eod. h. can. tibi, 61. dist. in can. ego Ludouicus, ca. constitutio, eod. dist. i. de regia ad praeratu. nomi. in c. concord. Rufus, in tract. de iure regali. c. can. Eleutherius, 18. q. 2. c. quidam, de c. sib. & ibi Pan. c. dilectus, in 3. c. 34. de prob. 1. vt in d. c. dilectus. m. c. licet, de elect. ap. Greg. c. vbi, eod. tit. in 6. n. elem. de Romani de elect. o. s. fin. de numero & qualitate. cardinal. in prag. sanct. p. c. i. & ca. cum terra, c. nepro de elect. de elect. 5. c. tit. in prag. sanct. cano. congre. gatio, 16. q. 2. c. abbas, ca. abbatem, 18. q. 2. c. nobis, de iur. patro. q. elem. 2. de g. r. c. eam, de refcrip. ca. c. g. querente, de offic. ord. cap. cum venisset, de instit. c. 1. de capel. mona. ca. cum ex in iuncto, de hereti. s. can. nullus, & can. omnes basilicae, 16. q. 1. c. omnes basilicae, de consec. dist. c. 2. de instit. r. ca. mandata, de praesumpt. v. c. ad honore, & vfu pallij, ap. Greg. x. c. 2. ne sed. vac. ap. Grego. c. 1. eod. tit. in 6. can. presbyteri, 24. dist. in. ca. 1. de instit. y. gl. in c. cum olim, de maio. & obed. z. d. ca. vni. ne sed. vac. in 6. a. c. cum vos, de offi. ordin. b. Panor. in c. cum olim, de maio. & obed. in sex. dubitatione.

iure confert, esse ordinarium collatorem beneficiorum, si modò is episcopus confirmatus sit: nam electus solum ante confirmationem conferre non potest beneficia, etsi alia ei quaedam, vt in episcopo diximus, permittantur episcopalia. Ceterum dum de episcoporum potestate circa beneficia agitur, non valde difficile est obseruare haec eadem locum habere in archiepiscopis & patriarchis, & summo pontifice: singuli enim habere dicuntur episcopatum, in quo tamen alij aliis maiorem dignitatem & potestatem in quibusdam negotiis sunt, vt apparebit ex serie dicendorum. Summusque pontifex etiam confert beneficia iure proprio solus, vt deuoluta, item si ei subiecta tantum sint: vel transferendi sunt episcopi. Concurrunt autem cum episcopi cuiusque potestate summus pontifex in conferendo, ideo iuri praerogationis est locus inter priuilegiis de vno & eodem beneficio a summo pontif. & ab ordinario, vt potior tempore, sit potior iure. Est enim pastor generalis vniuersi gregis catholici & Christiani summus pontifex, alij in partem tantum sollicitudinis vocati, vt dictum est. Quare & legatus a latere summus pontifex, qui cardinalis est, potest quoque in prouincia sibi commissa per concurrunt conferre beneficia. Quod aliis tamen legatis missis, vel natis ratione adeptae ecclesiae non licet: nisi specialiter concedatur. Quam quaestione latius videbis explicatam apud Ioannem de Selua, per sexaginta duo contraria, vbi fuisse de potestate legati apostolici, & eius priuilegiis. Summus pontifex in causis beneficialibus habet plenissimam potestatem, episcopi semiplenam, secundum interpretes, & Pappa concessit collationem beneficiorum episcopis. Estque per concessione reuocandi ea potestas, vt & legem ex arbitrio reuocat. Quia & tituli beneficiorum sunt de iure positio. Ita iure ordinarios priori concessione praenuntiat, & mandatis. Non secus quam cum plures eiusdem negotij possunt esse iudices, alius alium praenuntiat & alij praerferri potest. Sicut & Pappa etiam potest praenuntiat per ordinarium in collatione. Et in Gallia quoque, quando ante mandatum summi pontificis de prouidendo graduatus conditionis requisita interpellauit episcopum vel capitulum vel alium collatorem, sibi conferri beneficium: tunc Pappa, vt praenuntiat, non potest praenuntiat eum in eo. Idipsum quoque verum est, si ante collationem Pappa praenuntiat patronum, quamquam praesentatus post prouisionem alterius a Pappa factam institutus fuerit. Ceterum in praenuntiationibus summi pontificis, & praerogatione impetrantium, obseruandum est, vt impetrantes sint qualitatis requisita in beneficiis collatis, vel sint dispensati legitime ab eo, qui potestatem habet. Item nulla collatio pontificis summi non praenuntiat ordinarium, vt si contra priuilegia & conuentiones Galliae, & summi pontificis fiat. Nec praestat impedimentum, quod de iure non fortitur effectum. Et quod nullum est, effectum non producit. Sicuti etiam si praenuntiat summus pontifex conferendo contra regulam cancellariae, de verisimili notitia, vel si ex dolo impetrantis praerogatio fiat: puta, quia vt praenuntiat & deciperet ordinarium, celauit mortuum vltimum possessorem, donec impetrauerit. Vel quando fieret fraus regulae cancellariae de publicandis resignationibus. Nec confert iure praenuntiationis summus pontifex quae iure regali ad re-

gem pertinent. Loco episcopi vicarius eius potest test confere beneficia, si episcopus illi specialiter concedat & mandet, non aliter. Nec tamen ideo minus potestas penes ipsum episcopum remanet conferendi, etiam si sit & penes vicarium illius: quare & poterit is conferre. Derogatur namque ipsa episcopus conferendo mandato, & generi per speciem derogatur. Atque Vicarij officio suo non funguntur, nisi absente episcopo, vel cum is non potest, vel non vult officium praesens exercere. Praeter ordinarium episcopum seu eius vicarium, conferunt & alij, vel ratione consuetudinis probate, vel in vim priuilegij vel praescriptionis. Quocirca consuetudine vel statuto seu vfu, praebendarum collatio ad alios pertinere potest quam ad episcopos. Et aliquando capitulum beneficia confert capitulariter, & vt dicunt, in communi: interdum singulares eius capituli canonici, vel iure capituli, vel iure proprio canonice, vel ratione dignitatis, vel personatus, vel officij, vel de consuetudine, vel statuto ecclesiae, vel ratione praebendarum. Ea ratione interdum episcopus confert vna & coniunctim cum capitulo, interdum de consilio & assensu capituli: vt & capitulum secundum statuta, interdum disunctim sine episcopo, & aliis cum consilio episcopi. Conferunt ex priuilegio laici, imo aliquando & mulier, vt comitissa Flandriae: nisi caput quod de ea meminit intelligamus donationem praebendarum, esse praesentationem, vt alibi etiam donatio pro praesentatione accipitur. Refert & Rota, ad abbatissas collationes quoque pertinere: sunt & aliae, quae priuilegio conferunt. Et interdum episcopatus Summus pontifex aequonum, & visitatorem ecclesiarum vacantibus constituit, qui praebendas eius & beneficia conferunt, vt in cano. obitum, 61. distinct. & ibi gloss. penult. & in cano. non liceat, 12. quaestio. 2. Literis quoque summi pontificis aliquando committitur receptio canonici & collatio aliis, quam episcopis. Rex Galliae in certis ecclesiis vacantibus, quae iuris regaliae sunt, pendente vacatione beneficia vacantia, quae ad eius ecclesiam collationem pertinent, confert, & fructus alibi percipit: donec pontifex promoti, sacramentum fidelitatis ab illo acceperint. Quod priuilegium agitarum fuit sub Nicolao 3. summ. pontif. in curia Roman. Et consuatum in Gallia, vt constat constitutione regia Philippi Pulchri anno 1334. mensis Octobris. Quamobrem in vacatione harum ecclesiarum regaliu, manus ei iniicit, pontifex sub tutela sua, & aequonum constituit, qui fructus sede vacante colligat, & recipiat eo modo, quo viuens praepositus faceret. De hoc iure sic meminit concilium Basiliense, dum de taxatione quintae partis valoris agit beneficiorum, exceptis beneficiis, quorum ius patronatus, praesentatio, collatio, institutio, vel praesentatio ad regem iure regaliae vel alia pertinet. Et ad hoc ius plura capita pontificum referenda sunt. Habet & ius hoc rex Angliae in quibusdam ecclesiis cathedralibus sui regni, vt praebendas earum conferat, & alia beneficia

z. c. generali, de elect. in 6. Rubeus, tract. de iure regali. c. cap. final. de offic. vicar. in 6. b. Ioannes Andreas, in cap. si capitulo, in glossa ad verb. exequatur, de concess. prob. in 6. gloss. in c. dudum, & c. quamuis, 2. eod. tit. in 6. c. l. generi, de regulis iuris, l. sancti legum, de pen. in P. d. c. cum nullus, 5. episcopo, de tempo. ordinat. in 6. facit lex iudicium soluitur, de iudic. in P. vide plura de potestate vicarij circa beneficia, apud Ioannem de Selua, in tractatu de beneficiis, 11. c. fin. de praebendis, in 6. c. ex frequentibus de instit. apud Gregorium c. si capitulo, de concess. prob. in 6. f. cap. fin. de praebendis, in 6. ca. cum in illis, eod. g. vt toto c. r. ne sede vacant. in 6. cap. cum ecclesia, de elect. h. vrin. c. dilectus, in 3. de praeb. ap. Greg. c. cum inter, de consue. ca. Adrianus, in 2. 63. dist. hocque late prosequitur Ioan. de Sel. in tractatu de beneficiis, in c. c. par. 2. q. 23. in vtramque part. i. vt in cap. dilectus, de testib. k. capit. fin. de concess. praeb. l. Rota, decis. 190. in antiquis. m. c. dilectus, de prob. c. is cui, eod. in 6. Zabarella, c. s. s. l. 136. n. vt in c. 4. de refcrip. in 6. c. is cui conceditur, de praeb. in 6. o. Archidia. in cano. imperij, 20. dist. Specul. in titu. ne sed. vac. vltim. col. ibi, item etiam reges, Rubeus, in tract. regali. in r. par. praesentatio, de orig. reg. Conf. in tractatu de po-

testate regali. quaest. 51. p. Ioan. Andr. in c. 2. post Ioan. Monac. ibi, num. 3. de praeb. in 6. q. vide Boer. decis. 22. num. 9. r. s. item quod dicta, de annat. in prag. sanctio. s. cap. cum inter vos, de consue. c. dilectus, 3. de praeb. can. Adrianus, can. ego Ludouicus, 63. dist. s. vt in c. ex diligenti, de iur. patro.

a off. antiq. in s. h. e. quod dicta, in ver. e. galig. de anna. in pragm. san. c. 10. b. in c. cum olim. de maio. & obed. c. Prob. in tract. penfo. 4. 2. part. prime. d. Specu. tit. de prob. s. reftar. ver. item nota. Boer. in de. c. 32. num. 8. e. gl. in summa 17. q. 7. f. Balous. in l. praescripta. 2. colli. de nec. imper. offer. g. ca. generali. c. 13. de electi. in 6.

h. Francif. Tara. li. de regib. Hispan. in Alphonfo 6. i. ca. generali. 5. qui vero. de electi. in 6. k. cano. Eleutherius. 18. q. 2. c. praterea. in 2. & c. nobis. de iur. patro. l. facit can. in facris. 16. q. 1. Felinus. in ca. cum venerabilis. 12. col. de excep. Cardinal. consil. 122. incip. quidam habens feudum. m. c. ex diligenti. de iur. patr. n. d. c. generali. 8. qui vero. de electi. in 6. o. c. prohibemus. de deci. p. c. cum apostolica. de his que sunt a prelat. sine consen. cap. q. c. 1. de sacr. vnt. x. 1. Parallo. c. 24. s. 3. Reg. r. 1. t. 1. Machabae. c. 8. vide c. electos. circa medium dist. 21. c. can. ego Ludouic. 9. id. que. & can. Adrian. 63. dist. melius in can. hinc est. in ver. ho sine regali provisione. 6. q. 1. can. in synodo. ead. q. 1. x. Pompo. Latus. de sacerdot. in honore regis. hic facris praefectum tra dit Dion. Halicar. in 6. y. Dio. Halic. li. 2. antiq. Roman.

20 sede vacante, (exceptis parochialibus ecclesiis, que non cadunt in regalia:) illo etiam tempore percipiat temporalia, & fructus a, & collationes beneficiorum ad eum pertineant, quae in fructu sunt b, vt & praesentationes, electiones, & similia c. Imperator quoque priuilegium habet, quo ei permittitur in qualibet ecclesia Alemania iudicari recipi vnum, appellaturque collationes illae hodie primariae preces, teste Speculatore d. Et rex Apulie, cui vult dar beneficia e, & Hungariae quoque f. Verum plus est regalia in Gallia, quam priuilegium illud imperatoris, cum & custodiam & fructus ecclesiarum recipiat ex permissione concilij generalis: dummodò de nouo in ecclesiis praeter antiquam consuetudinem nihil vsurpet, quo casu verantur regalia g. Non enim in omnibus ecclesiis ius regaliorum regi competit, sed in aliquibus. Vrbani. 2. summ. pontifex Petro regi Aragoniae, quod Mauro expugnasset & depulisset, decimas, primitiasque, & omnia concessit beneficia iuris patronatus omnium ecclesiarum & ciuitatum, a quibus fidei hostes eiecerat, vt ipse & sui successores in perpetuum quibus vellent concedere possent, exceptis episcopatibus h. Cur autem potius in aliquibus, quam in omnibus ecclesiis permittitur ius fuit regaliorum, rationem habere potest: vel a fundationis causa i, in qua qui fundat vel dotat, potest hoc sibi reseruare, vt adueniente vacatione fructus suos faciat k. Itaque in ecclesiis, & monasteriis, quae fundationis regiae sunt, legitima hoc pacto erunt regalia. Vel quia feudi regij sunt ecclesiae, & ideo mortuo prapposito ad regem feudum rediit, & beneficia quae ex eo feudo erecta sunt l. Ita fructibus ad regem deuolutis collatio beneficiorum ad regem pertinet m. Item etiam ratione vsus vel antiquae consuetudinis n, cuius initium non extat memoria: nam & illa praescriptio immemorabilis laicis potest concedere ecclesiastica alioquin prohibita. Vt in decimis patet exemplum quas possidere nequeunt o: & tamen immemorabili praescriptione recte habent p. Posset hic regum adferri auctoritas, & eorum consecratio, quae participes illos sacrorum quodammodo facere videtur q. Sicut & apud Iudaeos regibus circa ecclesiarum ministros concessa potestas sede pontificia vacante, aut quando reformabant templorum aedes vel ministeria, vt annotare licet in Dauide r, Salomone s, Iuda Machabaeo t. Verum haec non sufficit auctoritas, alioquin communis esset omnibus aliarum gentium regibus, quibus tamen id non conceditur. Et proinde rectius dixerim cum fundatione, feudo, consuetudine, auctoritate & priuilegio concurrere, quod principibus Gallicis Christianis, vt potest in sedem & fidem apostolicam deuotissimis & officiosis, concessum est v. Nec incicias eundem, Christianis regibus hoc ius concedi potuisse, sicuti & ethnicis regibus Romanis concessum interdum sacra publica facere, vt extincto regio nomine, rex sacrificulus constitutus est, cuius sacerdotium postea pontifici subiectum erat: ne nouae libertati, additus nomini honos offereret x. Regis, inquit, Dio. Halicar y. haec eximia munera fuerunt, primum, vt sacra curaret atque sacrificia, per eumque gereretur quicquid ad placandos Deos pertinet. Deinde, vt morum patriorum & legum haberet custodiam, & iuris, siue naturalis, siue quod scripta & pacta continet, &c. Et de imperatore Dio Cassius, semper, inquit, Imperator summum pontificatum gerit, & inauguratur omnibus sacerdotibus, idque

fit, vt omnes religiones & sacrificia in sua habeat manu z. Idipsum apud Aegyptios obrinuisse Plato testatur, & apud alias quasdam nationes Aristoteles b. Imò senatus Romanus, aliquando in honorem Iulij Caesaris constituit, vt si illi filius nasceretur, is summus pontifex esset c. Caius Caligula Imper. Germanici & Agrippinae filius, matrem suam Augustam & Augusti sacerdotem fecit, omnesque Vestalium honores tribuit, eisdem sacerdotibus quoque suis dedit d.

De iuribus regaliorum.

Cap. 8.

- 1 Regalia durant vsque ad adeptionem possessi onis corporalem.
2 Regaliorum sunt commenda.
3 Regalis collatio publicanda.
4 Regalista mortuo colligante ab ordinario prouiso, in locum litigantis subrogatur.
5 Regaliam sine aliqua exceptione tenetur capitulum admittere.
6 Regalista collatio non vitiatur omiſſa qualitate eius.
7 Regalia beneficia non confert per praenotionem summus pontifex.
8 Regalia que sunt beneficia.
9 Regalia ecclesiis remitti possunt.
10. 11. 12. 13. In regalia que vacationes incident.
14 Regaliorum iura rex confert etiam infantibus.
15 Rehabilitatio ad beneficium incompatible non conceditur in prauidicium iuris regaliorum.
16 Regaliorum controuersia ad curias tantum supremas pertinet.
17 Rex confert in regalijs praebendas vnitas & suppressas.
18 Regaliorum iura in quibus ecclesijs regi non competant.
19 Collationis plenum ius in quibusdam ecclesijs regni.
20 Regaliorum ius non habet locum in ecclesijs, quae curam habent animarum.
21 Regaliorum iure que conferantur beneficia a rege.

Orro priuilegia regia, quae regalia dicuntur, plura sunt, quae colligit Ruseus proprio tractatu. Primum, vt si sedes beneficij non sit repleta tam de iure quam de facto, aperiat via regaliorum iuri: vnde si collatio alicui facta sit ab ordinario canonice, nec is apprehenderit possessionem corporaliter, vacat beneficium iure regaliorum. Aliud, vt beneficium possessum in commendam quocunque tempore quis obtinuerit, semper cadat in regalia f. Tertium, quod si quis habuerit collationem a rege in vim aperturae, vt dicunt, regaliorum, & illam non publicauerit, sed suppresserit, secundum impetrans praefertur primo impetranti, potissimum quando est in notabili negligentia per lapsum triennij g. Quartum, si litigant regalista, & ab ordinario prouisus, qui pendente lite cesserit, vel mortuus fuerit, regalista consequitur voces, vt dicunt, sedem, iura, & emolu-

z. Dio Cassius lib. 53. histo. a. Plato. in lib. ciuili vel de regno. b. Aristo. lib. 3. Polit. c. 10. c. Dio Cass. lib. 44. histo. d. Idem lib. 59.

e in constit. reg. Phil. Fulchri. & ita iudicatu refert Ruseus, in 1. priuilegio regali. f Ruseus, in 3. priuileg. regal.

g Idem Ruseus explicat in 4. priuileg. rega.

a Idem in 5. prin.

b Idem in 6. priuileg.

c Idem in 7. prin.

d Idem in 9. prin.

e Idem in 8. prin.

f Idem in 11. priuileg.

g Idem priuileg. in 16. vi. de & priuilegium 27.

h Ruseus priuilegio 12. explicat. i Ruseus explicat priuilegio 10. 11. & 14.

k Idem priuileg. 20.

l Idem priuileg. 21.

m Idem priuileg. 22.

n Idem priuileg. 23.

o Idem priuileg. 24.

p Idem priuileg. 25.

q Ruseus, in 26. priuileg.

r Idem priuileg. 28.

s Idem priuileg. 29.

t Idem priuileg. 30.

v Idem priuileg. 31.

x Idem priuileg. 32.

emolumenta beneficij, perinde ac si nulla lis mota fuisset: quamuis alius superueniat, noue, qui ius & litem defuncti prosequatur a. Quintum, capitulum non potest reicere regalistam, quin teneatur eum recipere, etiam si constaret ei de iniustitia & defectu tituli b. 6. In impetratione a principe facta beneficij regaliorum, non vitiat gratiam omiſſa qualitas, quae expressa remorari possit principem a collatione c. 7. Quod ea beneficia Pappa iure praenotionis non confert, sed solus rex d. Octauum, cadunt in regalia non tantum beneficia vel praebendae, quae in erectione ecclesiae fuerunt fundatae, sed ea quae postea instituta e. 9. Regalia postulat a rege ecclesiis remitti f. Non tamen in alios, quam reges transmitti possunt: quia hoc ius est annexum diademati seu coronae g. Decimum, quod rex apertis regalijs non solum prouidet praebendis & dignitatibus ecclesiae cathedralis, per mortem naturalem vel renunciationem, sed etiam si quis irregularitatem contraxerit immiscendo se saeculari & enormibus, vel habitu mutato miles saecularis factus fuerit, vel homicidium fecerit, aut perinrium incurrerit, statim, non expectata sententia priuationis h. 1. Vt si episcopus vel archiepiscopus promoueat ad cardinalatum statim in regalia cadet i. 12. Vacante ecclesia iure regaliorum, si is qui beneficium habet ad eius collationem pertinet, fuerit excommunicatus a prouidente seu officiali pro debito ciuili, & denunciatus talis fuerit publicè, potest rex iure hoc conferre illud k. 13. Per acceptionem secundae praebendae vacat primum collatum iure regaliorum, & ad regem reuertitur l. 14. Beneficia quae vacant ante aperturam regaliorum, si regaliorum quoque tempore vacent, iure regaliorum conferri possunt m. 15. Beneficium vacans vel de iure vel de facto, non obstante quod possesserit possederit per triennium vel 20 annos pacifice, conferri a rege potest pendente iure regaliorum n. 16. Quod & si 14. annis natis tantum praebendae metropolit. ecclesiarum conferantur, tamen iure regaliorum vacante ecclesia, a rege septenni possunt conferri o. 17. Dum ius regaliorum regi aduenit, & beneficium per incompatibilitatem vacet, non potest Roma pontifex per dispensationem suam, rehabilitare per sonam in prauidicium regaliorum p. 18. Cognitio & determinatio collationum beneficiorum in regalijs vacaturorum ad curias supremas solas, siue de possessorio, siue de petitorio agatur, pertinet q. 19. Hoc iure competente, potest rex conferre praebendas vnitas & suppressas r. 20. Regalista non tenetur in impetratione mentionem facere de beneficijs alijs iure regalijs obtentis s. 21. Rex aduenientibus regalijs facit fructus suos pendentes, siue vina, siue grana sint, aut redditus annui quocunque nomine censeantur: & est in electione regis, sequi locarionem a praemortuo episcopo factam, & stare colonis, & percipere fructus, vel ab ea abire. Sicut est receptum in domino feudi respectu vassalli sui deficientis homine seu vassallo t. 22. Constitutiones apostolicae, vel statuta & consuetudines ecclesiarum non impediunt aut vincunt regem, quin possit vti & frui pro voluntate iure suo regaliorum v. 23. Si resignatio facta fuit in fauorem certae personae & non alijs, apertis regalijs potest rex conferre alteri, quam illi in cuius fauorem eiuratio facta est, & tenet collatio regis x. 24. Collatio regis potest fieri sub conditione, si nostris temporibus va-

cauerit beneficium, quando ignoratur quo tempore vacatio occurrit: licet ex dispositione iuris communis, actus legitimi similes non recipiant diem vel conditionem y. 25. In translatione episcoporum vel archiepiscoporum, non censentur aperta regalia, nisi a die praestiti consensus illius qui vult transferri, & postquam absolutus fuerit a priori vinculo episcopatus z. 26. Per feloniam per episcopum, aut archiepiscopum commissam, & per manifestam rebellionem in principem, non dicitur sedes vacare iure regaliorum, vt rex possit interim iure regaliorum beneficia vacantia conferre a. 27. Regalia semel aperta, semper durant, neque obitu regis superueniente expirant, donec praelatus iuramentum fidelitatis actu ipso praestiterit b, & personaliter, non per procuratorem c. 28. Rex recipit iuramentum fidelitatis per suos legatos in curia Romana existentes, a praelatis in ea curia prouisus d. Nec tamen si dilationem concedat praelato ad praestandum sacramentum, ideo impeditur regaliorum ius ante praestationem in conferendis e. 29. Ad eum modum hoc iure confert rex beneficia vacantia in regalijs sede vacante, quo confert episcopus viuens exceptis ecclesijs parochialibus f: nisi illae essent annexae praebendis, quas confert g. 30. Non potest impetrari beneficium in regalijs, nisi a 30. annis h. 31. Aperto iure regaliorum, beneficium eius collationis non potest per resignationem causa permutationis conferri a summo pontifice, sed vacat in regalijs: nisi resignatio ea fiat coram rege, aliter semper vacabit, donec rex prouiderit i. 32. In regalijs si rex conferat vna die beneficium vacans iure hoc, nec expeditur praefatio sub sigillo regio, & sequenti die idem beneficium conferat alteri cum subscriptione & sigillo literis appenso, potior nihilominus prior k. Sic & prior, & si vna die facta duobus sit collatio, praefertur l. 33. Rex si nominauerit ex priuilegio apostolicae sedis in certis ecclesijs metropolitanis & cathedralibus, si postea aperiantur regalia, potest omisso eo quem collatori nominauit, iure proprio conferre iure regaliorum, non obstante insinuatione & nominatione prius debite factis m. 34. Indultus apostolicus de non consecrandis episcopis infra tempus iuris, non facit quominus vacet beneficium iure regaliorum, si alijs eo non existente indulto, vacaret n. 35. Rex iure regaliorum conferendo praebendam, vel alia beneficia simplicia, tenetur sequi naturam & qualitatem beneficij actu fundationi appositam o. 36. Licet in regia prouisione regalistae nulla reperiat, de defectu naturalium quem patitur impetrans, mentio facta, si prius per Romanum pontificem super praedicto defectu natalium ad obtinenda quaecunque beneficia simplicia fuerit dispensatus: nihilominus valida est prouisio p. 37. Capellaniae & alia simplicia beneficia in hospitalibus existentia, rex iure regalia confert q. 38. Beneficia pertinentia ad decanum, & capitulum, & archidiaconum coniunctum seu diuisum, non conferuntur a rege iure regaliorum, sed tantum illa sede vacante, quae ad episcopum pertinent r. 39. Apertis regalijs rex pensionem super fructibus dignitatis, etiam quando ad successores episcopatus vel dignitatis extenditur, soluere non tenetur s. 40. Vacantibus regalijs oeconomii, receptores, & alij officarij seu procuratores illis commisi, non possunt animalia in caulis seu grangijs locorum episcopatus extrahere, vel de illis

y Idem priuileg. 33.

z Ruf. priuileg. 34. In translatione & loci habere priuileg. 41. docetur.

a Ruf. priuileg. 35.

b Ruf. priuileg. 36. c Ruf. priuileg. 43.

d Idem priuileg. 37.

e Ruf. priuileg. 38.

f Idem priuileg. 39.

g Idem priuileg. 40.

h Idem priuileg. 42.

i Idem priuileg. 44.

k Idem priuileg. 45. l Ruf. priuileg. 46.

m Idem priuileg. 47.

n Idem priuileg. 48.

o Idem priuileg. 49.

p Idem in 50. priuileg.

q Idem priuileg. 51.

r Idem priuileg. 52.

s Idem priuileg. 53.

de illis disponere: quia talia animalia sunt cōscri-
pto loco data, sicut oves, boues, & iumenta cum
pullis, & referuntur futuro successori, quod sine
illis deterior esset fundi commoditas vel dom-
us. 41. Custodes, seu exactores regaliorum non
possunt vacante sede decimas auctoritate regis
accipere, sed tenentur eas futuro successori con-
ferre. 42. Curatores regaliorum constituti
sede vacante, durantibus regaliis non possunt in-
cidere arbores cædvas, nec piscari in viuariis
iethiographis prælaturæ ante tempus debitum,
neque alia agere, per quæ deterior fieri posset
reditus annuus prælaturæ. 43. Durantibus regaliis
rex non tenetur ad onera vel seruitia, ad quæ ep-
iscopus in vita tenebatur. 44. Ex constitutione
Philippina, vt postquam episcopus sacramentum
fidelitatis præstiterit regi, requiratur quod actualis
& realis traditio fiat rerum temporalium ep-
iscopo per officiales regios, quibus ipsa tempora-
lia episcopatus gubernanda fuerunt commissa:
nec sufficit quod tollatur, seu vt dicunt leuetur
manus regia per gentes computorum, id est, per
præfectos ei curiæ: id enim ita exigitur, vt præla-
tus possit conferre præbendas & dignitates suæ
ecclesiæ, & vt temporalibus sui episcopatus. 45
Rex nõ tenetur electum confirmatum in episco-
pum, si non sit consecratus, ad iuramentum fidelitatis
admittere: nec regalia cessant per solam confir-
mationem. Quia adhuc ecclesia dicitur vacare,
sed clauduntur, id est, expirabunt & cessabunt re-
galia, securo iuramento. Et hæc privilegia per
conclusiones satis abundè explicauit Ruseus in
suo tract. regaliorum: vt satis mihi factum puta-
rim & lectoribus, summa capita indicis loco hæc
per epitomen transferre, ne aliena mihi plagia-
rius vsurpem. Plura & videre poteris apud Eg-
idium Magistrum, in decisionibus & tractatu re-
galiorum. Qui ex registro cameræ rationum seu
computorum notat, si hoc regaliorum non cõ-
petere regi in omnibus episcopatibus sui regni:
sed tantum in prouincia Senonensi, & eius suffra-
ganeis, excepta diocesi Antisiodorensi, in qua de-
cani & capitulum dicuntur fecisse permutationem
cum rege. Itè docet ius hoc ei esse in tota prouin-
cia Remensi: excepta diocesi Cameracensi, in tota
prouincia Bituricensi: exceptis, Lemouicensi, Ca-
thurcensi, Ruthenensi, Albiensi, Mimateni: & in
tota prouincia Turonensi, excepta Macloniensi,
Trecorensi, &c. In prouincia Burdegalensi solùm:
& in tota Normania. At in tota prouincia Occi-
tanensi, & Arelateni, & consequenter in tota lin-
gua Occitana, nihil habere iuris regaliorum. Aliud
ius regaliæ inuenitur in ecclesiis, quæ ad plenam
& liberam collationem regis pertinent, in quibus
nec summus pontifex, nec alius quispiam ius ali-
quod habet, præter solum regem, qui solus ordi-
narius collator est, quale ius illi est in præbendis
seu canoniis sanctarum capellarum Luteriæ, Bitur-
rigum, Saltus Vincenarum, & in ecclesiis colle-
giatis de Clery, Sancti Quintini, Virginis Mariæ
Montisfrisoni, & similibus. Singulare notatio-
ne tamen dignum est ius, regaliorum, quod ad
collationem beneficiorum pertinet, non habere
locum in beneficiis, quæ curam animorum ha-
bent. Sic enim ordinatio regia scripta est, in ca-
mera computorum: Dum episcopus alicuius ep-
iscopatus, vbi dominus rex habet regaliæ, ab hu-
manis decedit, immediatè per obitum seu mortem
ipsius est regalia in dicto episcopatu aperta, & suc-
cedit rex loco boni & legitimi administratoris in-

a Id. pri. 54.

b Idem pri. 55.

c Id. prinil. 56.
ex cor. st. Philii.
Iul. du droit
de regale,
d Ruseus, pri.
uil. 57.

e Idem pri. 58.

f Id. pri. 59.

g cap. 4.

h meminit Pa-
pus li. 3. Rhapf.
arefo. areft. 2.
rit. 2.
i illa ordina-
tio, transcripfit
in suis decisio.
Egid. Magist.
tract. regale. 3.
& explicat e.
4. differentiã.
Citar & Pro-
bum & Ru-
seum eiusd.
sear.

omni temporalitate dicti episcopatus, conferreque be-
neficia non curata, & hoc durante tempore ipsius re-
galia &c. Conferret itaque solum beneficia simpli-
cia quales canonię, præbendæ, capellaniæ, & simi-
lia. Curata autem sede vacante iure communi cõ-
ferentur, si communis collatio cum capitulo, ab
illo capitulo: si solius episcopi, vel referuntur,
vel à summo pontifice conferuntur. Cur autem
non possit curata conferre rex beneficia, vt sim-
plicia, diuersitatis rationem adfert Egidius Ma-
gister: quod is cui conceditur cura, debet habere
institutionem auctorifabilem ab episcopo, quod
pertinet ad curam populi, & sacramentorum ad-
ministrationem. Quare non potest à rege proui-
deri in ea cura, quia non potest ea auctoritas con-
ueniri alijs, quàm episcopo.

k c. vnic. per
tot. sed. vacan.
in 6.

l Panor. in c.
auctoritas, cir-
ca medium, de
infinitio. per
c. vnic. in 6. ne
sed. vac. Ios.
Andre. in c. de
monacho, de
præben.

De iure deuoluto. Cap. 9.

- 1 Collatio beneficiorum tribus modis ordinarijs im-
pediuntur.
- 2 Deuolutio quid.
- 3 Deuolutio iuris ab eo, qui habet in alium, fit per
donationem hereditatis viuientis, non obtempe-
rando voluntati defuncti, non vindicando mor-
tem defuncti, non petendo hereditatem suo tem-
pore &c.
- 4 Deuolutio potestatis conferendi vel eligendi du-
plici causa fit.
- 5 Deuolutio fit ad proximum superiorem electione
facta indigni.
- 6 Eligens indignum priuatur iure eligendi pro ea
vice quare.
- 7 Deuolutio in causa graduatorum.
- 8 Deuolutionis iure impetratio ob incapacitatem pro-
uisi odiosa.
Impetrans per incapacitatem alius non adipiscitur
de facto possessionem. eod.
- 9 Deuolutio ob negligentiam conferendi.
Lateranensis synodi 7. & vnde ita dicitur. eod.
- 10 Lateranum palatium Roma.
- 11 Lateranensis 7. Synodi quo tempore habita.
Nicolai 2. sum. pontif. tempus. eod.
Berengarij error quando damnatus. eod.
Concubina adempta sacerdotibus. eod.
- 12 Successio in præditi sacerdotibus sublata.
- 13 Turcis arma subministrare prohibitum.
Beneficiorum pluralitas prohibita, & promissio an-
tequam vacent. eod.
Epule lautiores episcopis prohibita. eod.
Venationes prælatis prohibita. eod.
- 14 Deuolutio ob negligentiam conferendi, vel ob ele-
ctum indignum statuta in Synodo Lateranen-
si.
- 15 Paganorum officia interdicta.
- 16 Germanorum unitas consilio procurata.
- 17 Concordata quando peracta.
- 18 Beneficia intra sex menses saltem conferenda,
aliter deuoluuntur collationes ad superiorem,
& 23.
- 19 Optio beneficij intra 20. dies fieri debet, aliter ex-
pirat.
- 20 Patronus laicus intra 4. menses, ecclesiasticus in-
tra sex debet præsentare, aliter deuoluitur ius.
- 21 Mandatarius ad beneficia acceptare debet benefi-
cium vacans intra decem dies.
- 22 Electio episcop. & archiepiscop. & aliorum maiorum
prælato fieri debet intra tres menses: alioquin ius
deuoluitur.

- 23 Beneficium conferens iure deuoluto, antequam deu-
lutio fiat, nihil agit: ideo & post deuolutionem
iterum conferre potest.
Beneficium sum. pont. confert, quod deuoluto iure con-
ferri potest, per concursum. eod.
- 24 Deuoluta per negligentiam ordinariorum colla-
tio ad sum. pontif. redit ad ordinarium post men-
sem.
- 25 Nominatio regis ad prælaturas fieri debet intra sex
menses.
- 27 Deuolutionem ex negligentia ratio.
2. Negligentiam penam habet.
- 28 Conferendi potestas cur tantum habeat semestre tem-
pus.
- 29 Sex menses quibus peragendis negotijs constituiti.
- 30 Sex menses conferendorum beneficiorum à quo tem-
pore incipiant. & 31. 32. 33. & 34.
- 31 Ignorantia que excusat, a mora, & culpa.
Ignorantia crassa & supina, qua. eod.
- 32 Nominandi facultas regi Gallorum à quo tempore
currat.
- 33 Mensis conferendi in curia Romano à quo tempore
currat.
- 34 Voluntas & potestas perficiunt actus simul.
- 35 Suspendio episcopi non deuoluit eius iurisdictionem ad
superiorem.
- 36 Impedimentum quod excusat à prescriptione lapsus
temporis semestris collationis.
- 37 Impedimentum legitimum quando excusat à lapsu
temporis.
- 38 Deuolutio ad quem fiat. & 40.
- 39 Patriarche Lugdunensis privilegium in deuolutio-
ne, & 40.
- 41 Deuolutio electionis episcopi ad quem fiat.
- 42 Deuolutio à vicario episcopi ac quem fiat.
- 43 Deuolutio ab exemptis episcopis ad quem fiat.
- 44 Capitulum sede vacante iure deuoluto confert.
- 45 Instituenti præsentatos digniores nullum desinitum
tempus episcopo.
- 46 Patronatus quando, & quomodo summus pontifex
derogat.

a vt in c. 4. de
rescrip. in 6. c.
is cui concedi-
tur c. 19. de
præben. 6.



b Mart. Iurif-
cōs. in Lanfer-
tur, l. 2. de iis
quib. vt indig.
li. 34. P. tit. 9. l.
quidam, s. fin.
& l. seq. de do-
nat. in P.
c Paul. l. post
legatum, de iis
quib. vt indig.
in P. alia, C. eo.
l. Papinianus,
s. meminisse,
de inoff. testa.
in P.
d authen. hoc
amplius, C. de
fideic. s. si quis
autem nõ im-
pens, de hæ-
redi. & Falc.
collati. 1.
c l. 2. 9. C. de
iis quib. vt in-
dig.
f tota l. 2. de
successor. edi-
cto lib. 38. P.
tit. 10.

gigentiam deuoluitur. Proinde vt aliena à be-
neficiis deuolutiones excludantur, reliqua verba
finitionis deuolutionis rei beneficiariæ adiecta
sunt: quæ euoluunt substitutionem deuolutionis, quæ
fit in causa beneficiariæ. Et in primis non admo-
nent deuolutionem fieri in alium duplici de causa, vel
quia is qui priuatur iure collationis, vel alia pote-
state, putat electione, indignum dedit: vel quod
intra tempora præscripta suo munere functus non
est. Qui abutitur sibi concessa potestate, dignus
est qui eam amittat. Si igitur quis scienter indi-
gnum ad beneficia elegerit, potestatem amittit
pro ea vice eligendi alium, ex decreto concilij
Lateranensis, deuoluiturque potestas ad eum
qui proximè præesse dignoscitur, ex concilio
generalis, etiam si de episcopatibus ageretur, eme-
dato iure, quo electione facta scienter indigni
prælatus electionis non deuoluebatur ad proxi-
mum superiorem, sed ad summum pontificem
solum. Porò non redit ius ad delinquentem ea
vice, vt in eo, in quo deliquit, puniatur. Et quia
qui semel elegerit, iam functus est officio suo, nec
retractare suum factum potest: sicuti in eo, qui sen-
tentiam semel dixit, receptum est. Cuius notio
per appellationem ad proximum superiorem deu-
oluitur. Statutum & in concordatis Gallicis, si
episcopus, vel alius conferendi habens potesta-
tem, beneficia graduatis & nominatis decreta,
aliter qualificatis quàm statuitur, conferat, nullam
esse collationem, & per resurum eiusdem, graduat-
um & qualificatum posse recurrere ad proxi-
mum superiorem, & ab eo rursum pari modo
committente ad alium superiorem ad quos deu-
olutum est ius cum iisdem qualitatibus, quibus
conueniebat, conferri ab ordinario beneficium.
Notabis hanc imperationem iure deuoluto, ex
eo capite, quod incapaci fit beneficij facta colla-
tio, esse aliquomodo odiosam, vt pote de benefi-
cio viuentis. Quamobrem placuit statui regia
huius regni constitutione, ne impetrans hoc iure
deuoluto per incapacitatem ingrediatur facto
possessionem beneficij adepti, alioquin priuatur
iure, si quod habet: neque ad iudicari sequentem
ratione illius deuoluti. Nam altero de facto pos-
sidente cum titulo pro eo præsumitur, etsi malè
possideat. Et esset quedam species spoliationis
& intrusio, eum ab ea possessione deiciere,
prætextu tituli adepti quod iura non sinit. Porò
ex negligentia fit deuolutio auctoritate con-
cilij Lateranensis, vel alia iuris auctoritate, quæ
vt liquidò content. annotandum est inuenit se-
ptem synodos, dictas Lateranenses à loco vbi
coactæ fuerunt. Nam Romæ in Cælio monte erat
antiquitus palatium, seu eedes eximia familie no-
bilissimæ Lateranorum, de quibus & Luuenalis
meminit.

Claust. & egregias Lateranorum obsidet ades
Tota cohors.

Siquidem Iulius Lateranus vir quoque egregius,
consul designatus, iussu Neronis interfectus est.
Vbi ades illæ erant, postea D. Ioannis basilica
ædificata est: directa etiam antea Basilica Cõstan-
tini, quod fuerit à Constantino magno donata
Syluestro summo pontif. auctore Blondo. Eo loci
synodi septem coactæ sunt, prima sub Nicolao 2.
Sabauo summo pontif. in quo damnatus error Be-
rengarij & pseudopontifex, præscriptaque elige-
di summum pontif. forma per solos cardinales.
Hic fuit pont. max. anno domini 1077. Secunda sub
Calixto 2. Burgundo, coactis 900. patribus, in qua
contra

g l. 2. s. si ma-
ter. ad Senatuf
conf. Tertull.
in P.

h c. cum in cõ-
ditis c. 7. s. de
elect. ap. Greg.
i c. ne pro de-
fectu, c. 4. eo.
k l. Indæos, de
Iudic. C. l. qui
sine, de negot.
gest. P. can. vbi
74. dist. cum si-
milib.
l c. cum Vinto
niensis, c. 25. &
c. per inquisi-
tionem, c. 26.
de elect. d. c. ne
pro defectu.
m d. c. ne pro
defectu, idem,
in s. si quis ve-
rò de collat. in
concord.
n ca. dilectus,
de concess.
præben.

o arg. si fugi-
tius, l. 1. de ser.
fugiti. lib. 5. C.
tit. 1.
p l. Iudex post-
equam, & l.
Paulus, de iudic.
in P. l. C. de
sent. expen-
ri. recit.

q c. bone me-
morie, in 1. &
2. c. cum vin-
toniensi, c. ne
pro defectu 9.
r & ca. quia
propter de e-
lecti. expressè
in c. si cõpro-
missarius, de
elect. in 6.
x s. si quis ve-
rò c. in cõgri-
de collat. in
concord.

s ca. 1. & 2. de
concess. præb.
r in constitut.
Henric. 2. tou-
chât les impet-
rations des be-
nefices eccle-
siastiques pub.
an. 1550. 24. Ju-
lij. art. 15.
v l. si. C. de rei
vend.
x c. cum no-
tris, & c. lites-
ras, de cõcess.
præben. c. cum
qui. de præben.
61. extrat. quod
met. caus. P. l.
creditorum, ad
l. l. de vi pri-
uat.

y Iuuenal. Sa-
tyr. 10.

z Tuli. Cap. in
Aurei.

a Blond. libr. 2.
infaur. Ital.

b ca. in nomi-
ne Domini, 23.
dist. Placina, in
Nicolao.

a tit. de referuat. in pragmat. ancl.
 b tit. de form. mand. in concord.
 c. c. ad aures, c. in nostra, & c. si proponere, de referuat. si motu proprio, can. non potest, de pign. in 6.
 d. Rebu. in pra. xi, tit. de claus. mand. nu. 29. & 30.
 e. c. executor, cap. si soli, de praeb. in 6.
 f. c. ex parte, in 1. de offic. deleg.
 g. c. mandato, de praeb. in 6.
 h. vt in clem. 1. de praeb. in 6. i. & 2. de regia ad praeb. in 6. Concordat.
 k. c. 2. de concess. praeb. in 6.
 l. Aufer. de. c. Thol. 434.
 m. vide gl. Rebu. in 6. praeb. in 6. quaeque ordinarij in verb. patroni, de collatio. in prag. sanct. Lapum alleg. 84. domi nus papp. col. 3. Roch. Curt. tract. 1. de iur. patr. in verb. aus. q. 7. n. c. i. eo tempore, de referuat. in 6.
 o. Rufe. de manda. apof. 2. par. num. 2. & seq.
 p. Rufe. hoc tractat. lib. de manda. apof. fol. 2. par. nu. 14. & seq. text. ex praeb. in cap. dudum, 14. de praeb. in 6.
 q. c. 2. de renu. ciar. in 6. ca. 1. rer. perm. in 6. expresse ca. dudum, de praeb. in 6.
 r. Rebuff. in 6. declaratis, in ver. comprehensa, de mand. in concord.
 s. c. cum dilectus, de iur. e. patrona. gloss. & Docto. in c. 3. de praeb. Panor. in cap. quanto, de iudic.
 t. Rufe. tracta. regal. in 1. parte. prefat. numer. 6. & in 2. parte tractat. de mandatis apof. in 6. nu. 22.
 v. hic loquuntur de forma expectatarum mandati, alia enim sunt forma expectatarum apof. litera. quas Gallia non recipit, s. volens de collat. in prag. sanct. & de quib. Staphile. proprio lib. & in c. tibi qui, de rescript. in 6.
 x. cap. i. qui, de praeb. in 6.
 y. s. v. obiter lib. de manda. in Concord.
 z. d. s. & vt ob. tenr. & tibi h. b. in verb. nominatis.
 # cap. tibi, & cap. pen. de rescript. in 6. cap. si capitulum, de concessio. praeb. in 6.

præscripto concilij Basiliensis vltimi, tollit referuat. Quocirca hodie certa forma mandatorum præscripta est in Gallia, secundum quam oportet omnia mandata de prouidendo, siue ad regularia, siue secularia beneficia pertineant, concipi b: per quam remittitur expressio beneficiorum ab impetrante possessorum, in alijs gratijs necessaria c. Exigitque in Gallia mandatum esse generale, aliàs non valet, vt placuit senarui Parisiensis d: licet olim & alibi hodie, quàm in Gallia. mandata dirigerentur singularia vel ad dignitates tantùm, vel ad canonicatus e, pro certa persona & certo beneficio f, & incerto g. Atque in ea forma in summa omnes formæ antiquæ, quibus ordinarij ad conferendum cogebatur, continentur: quæ diuersæ erant, quas vide collectas apud Ioannem Andream Perus. & alios in cap. si soli, de praeb. Rebuff. in commentar. ad §. i. de manda. apof. in concordat. ad verba, in forma mandati. Verùm ab illa forma generali, vt non continetur mandato, censentur excludi beneficia electiua in Gallia h, quæ ad regis nominationem pertinent i, & quæ in curia Romana vocant, quia referuntur Papæ k, vt & beneficium similiter specialiter referuntur dicitur non comprehensum l. Sicuti nec comprehenduntur sub mandato, id est, non debentur mandatarijs in vim mandati litigiosum, regularia secularibus, & contrà, & diuersi ordinis quàm sit impetrans, vnitum, paternum, vacans causa permutationis, non liberum vt collatum absenti, de nouo fundatum, vacans per mortem Episcopi præbendatarij, quod optioni subiicitur: quæ omnia probat Rebuffus in §. declaratis, in ver. comprehensa, de manda. in concordat. Item nec comprehenditur patronatum m. Nec ea ad quæ impetrans erat inhabilis tempore dati mandati: hoc enim tempore capacitas exigitur n. Quod si dispensatus ad hæc sit? late vide apud Rufeum o. Continentur tamen sub mandato ea, quæ purè, liberè, & simpliciter in manibus ordinarij renunciata sunt p: quia hæc resignatio pura inducit vacationem, & morti æquipollent q. At non debentur mandatarijs beneficia villæ muratæ, si non sint qualitatibus requisitæ r. Nec quæ sunt iuris patronatus laicorum, de quibus Papa non intelligitur velle disponere s: vt neque comprehenduntur ea, quæ vacante sede cadunt in regularia, & quæ eo iure à principe in Gallia conferuntur t. Cæterùm tanta est horum mandatorum v de prouidendo in forma legitima impetratorum potestas, vt mandatarij præferantur alijs expectantibus beneficia, quia Apostolici expectatores sunt, & ideo eius ratione præferendi x. Et proinde præferuntur etiam in Gallia in beneficijs, quæ sub mandatis continentur, ordinarijs collatoribus, & graduatis simplicibus & nominatis y: quâquam graduati prius acceptauerint quàm mandatarij, & quamuis beneficium vacans eius generis effectus, quod destinaretur graduatis z. Verùm obseruandum hic est, mandatarium antequam vti possit iure mandati, debere mandatum ordinario semel præferre a. Nam à præsentatione, post mensum tantùm vacans debetur benefi-

cium b: dummodo petitur à mandatario & acceptatum fuerit. Teneatur enim in Gallia requirere & acceptare ad summum intra sex menses beneficii primò vacans c, post præsentationem mandati: alibi, quàm in Gallia, intra tempus ad acceptandum sibi præstitutum d. Et quia teneatur ita acceptare primò beneficium vacans, si illud in vim mandati ei conferatur, extinguitur mandatum e. Verùm si illa collatio non teneatur, aut si non possit effectum sortiri, ea non obstante poterit aliud acceptare f. Quod si duo mandatarij concurrant, qui diuersa impetrarunt mandata, tempus datæ inspiciendum g, & potior tempore, potior erit iure h: etiam si in secundo esset clausula decreti irritantis, & in primo, non quia præsentatio afficit præbendam primo, vnde secundus eam non potest obtrahere i, etiam si secundus prius præsentauerit: nam ideo primo mandatario non præferitur k: nisi secundum ius commune, in secundo rescripto poneretur clausula anteferri l. Vult enim ius, secundum primo tunc anteferri qui acceptauerit, si tamen collatio adhuc ei facta non fuerit m, tollitque hæc clausula ius ad rem. non ius in re n. Quod in Gallia non obtinet, quia constitutio regia declarat Papam præueniri per solam requisitionem mandatarij, & nominatorum o: præferretur nihilominus secundus, si primus mandatarius esset negligens p, vel incapax beneficij fuerit post mandati insinuationem factus: puta, quia non sit capax curati beneficij q: si sit mortuus, vel si duxit uxorem r. Et quando olim formulæ erant variæ & speciales mandatorum ante consuetudinem Gallicanam, mandati fines erant diligenter inspiciendi: neque enim mandatum de beneficio vacanti comprehendit vacaturum s. Neque expectatiua vel gratia sub causa, causa cessante vim habet t: vel conditione apposita, adhuc veniente vel deficiente v: vel renunciate impetrante mandato quia renunciate potest x expresse, vel tacite id agendo, quod contrarium est suæ professioni, vt si ducat uxorem, vt dixi: nam & tunc quæ habebat beneficia amittit y, & videtur habere pro derelicto z. Item si fiat miles, & enormibus criminibus se mifceat, quibus amittit clericatus priuilegium a. Item si alio modo amittit hoc ipsum, vt in c. i. de vita & honest. cleric. in Sex. & clement. 1. eod. titu. Vel si antè assequatur beneficium, quod est cum eo quod expectat incompatible b. Item si mandatum expirauerit, puta morte mandantis re integra c: nam si vi mandati processum sit ad aliquem actum tendentem ad effectum mandati, non expirat d. Staphileus dicit ante prouisionem rem esse integram, & morte ante interueniente expirare mandatum e: nisi executor cui præsentatum est mandatum, vel bulla expectatiua, processerit ad fulminationem processus. Nam tunc non dicitur res integra, inquit, post Dominic. f &

tempore, eodem in 6.
 f. c. cum inter, de renunciat. Rota, decisio. 123. nota quod vbi, in antiq.
 s. Felii n. in cap. constitutus, pen. col. de rescript.
 t. cap. postulat. de rescript. & cap. si pauper, de praeb. in 6.
 v. Panor. in c. i. in finali col. de re iudic. facit l. cedere die. de ver. sig. c. si par. de refc.
 x. Panor. in 2. notab. c. ad audi. 2. de refc. rex. in c. venies, & c. sanè de renu. ciar.
 y. cap. 1. de clericis coniugatis.
 z. arg. cap. ex transmissa, de renunciat. cap. cum renuntiatione. 32. q. 1.
 a. vide Pacum, de mandat. apof. parti. 8. num. 17. Innocenti. Butrigal. Panorm. in cap. 1. de apof. ita iudicari tradit Benedictus in cap. Raynuius, in verbo & uxorem nominat. num. 441.
 b. cap. gratia, de rescript. apud Clem.
 c. cap. si cui in fine, de praeb. in 6. notat in cap. si super gratia, de offi. deleg. in 6. s. Re. apud Iustin. manda. l. mandatum, C. eod.
 d. Alex. & alij, in l. eius, ver. dicebat, si cert. peta.
 e. Ioan. Staphileus, tract. de liter. grat. tit. quib. mod. expir. lit. ad benef.
 f. Dominic. in cap. si cui, de praeb. in 6.

Lapum

b in forma n. a da. in concor.
 c. Rebuff. in 6. nosque, in ver. præferendos, de colla. & in for. mand. in Concord.
 d. glo. in clem. vnica, in verb. mensum, de concess. praeb. Felii. in cap. capitulum, de rescript.
 e. c. si motu, & ca. non potest, de praeb.
 f. vide Reb. in praxi, in rubr. de mad. apof. nu. 2.
 g. c. eare, & c. constitutus de rescript. cap. si eo tempore, eod. tit. in 6.
 h. c. qui prior, de reg. iur. in 6. i. c. si capitulo, de concess. praeb. in 6.
 i. c. ca. cum qui, de praeb. in 6. c. tibi qui, de rescript. in 6.
 k. glo. in d. c. si soli, & text. in c. pen. de concess. praeb. in 6. m. c. tibi qui, de refc. in 6. n. c. quod, de praeb. in 6. de hac reg. antef. Staphileus, in for. mand. de prouidendo, Ple. n. Felii. in cap. capitulum, col. 7. nu. 6. c. si seq. de rescript.
 Quib. & quot modis ius ad rem de benef. quaratur, vide apud Gome. in reg. de n. toll. iure quæsi. alteri, i. o. s. declarantes, de mand. apof. in concord. Rebu. in for. declarati. noue prouisioni clausula, aut si aliqui super prouisionibus & c. in praxi beneficiorij, & in regul. de non toll. iur. quæ. fat. gl. 4. & in forma mand. apof. in ver. datum, in Concordat. p. capitulo tibi qui, de rescriptis in 6. c. si clericus, de praebendis in 6. Felii. in capitulo capitulum, de rescript.
 q. cap. si eo

a Probus, in c. pen. & fin. eo.
 b Pacus, de mand. apof. part. 8. num. 4. reg. 15. cancell. Innoc. 8.
 c. cap. si super gratia, de offi. delegat. in 6. vide gloss. ad sitem voluit, de collatio. in prag. fact. in ver. mandati, & in ver. dirigendum.
 d. in §. par. nu. 1. & 2.

De modis legitimis dandi beneficia Ecclesiastica. Cap. 12.

- 1 Beneficia canonicè dari debent.
- 2 Beneficium prius vacare debet, quàm detur. & 12. Beneficium viuientis quando & quomodo adiosum, eod.
- 3 Regula de verisimili notitia que, & quare sit recepta in Gallia, & consideratio per sequentes numeros.
- 4 Regula de verisimili notitia locum habet in ordinarijs.
- 5 Verisimilis notitia mortis beneficiati, & quomodo metienda.
- 6 Cursores quidam expeditissimi, & 7. Indacur cursor præstantissimi. eod.
- 7 Philippides cursor eximius. Heraclitus Perineus cursor. eod.
- 7 Bancarij beneficiorum diem & horam, quibus cursores proficiuntur, impetraturi beneficia scribunt.
- 9 Curforum publicorum institutio à quo coepit.
- 10 Beneficium mortuum celare non licet, & quid de eo statuatur.
- 11 Beneficium viuientis impetrans per obitum, eo mortuo non potest impetrare.
- 13 Beneficia pure conferri debent, & quid pure, & sine simonia.
- 14 Collatio beneficij quando, & quomodo palàm fieri debet.
- 15 Regula cancellar. Roma. de publicandis resignationibus. Renunciaciones beneficiorum intra quod tempus publicande. eod.
- 16 Renunciaciones quomodo publicande.
- 17 Beneficia duobus modis in summa acquiruntur, electione, collatione. Electio in quibus beneficijs locum habet. eod.
- 18 Electio quid.
- 19 Postulatio in beneficijs quid.
- 20 Postulare qui possunt.
- 21 Postulatio admissa vim electionis habet.
- 22 Postulari qui possunt.
- 23 Postulatio à quibus fit.
- 24 Nominatio ad beneficia quid. Nominatio quando tribuit ius nominato. eod.
- 25 Nominatio academiarm ad beneficia quid est.
- 26 Variatio que, & quando permessa in postulacione, & electione, & nominatione. Postulationis & nominationis consensus & diuersitas. eod.
- 27 Electionis valde adipiscendi beneficium probatus modus, quare.

- 28 Electiois triplex forma. Electio per inspirationem spiritus sancti. eod.
- 29 Electio per scrutinium quomodo fiat.
- 30 Electiois formula per eam compromissi qua.
- 31 Electiois formula in quibus seruanda sit beneficia.
- 32 Electiois faciende qui, & num omnes vocandi.
- 33 Electio quo loco faciende est.
- 34 Eligendi alia formula per breuia, series.
- 35 In electione qua consideranda.
- 36 Electio sacerdotum ethnicorum à populo fiebat.
- 37 Principibus laicis cur ius aliquod in inuestitura Episcoporum.
- 38 Nominat ad prelaturas Andri regulus, & Alan. Lancianus nomine regis.
- 39 Nominationis regis ius ad electionem remissum.
- 40 Eligere qui non possunt ad beneficia.
- 41 Eligi que persona nequeunt.
- 42 Electiois peragenda modus. Sepeli. debet mortuus antequam alius in eius locum eligatur. Electiois vocem quibus committere, & quomodo absens possit. eod.
- 43 Electorum iuramentum ante electionem.
- 44 Scrutatores electionis quomodo eligant.
- 45 Electiois publicatio bis fieri debet, & quomodo.
- 46 Episcopo intronisatio quomodo fiat. Electio quando ab electoribus iterari potest.



Comprehenditur vno capite & regula quaestio, qualiter & quomodo beneficia concedantur: nempe, vt canonicè dentur e, id est, secundum præscripta legum Põticalium. Non enim omnes modi possessionis, seu melius detentionis beneficij, legitimi sunt: & ideo quædam in genere, quædam alia in specie in proba beneficiorum datione obseruari operæpretium est. Primùm, beneficium vacare debet, antequam certum detur, potissimum si per obitum alicuius f: ad euitandas ambitiones, & habendi impias cupiditates, vortumque improbatum mortis captandæ, si de viuientis bonis fieret donatio. Vt in iure etiam ciuili exolæ sunt etiam istæ donationes bonorum viuientium, & pacta de futura successione g, vt suo loco, Deo fauente, tradetur h. Et qui scienter passi sunt, se in viuorum sacerdotum locum poni ab Ecclesiastica communione pelluntur i, & deponuntur k: nisi viuui iusta aliqua ratione depositi sint legitime l: vel impetrentur per incapacitatem, vel alio modo, quàm per obitum. Huc tamen non pertinent nominationes, Academiarm referuatones, gratiæ, madata, de quibus paulò antè dictum est, quæ dant aliquod ius ad beneficia vacatura: nam illa non sunt proprie de beneficio personæ viuientis, cum non respiciant certum possessorem, & multa sint genera vacandi alia, quàm per obitum, per quæ possunt effectum prouisionem illè sortiri. Nos autem de beneficio post mortem alicuius certi, & ex morte illius obtinendo, agimus nunc. Et extat regula cancellariæ 28. quæ dicitur de verisimili notitia, ad euitandas fraudes in beneficijs, & vt ambitiosus via præcludatur, & conscientiæ puritas adsit m. Quæ cautum, vt impetraciones beneficiorum cuiuscunque generis, non possint impetrari à summo etiam Pontifice, ex obitu quarumcunque personarum: nisi post obitum, & ante gratiam seu impetrationem, tantum temporis effluerit, quod interim vacationes ipsæ, de locis in quibus personæ prædictæ decesserint, ad

c. c. 1. de regu. iur. in 6.

f. c. 2. & 3. de concessio. praeb. c. ex tenore, eo. c. detestanda, c. avaritia, eo. in 6.

g. l. fin. de pact. C. l. ex eo, C. de inutil. stip. l. stipulat. hoc modo concepta, de verb. obligati. in P. cum similib. h. in successio. ab initio. i. c. 1. de concessio. praeb. k. cano. in primis, 2. q. 1. & can. eum qui, & can. non fu rem, 7. q. 1. l. ca. eos, 7. q. 1. cano. postquam, 70. dist.

m. istæ rationes ponuntur in proc. reg. hu. ius, de publicata fuit à lo. 23. sum. ponti. Gome. in illa reg. in præfat.

eiusdem Pontificis notitiam verisimiliter poterint peruenire. Quæ regula recepta est in Gallia pro lege, aduersus quam nec Papa in regno dispensat, & ita iudicatur: vno casu dempto, nempe si qui mortuus est, ante resignauerit seu eiuauerit beneficium in fauorem eius qui misit Romam, & obtinuerit beneficium ante impetrationem cum clausula, vel aliâs quouis modo vacet, etiam per obitum eiusdem resignantis, & cum derogatione regulæ de verisimili notitia. Nam tunc mortuo renuncianate ante impetrationem etiam breui tempore, & ante tempus quo fieri nequit, vt verisimiliter tunc peruenerit notitia ad summum Pontificem mortis, tempore impetrationis, valet impetratio illa per obitum, est per regulam 28. cancellariæ de infirmis resignantibus & morientibus intra viginti dies, renunciationem impugnet. Et ita iudicatum sæpe. eò quòd hâc impetrans per resignationem & obitum iustum habeat principium, nempe resignationem, quod tollit suspicionem captandæ mortis: facta tamen numeratione dierum à tempore, quo quis ad curiam summi Pontif. arripuit iter, vsque ad tempus prouisionis vel admittæ renunciationis. Vt illud tempus sit legitimum, etsi à die illa itineris cæpti non sit verisimilis notitia obitus tempore prouisionis: si modò appareat tempore exhibitæ procuracionis vel die præcedente mortuum esse renunciantem, dolo & fraude, & alijs impediendis cessantibus. Hebetque locum hæc regula de verisimili notitia in ordinarijs, vt non possint per obitum conferre, priusquam verisimiliter potuerint cognoscere eum mortuum, ob cuius mortem conferunt: eadem enim rationes in ordinario locum habet, quæ in summo Pontifice. Et ita iudicatum Tholosæ in senatu, & Parisijs. Idemque obtinere in legato summi Pontificis tradit glôf. antiqua in prædictam regulam 28. Quia conuenit saluti animæ hæc regula, & iuri communiti, ne capietur mors alterius: ideò extendenda, & doli, qui in fraudem istius legis sunt, circumcidiendi sunt. Quales hi, qui sunt in curia Romana, vt cum aliquando veniente cursore, is obtinet quidem signaturam, sed & postea singulis diebus impetrat alias: vt post obitum verisimili notitia mortis habita, impetrasse videatur. Quod tamen si detegatur, infirmandum vt in fraudem factum erit. Porro verisimilitudo illa metiendâ est spatio itineris, à loco vbi mortuus est, vsque ad locum vbi collatio facta est: num verisimiliter nuncius mortis eo tempore potuerit peruenire à die vero obitus. Quare hâc iudices locorum interstitia pendere debent, si possit ita celeriter nuncius peruenire communi natura, vel ratione expeditionis cursoris. Sunt enim aliqui cursores, qui expeditis alijs itinera peruolant, diligentiaque maiori perficiunt. Vt memorat Suidas^d, Indacum quandam fuisse sub Leone Cæsare Marciani successore, læua manu robustiore, sed valentissimis pedibus & celeritate præstantem, velociorem Euidæ, Aslopo, Chryssomano, & Echione, & alijs, qui celeritate pedum celebrabantur. *Is enim, inquit, in eundo conspiciebatur, & rursus euanescebat fulguris instar per precipitia, non currenti magis quam volanti similis, quam enim viam, homo mutatis equis perficere non poterat, eam hunc pedibus suis perficere asseruerant.* Narrat & idem Suidas^e, Philippidem cursorem nocte vna mille quingenta perfecisse. Et Heraclitum Perineum ob celeritatem in admiratione fuisse: vnde & pro-

uerbium de vsura: δειλὸν ὁ τίκτος ἀρακλεῖται κενὸν πρέξει, id est, celerius curru vsura Heraclitum Perineo. Inuenit Theodosius Imperator, teste Cassiodoro⁸, quandam virum, animo habitusque corporis fortissimum, qui tanta velocitate veredos agebat, vt tribus diebus peruenerit ad terminos Romanorum & Persarum, & rursus totidem remearet Constantinopolim. Vult constitutio Henrici 2. Regis^h, vt mensarij, quos banquarios vocant, teneantur scribere in registro diem & horam, quibus cursores beneficiorum ad Romanam curiam, vel legatos imperatrici beneficia proficiuntur. Itaque si cursores proberur in individuo diligentia, certè verisimili notitia non erit locus, sed veritati: vt putà, si doceatur tempore mortis in eo loco cursorem fuisse, vbi mortuus, & tempore mortis & eundem cursorem ad locum, vbi impetratio facta est, peruenerit. Ideò verisimilitudo accipitur hâc, non de celeriore expeditione probata: vt si aliquando aliquis eò peruenerit intra breuissimum tempus, non eriam de segnore, sed quod teri vt plerumque solet maritimo vel terrestri cursu diligentij, per cursoresⁱ publicos dispositos, vel priuatos, permutationes frequentes eorum. Quorum institutum & antiquum, & vtile est, quòdque & tribuit Cyro Xenophon^k: Herodotus, Xerxi^l: Suetonius, Augusto^m. Demitur tamen ex verisimili notitia, tempus quo dolo malo post mortem beneficiati, cadauer vel corpus eius celatum est: nam si quis ita celauerit vt interim possit Romam mittere ad impetrandum beneficium mortui per obitum, & præuenire ea arte ordinarium, non recipit impetratio: nisi à tempore, quo cognitus fuit obitus, & ita iudicaturⁿ. Ne quis ex suo dolo lucrum consequatur^o. Quod & arbitror verum, siue is qui obtinuit, ita retinuerit in fraudem, siue ex fraude illa, alius obtinuerit: aliter non potest. Accedit ad superiora alia regula cancell. 20. 9. per quam statutum, vt si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque, tanquam per obitum alicuius licet tunc uiuentis, vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet prouisio dicto supplicanti per obitum huiusmodi de nouo faciendâ, nullius sit roboris vel momenti. Ergo si beneficium impetratur, vel conferatur per mortem alterius, oportet constituisse de morte eius: in alijs etiam conferendis oportet vacent, antequam conferantur. Cum viuentis alioquin suo iure non sint sine causa, vel facto suo priuandi^r. Et rescripta principum, vel aliorum censentur concessa sine præiudicio alterius^s, etsi preces veritate niantur^t. Deinceps beneficia dari purè, palam, liberè & sine diminutione^v: purè, id est, sine pacto & conditione^x, ne simonia locum habeat, quàm puniri valdè diximus in criminibus, dum de sacrilegio egimus. Si palam non fiat, suspecta est collatio in illis, in quibus de fraude dubitari potest^y, in alijs nequaquam: dummodo testibus præsentibus fiat, & secretario, vel duobus præsentibus tabellionibus, vt cautum fuit senatusconsulto Parisiensi anno 1527. 7. Iunii^z. Quare & lata est regula cancellariæ 34. de publicandis resignationibus, ad vnguem in Gallia obseruata^a: qua cauetur, vt renunciatio beneficii facta in curia Romana, publicetur in loco beneficii intra sex menses: si extra curiam, intra vnum mensem, à tempore bullæ expeditæ, non à tempore consensus procuratoris resignantis ad expeditionem illarum computandos, & intra id tempus is, cui

g Cassiod. libr. 74. sacra histo. h Constat. Hæric. 2. de la reformation des prouisions des benefices, an. 1550. mensis Junij art. 9. i hoc explicat Gomef. in d. regu. de verisim. notu. q. 5. k Xenop. lib. 8. Cypriad. l Herodot. in Vrania. m Sueton. in Augusto. n Pap. libr. 3. R. naplo. aref. tit. 4. art. 4. & tit. 10. are. o e sedis apostolicæ, de ex tenore, de rescript. p argum. l. 1. q. 1. quis aliquem de testa. prohib. q hanc sensu explicat Gomef. in reg. de impetrantibus beneficijs. vt. beneficia. vi. noster, Felin. c. in noster, in 17. correptio. de rescript. De Selua in tract. beneficij. part. q. 12. r reg. 6. cancellariæ, de non tolli iure quæf. alteri. 28. s l. 1. si quis à principe, ne quid in loco pub. in l. nec ausus, C. de emanu. c. quæuis, & c. si propter, de refer. in 6. etiam si motu proprio concedatur gl. in elem. si Romanus, de præb. facit l. 2. & l. rescripta, de precem. offer. C. t. l. si de diuer. rescript. li. 1. c. 12. de re. rescript. ap. Greg. v. tot. tit. de eccl. beneficij. ne quasi dimi. nu. confe. c. de monachis, c. de auctoritat. de præb. c. grauis, de prohibem. de censib. x c. si de pact. c. cum pridè, eo. can. quàm pio. 1. q. 2. csn. per laicos, 16. q. 7. y c. vni 5. porro, vt eccl. benef. l. non existimo, de administr. tu. can. clericus, 8. dist. z Rebuff. in rubr. de collato. in concord. in 4. editio. a Idè in Prax. benef. par. 2. ubi. de reg. v. in rationes ad fert. pluriq. se natu. consulta secundum eas collecta ap. Papam, lib. 3. tit.

renunciatum est, adipiscatur possessionem, alioquin suppressio illa collationis seu renunciationis præsumitur fraudulenta. Et si post sex menses, vel vnum, & ante publicationem resignans moriatur in possessione, beneficium dicatur vacare pro eius obitu, nec ex renunciatione ius competat. Obseruandum tamen hanc regulam locum habere, si post vnum vel sex menses resignans moreretur, & post mortem vellet in vim renunciationis resignariarius vt titulo. Nam si post vnum aut sex menses viuat resignans, nihil interest quo tempore publicetur euiracionem, etiam si post triennium vel amplius publicata fuerit, dummodo viuente resignante publicetur, vt sæpe iudicatum fuit^a. Sic electiones clandestinæ reprobantur^b. Forma publicandæ resignationis & prouisiones seu collationes beneficiorum in constitutione Henrici 2. 23. Iulij an. 1550. tit. de la reformation des prouisions des benefices, notaires apostoliques, & c. art. 13. & 14. Vt si de beneficijs collegialium ecclesiarum agatur, fides fiat adeptiois possessionis per secretarium seu scribam capituli: vel in refutatum capituli, per notarium cum duobus testibus. In alijs autè, vt fiat publicatio in suggestu ecclesiæ beneficiij, in mercatibus, & conuentibus publicis illius loci, aut per insinuationem factam quæstoribus sacris ecclesiæ, operarijs, parochianis: vel etiam insinuatis titulis collatoribus ordinarijs, & patronis. In summa formulæ acquirendorum beneficiorum duæ sunt, ad quas alia referri possunt: nempe electio & collatio, quæ institutio aliquando dicitur^c. Electio locum habet in prælaturis collegiarum ecclesiarum, sitq; ad dignitatem vel sacerdotem, sodalitiumve sacrum canonicè, & seruat formam facta vacatio^e. Electio complectitur postulationem & nominationem, & sine his factam vocationem, quæ electio dicitur^f & magis latè & improprie collationem, quandoque & præsentationem^g. Postulatio ad beneficia est præparatiua electionis^h. Atque prout in re beneficiaria accipitur, omissis alijs postulationis acceptationibus. Postulatio est concursus capituli, vel aliorum petito, superiori facta de promouendo aliquem in prælaturam, qui propter aliquod impedimentum vel defectum, quo tamen postulari omnino non est inhabilis, iure communi eligi non poterat. Postulant qui eligere possunt, omnes, vel maior eorum pars & saniorⁱ: qui postulatione semel superiori præsentata, non possunt resiliere ab ea, sed superioris expectant responsum^j. Habetque admittia postulatio vim electionis, vt alia opus non sit, postulatione admittia ab eo, qui ius confirmandi habet^k. Sola tamen postulatio ius non tribuit postulato: quia potest improbari seu reiici per superiorem, si illi videatur: & si approbet, id ex gratia pendet, & fit^l. Nisi forsitan is postulatus valdè sit idoneus, & superioris superioriem habeat, ad quem recurri poterit, vt eius postulationem cogat eum admittere^m. Postulantur autem, vt finitio notat, quibus oportet suppleri vt possint eligi, quandam defectum eius quod desideratur in electo, vt aratisⁿ, natalium^o, quod fit alterius diuicenses clericatus^p: non autem si emendatio vitij vel incapacitatis omnino postuletur^q. Ideò fit hæc regula firmata, postulationem ei superiori fieri tantum, qui possit supplere, & ita dispensare & gratiam facere, aliter inutilis est. Veluti clericus à suo prælato

ab altera diocesi peti debet^r, sic in similibus. Neque ante admittam postulationem, postulatus vt electus seu institutus recipiendus est: alioquin electores, qui id commiserunt, prouiantur potestate eligendi^s. Nominatio, est duorum, trium, vel plurium vt idoneorum electionis causa, delectus^t, & expressio. Nominatio certitudinem personarum, vel per nomen & cognomen, vel alio modo, vt intelligantur, sine dubio demonstrat^v. Dico, duorum vel plurium: quia & vnius interdum potest nominari, sed illius nominatio est potius electio, ex qua acquiritur ius aliquod nominato^x. Sic hodie rex ex conuentionibus Gallicis debet nominare Papæ vñ grauem magistrum seu licentiarum in theologia, aut iurium doctorem, aut in altero iurium licentiarum, & legitime aratis, ad prælaturas & alia beneficia maiora electiua, iuxta formam cap. quia propter, de electio. Huiusmodi nominatio est, ea electio, quæ fit tractatæ & deliberatione antè habita in creato rectoris, & decurionibus^z: quæ tribuit ius, licet aliquando non sit perfectum, si confirmatio petenda vel appellatio sit interposita: vt ex causa, potest aduersum nominationem intercedi^a. Nominatio academiæ ad beneficia vt idoneos, plures graduatos, quibus debentur ea beneficia, quæ certis & definitis mensibus vacant^b, vt etiam antè diximus. Ideò horum nominatorum nominatio dicitur ius quoddam, nominatio legitime qualificato, beneficia certo tempore ei præstituta vacantia, petendi & acceptandi, competens, vt definitur & explicat Rebuffus^c. Postulatio affinis videtur nominationi: quia vt plerumq; ante præsentatam vtramque, in vtraque admittitur variatio, postea nequaquam^d. Sicut nec electione publicata, eandem non licet mutare electoribus^e. Tamen in postulatione pro defectu aliquo, & vnus sit delectus, & præsentatio in nominatione plurium vel duorum, inter quos & primo nominatus censetur dignior^f: quibus nec postulatio conuenire potest^g. Electio ex modis legitimis præcipuus est, quo beneficia conferuntur: nemo enim sibi sumere debet honorem, nisi vocatus à Deo, tanquam Aaron^h. Fitque ex pluribus: nam vbi vnus tantum, vix electio saltem proprie dici potestⁱ. Vocatio potest hæc legitima, in triplici forma est^k. Anterior est per spiritum sancti inspiratione qua imitatur Dei, Domini nostri Iesu Christi electionem discipulorum & apostolorum^l. Et eam, quam apostoli vndecim de duodecimo in locum Iudæ Iscariotidis fecerunt. Hæc videtur ea esse, in qua omnes eligentes communitè in electione sine vitio celebrata, in vnum consentiunt^m: nempe tractatu prius habito. Quemadmodum vnanimis Christiani elegerunt septem diaconos, tempore apostolorumⁿ: & ipsi ecclesiæ maiores Paulum, & Barnabam, Silam & Iudam^o. Secunda electionis forma per viam scrutiniij^q, in qua moris est omnibus eligentibus in vnum conuocatis, ab iis tres deligi ex collegio, qui exquirant seu scrutentur vota, singulorum separam, & ferretò, eaque per se vel tabellionem scribant, & postea publicent, publicata conferant, & numerent vota. Quibus prædictis, vnus de capitulo omnium nomine seu capituli, per verba numeri singularis eligit^r eum, in quem maior & sanior pars capituli consensit^s: non quem minor pars eligit, quamuis maior pars postea subuequentem

a cano. literas, 63. dist. ca. electio, 86. dist. cano. fraternitatem, 71. dist. s. c. bonæ memorie, c. 23. de electio. r cano. 87. dist. archid. in cap. nulla, de electio. in 6. & ca. quanto, col. 1. 61. dist. v. l. 1. & seq. de lib. & postu. in p. 1. certum, si cert. p. x. c. cum olim, de re iudic. in ca. quanto, 63. dist. & in c. constra, 16. q. 7. 5. d. de reg. ad prelatur. nominat. z vti in præterea, vt iudi. sine quoq; suff. in auth. l. nominatio. nes. C. de decurionibus, lib. 10. tit. de pte. nominatio. no. lib. 10. tit. l. vn. si pro. in iudic. facit crea. li. 10. C. l. vn. de portio. ad num. nominatio. lib. C. b. s. volumus, & s. præterea, & s. mon. mus de col. in concord. c. Rebuff. in tractat. nominatio. q. 4. & seq. & probatur per d. s. præterea, præterea, que ordinarij, de collat. d. c. bonæ, in 2. de postu. prælatur. c. alderi. consilij. incip. an nominat. rubric. de electio. Bartho. in l. absenti, de donat. in p. e. publicatio, de elect. f. ca. quorundam, de electio. in 6. g ca. 1. de postu. prælat. in 6. ca. innovit. de de ele. ap. Grè. h ca. qualiter, de electio. i Panor. in ca. ecclesia Vulterrana, nota. 2. de elect. c. eo. ca. congregatio, 16. q. 1. l. ca. quis propter, 2. dist. c. quia propter, de electio. l. Mathe. 10. Luc. 6. Mat. 3. & 6. m Actuum, r. n. c. quia propter, s. nihil, de concess. præben. o Actuum, 6. q. Actuum 15. q. dict. c. quia propter.

a Pap. in Rhap. fod. areh. lib. 3. tit. 4. arefio 1. & 3. b ita iud. cum refert. Pa. pus, l. 3. tit. 4. Rhaplo. arefio. aref. 2. & 3. Rebuffus, in 5. declarates, ad verb. iure præuentio, de col. lat. in C. cõor. Et nota, quia contradiam alias iudicatum in Rota. Et hæc q. late examinat. in reg. de verisimili notitia. c Pap. d. lib. 1. tit. 4. art. 6. hæc etiam tenet & disputat & soluit cõtrariam sententiam in reg. de verisimili notitia obitus, q. 1. Decius c. 6. si. 199. incip. in causa domini, col. fin. Ioan. Francis. de Sancto Nazario de Ripa, cons. 7. post in tit. de legib. & iõ ga consue. An te omnes glôfator antiquus pragmat. sanct. titu. de collatio. in ver. faciendas. d Suidas, in Indaco. e Suidas, in Hippia. f Idem in ver. 2. 47.

a cauditis, c. 29. eo. arg. ca. quanto, & ca. ptebs, 63. diff. ca. licet. q. r. c. in Genesi, cap. 30. quia propter, de electio. b. elem. in causis, de elect. c. cum dilecti, s. verum de test. c. bonae, in 2. s. fin. de post. prel. c. e. cum contingit. de arbitra. d. e. quia propter, de elect. e. cap. cum dilecti, eod. cap. cum expediat, eod. in 6. f. c. fact. in 1. de electio. in 6. c. cum ab vno, de re iudi. in 6. g. c. si cui, ca. 23. de electio. in 6. h. c. in causis, ca. no. de elect. ap. Grego. i. c. cum dilecti, c. 3. eod. glo. in d. ca. si cui de elect. in 6. in ver. concilium. l. c. bonae memoriz, in 2. c. 56. ca. quod sicut, c. venerabilem, de electio. ap. Greg. cap. cum olim, de arbitri, cap. obeuntibus, 63. diff. m. c. constitutus, de appell. n. can. Genesi, c. bonae memoriz, de elec. c. cum in elec. c. sis, cap. 37. de praeb. in 6. o. d. can. quia propter, vide. can. factus est, 7. q. 1. p. c. cum inter vniuersas, de electio. q. vt in c. ne defectu, de electio. & latius sup. r. glo. in c. eorum dilecto, c. 37. in ver. in provincia, de electio. s. c. cum terra, de electio. ca. in causis, cap. auditis, capit. in Genesi, eod. tit. r. capit. qua fronte, de appellat. v. Boer. q. 1. num. 6. & 19. x. capit. final. de sorte, & ibi Doctores, lib. 5. Decret. tit. 21. cano. non statim, & ca. non exemplo, 26. q. 2. y. l. si cum a n. bo. fam. er. c. l. ca. in p. l. si quis sunt, c. e. mu. de leg. a. z. s. i. de reg. ad p. lar. nominat. a. can. si quis deinceps, 16. q. 7. cap. Messina, de elect. cap. laici, cap. nullus, cap. Adrianus, cap. Valentianus, 63. diff. b. cap. l. ca. & cap. l. ca. fin. 63. diff. in nomine, 23. diff.

consensum ratificauerit. Nam ratificatio consensus in electione tantum recipitur in his, quae praecedunt & sequuntur electionem, non quae ipsam respiciunt: in singulari enim consensu diuinitus videretur inesse. Tertia eligendi forma compromissa, quando per compromissum aliquibus iure idoneis clericis conceditur eligendi potestas: vel determinate, veluti ea lege, vt compromissarii eligant secundum vota singulorum, quae scrutari tenebuntur, aut alio modo: vel absolute compromissa in eos facta. Qui per vnum quoque electionem declarant eius, qui vicit numero votorum. Nec reuocari potest haec potestas compromissa data re non integra. Sicut & perfecta a compromissariis electione, compromittentes tenentur admittere electum ab illis, nisi contra formam compromissi appareat electum. Istarum trium electionum formula vna necessario adhibenda est in praesentibus, & episcopis eligendis: in minoribus autem beneficiis electiuis, istae solemnitates ad vnguem sequendae non sunt, sed sufficit maiorem partem & saniorum eorum, qui eligere debent, consensisse in electum. Omnibus scilicet electoribus conuocatis: nam facta electio non vocatis omnibus, etiamsi vnus tantum omittatur, irrita est. Quae non obstante poterit fieri secunda electio. Et ita vocandi illi, qui commodum vocari possunt, vt qui sunt in prouincia: nisi periculum sit in mora, si prouincia latius pateat, quam expectari vocandos patiatur eligendi necessitas, vt quia tempus ad eligendum posset elabi. Adhibendaque erit & consuetudinis in eligendo antiqua obseruatio, num vocentur absentes. Sicuti & quando de loco, vbi fieri solita est electio, quaeritur: quamuis honestas est fieri in ecclesia. Erant antiquis etiam consuetudines aliae circa electiones, vt fierent vel scriptis breuibus, vt apud Occitanos: vel forte, vt electus forte D. Mathias: prohibita deinceps in ecclesiasticis electionibus. Exemplaque inspiratione diuina perfecta, in consequentiam trahi non debent, vt deinceps temerariae & casuali committantur improbitati, etsi in libris dirimendis, & vbi aequa iura concurrunt, pacis causa permittantur aliquando sortes. Breuiter per anacephaleosin, in electionibus considerabimus beneficia vacantia, personas, & actum eligendi. Beneficia debent esse electiua, non alterius generis: rursus, maiora electionum aliquam formulam. quia propter, de electio. exigunt, alia non tantam. In Gallia electiones ad praelaturas sublatae sunt, & postulationes, & ius eorum ad nominationem regiam translatum est: in aliis aliquando recepta. In personis consideramus eligentes, & eligendo, vt sint idoneae. Quibus porro non inhietur electio expressae, permissa est. Prohibetur itaque laicis, etiam regibus & principibus in beneficiis. Aliquando tamen propter schismata & ambitionem ecclesiasticarum personarum, & ob populi temeritatem, & duram ceruicem, & odium in ecclesiasticas personas, potissimum nascente ecclesia, cleri & populi adhibitus est consensus & testimonium, vt omnibus episcopi & clerici probarentur: vt alibi superiori libro diximus in episcopo. Sic apud Ethnicos pontifex maximus, & rex sacrificulus, & flamines a populo creati seu electi: pontifex quidem, tribus comitiis: rex, centuriatis: flamines, curiatis: tum quum reliqui sacerdotes a collegiis cooparentur. Quos omnes postea Cneus Domitius ad comitia populi tributa transfudit anno ab vrbe 611. Mario & Oreste Coss. Cuius legem post a Sylla sublata, & iterum a Tiro Labieno trib. pleb. Cicerone consule relata, iterum M. Antonius consul post Caesaris dictatoris necem abrogauit. Qua in sequenti anno, vna cum caeteris Antonianis legibus, senatusconsulto sublata, res iterum ad populi comitia rediit. Post decessum Iulij Caesaris, inquit Dio, veritus Lepidum M. Antonius, ne in actiones suas inquireret, Pontif. Max. constituit: quod ut facilius efficeret, electionem summi Pontificis iterum a populo ad Pontifices transfudit. Author Dionys. Halicarnassaeus, ex lege Romuli cautum, vt a curiis singulis sacerdotes eligerentur. Et hoc ipsum inter Christianos aliquando populo, aliquo modo, concessum diximus. Verum paulo post reum experientia docuit, quantum corruptionis, & vanitatis, & temeritatis esset in populo: & ideo nec eius voces esse admittendas placuit, neque eius requiritur consentum, nisi forsitan post electionem, vt probet, admittatur. Principibus aliquid iuris ex privilegio & propter beneficia in ecclesiam apostolicam concessa, indultum est, potissimum Gallicis, vt archiepiscopi electi & episcopi, suarum prouinciarum ab illis inuestituram acciperent. Vtque occurreretur haereticis, & tumultibus, neve praeponebantur illis in seipsum, qui regno insidiari possent. Hoc ipsum privilegium & ad Hispaniarum regem prorogatum. Verum electio illis partim adempta, partim ab illis sponte eiurata, & canonicis, capitulo, & religiosis ecclesiarum concessa: legibus illis imposita, & formulis ex variis capitulis, de quibus ante dictum est, & nuperim ex concilio Basiliensi titulo de electio. Quibus tamen derogatum in Gallia concilio Lateranensi, concordatis summi pontif. & regis, in praesentibus, in §. 1. de regia ad praelatu. nominat. non in aliis electiuis. Et hodie etiam reguli Andium, & Alenconius hac nominationis praerogatiua vtuntur in suis ditionibus, regis permisso, sed ita, vt huius nomine ac postulatione diploma pontificum postuletur. Cesserat & hoc ius nominationis rex Galliarum in constitutionibus comitiarum Aureliae habitorum, art. 1. episcopis & archiepiscopis, quibus permissa electio, nempe vt vacante episcopatu nominarentur per archiepiscopum prouinciae, capitulo, per nobiles electos ab vniuersis dioeceseos nobilibus, & per duodecim ius electos a reliquis ciuitatis episcopalis ciuibus, vel archiepiscopalis, si de archiepiscopatu ageretur: & per alios eius archiepiscopatus episcopos, in vnum coactos, nempe tres vtriusque idonei & sufficientes regi, qui ex illis vnum nominarent summo pontifici. Verum illa constitutio malo maximo regni contemnitur, & sine electionis huius formula rex, vt antea, nominat sum. pontifici praelatos. Sed haec nominatio alterius iuris est, quam electionis, in qua id firmum, laicos non posse eligere, nec haereticos, suspensos, quibus interdictionem ne eligat absque superioris auctoritate. Qui semel indignum scienter elegerunt, non repetunt etiam electionem. Nec eligunt negligentes, post

post tempus eligendi elapsum. Item nec excommunicati maiori excommunicatione, aliter si tantum minori: item interdicti, vel qui scienter sine privilegio in loco interdicto celebrantur. Pupilli in ecclesiis cathedralibus, qui non sunt subdiaconi, non habent vocem in capitulo, vel in electione: nec in ecclesiis regularibus, qui regulam expressae vel tacite professi non sunt: nec conuersi: non procuratores nomine absentis iuste impediti, si habeat votum scriptum, aliter contra. Personae autem quae non possunt eligi, generaliter illae sunt quae beneficia illa, ad quae eliguntur, possidere nequeunt. Sic non eligitur illegitimus, excommunicatus maiori vel minori excommunicatione, laicus, suspensus interdictus, alia ex vitio reprobatus, neophytus seu non professus, si de regulari ecclesia agatur. In episcopum tamen eligi potest nouitius. Neophytus tamen in fide, qui nuper fidem amplexus est Christianam, in episcopum eligi vel ordinari non debet. ne in superbiam erigatur. Nec is qui morbo contagioso laborat incurabili: plura habens cum electiuo incompatibilia beneficia: qui non est de eadem societate & collegio, seu, vt dicunt, de gremio ecclesiae vacantis, si in ea sint idonei: Hoc tamen de honestate, non de necessitate: nam & de alio idoneo electio facta valet. Non eligitur rursus illiteratus in episcopum, non concubiniarius, & ex concilio Basiliensi, qui actualiter, vt dicunt, id est re ipsa in sacris ordinibus non est constitutus. Modus eligendi, & actio ex formulis constat: sed explicio breuius, primum debet vacare ecclesia, & vidua esse pastore, & pastor qui decessit sepeliri, ante enim electio facta non valet. Dehinc intra tres menses ad electionem perueniendum. Debent in ea adesse qui ex capitulo vel collegio, & alij qui adesse solent: & si quem alium capitulum velit vocare, qui de iure interesse non potest, vna oportet electuros conuenire. Ideo qui in loco, vel ciuitate, vbi electio facienda est, degunt, vocantur vel citantur ad sonitum campanae, vel more solito, quo congregatur capitulum. Absentes canonici vocantur, vt in actu alio capitulari. Quidam secundum tempus & loci intercedentem in prouincia existentes, vocantur ad diem certam, & expectantur: si mora iuri electionis non praedicitur, & si commodum vocari possint, idque per litteras, vel per nuncium fit, monitione facta vt ad electionem veniant die & loco certis. Si non veniant absentes iusto impedimento prohibiti, vel sine iusto, consentientibus aliis canonicis possunt per litteras absentes voces suas committere: si modo committant vni de capitulo: nam extra-neo non possunt inuitis canonicis praesentibus. Dico autem posse voces absentes per lit-

c Vide Manutiu, in suo lib. de legib. & Ca. tol. Signon. lib. de antiq. iure ciuili Roma no. c. 9. d. Dio Cass. li. 44. h. l. c. Dio. Halic. lib. 2.

f. c. 2. de elect. ca. si ergo, 2. q. 1. c. decernimus, 16. q. 1. de iur. i. c. de pen.

g. can. Adrianus, & seq. 63. diff. c. hinc est etiam, 16. q. 1. h. can. cum lo. ge, 63. diff. i. c. ego Ludouicus, ead. dist. k. cano. sacrorum, eod.

l. Rebus in s. monasteriis, in ver. capitulis, de reg. ad prela. nomina. in concord. m. Chopin. de doman. lib. 2. tit. 20.

n. ca. fin. q. 1. o. c. cum dilectis, 5. quia vero, de consuetu. capitu. cum bonae, de sta. & qual. p. c. fin. de electio. q. cap. cum in cunctis, c. in nouit, de elect.

a cap. ne pro defectu, eo. b. c. constitutus, de appell. c. fin. de cler. excom. mini. d. capit. cum inter, de elect. e. cap. is qui, de senten. excomm. in 6. f. cap. ex eo, de electione in 6. g. capit. vt hi qui, de atate & qualitat. in clem. h. cap. ex eo, de electione in 6. i. Federi. consilio, per cap. est Christus, ibi vos & conuersi, quod esset frustrator, & c. de iure in. k. c. si quis, de electione in 6. l. cap. cum in cunctis, de electione, cap. in nouit, eod. m. c. ne constitutus, in 1. ad appell. cap. fin. de cler. exc. n. c. qui quis, de elect. nisi ex causa, can. statutus, 5. 2. 1. diff. o. cap. 1. de post. prel. cap. cum dilectus, de consuet. cap. cum inter, de elect. p. e. gratum, de post. prel. c. super eo, de electio. q. c. cum causam, cap. cum in magistrum, cap. ad nostram, de electio. cap. nullus, eod. in 6. e. clem. cum ratione, eo. ca. no. miserum, 61. diff. r. dist. cap. nullus, de electio. in 6. s. cano. sicut, 48. diff. t. cano. 1. ead. dist. 1. ad Tim. 3. v. cap. cum inter canonicos, de elect. c. tua, de cler. x. q. 1. c. e. dudum, in 2. s. insuper, & s. pen. & fin. de elect. y. c. ne pro defectu, in fin. a. contra. sent. de electio. z. Hostien. in summa, in 5. quis eligitur, de electio. cap. cum inter, eod. a. can. episcopum non oportet, 61. diff. cap. cum in cunctis, de electio. cap. nisi cum pridem, s. nec pro defectu, de renunciat. b. can. fin. 33. diff. can. maritum, & ibi glo. 34. diff. c. c. cupientes, de elect. c. vt circa, c. quae sint, eo. in 6. can. non furem, 7. q. 1. can. Notianus, eod. d. cap. bonae, in 2. & ibi glo. de electio. e. c. ne pro defectu, & cum in cunctis, eo. ca. postquam, 50. diff. ca. obeuntibus, 61. diff. f. ca. in Genesi, ca. in ecclesiis, 2. ca. Cumana, ca. congregato, cap. bonae, in 2. de electio. c. cum ecclesia, de cau. posses. cap. constitutus, de appellat. g. c. scriptum, de elect. h. d. c. in Genesi, c. quamquam, eod. i. c. in causis, eo. k. auth. hoc ius porrectum, & ibi Barth. & Docto. de sacrosan. eccl. C. l. c. cum in ecclesiis, de praeb. in 6. c. cum inter, & c. ne pro defectu, de electio. c. licet, s. si autem, eo. m. glo. in cap. coram, & c. Cumana, de electio. n. c. scriptum, cum gl. & c. quia propter, de elect. c. si quis iusto, eod. in 6. o. d. c. quia propter, & ibi glo. & Docto. p. c. constitutus, de appellat.

teras committere, non per litteras dare vel exprimere. Conuenientes itaque hoc modo legitimi electores, & eorum procuratores in ecclesia, ibi Spiritum sanctum inuocant: & concilium Basiliense idem audire debere eisdem primum missam de spiritu sancto tradit. Quem humiliter inuocare debent, vt dignum pastorem possint eligere. Et proinde requirit esse eisdem contritos & confessos, & sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi corpus praesumpisse. Ingressi conclauae, debent tractatum habere de modo futuro electionis, an per viam compromissi, an scrutiniij, aut spiritus sancti sit facienda. Et ex concilio Basiliensis forma iurabunt in manibus eius, qui capitulo praesidebit, ipsaque praesidens in manibus eius, qui proximam eum sequitur: quod promittant Deo & sancto, sub cuius nomine dedicata est ecclesia, se electuros, quem credent futurum ecclesiae in spiritualibus & temporalibus vtiliorem, nec promissione, vel datione alicuius rei temporalis, vel prece, aut aliter qualitercunque directum vel indirectum facturos. Dehinc procedendum ad scrutiniij vel compromissi formulas, vel via spiritus sancti, vt superius dictum est. In via scrutiniij tres scrutatores de capitulo, plures vt pauciores, dum tamen vnus solus non sit, constituendi sunt, & de eo conscribi debet instrumentum publicum. Subinde scrutatores secedant ad angulum ecclesiae, vel loci, eod separatum compellant singulos vocem habentes, incipientes ab eo, qui primam habet electionem. Ibi que quemlibet moneant, vt femotis odio, timore, amore, pretio, prece, in eum consentiant, qui magis ecclesiae vtilis, & idoneus videbitur, adiurantes vt id faciat per Deum viuum, & sanctissimam Trinitatem, patrem, filium & spiritum sanctum, sub animae suae periculo. Respondetque tunc quilibet examinatus, credo talem esse meliorem, & eum nomino & eligo in pastorem. Et haec omnia in formam publicam redigantur. Postea scrutatores inter se conferre debent de meritis eligendi quae visa sunt canonicis, collatione facta numeri ad numerum, zeli ad zelum, eligere debent eum, in quem maior pars capituli consensisse videbitur. Atque canonici singuli se debent subscribere instrumento electionis scrutatorum. Qui postea publicant electionem, vel nomine suo iubent publicari capitulo. Publicatio porro electionis bis fieri debet, in capitulo coram canonicis, & iterum pulsata campana ibidem per vnum ex scrutatoribus publicatur coram clero & populo ad pulsam campanam conuocato. Hac peracta decantari debet hymnus, Te Deum laudamus. Decantato hymno, episcopus, si praesens est, ad altare portatur ecclesiae cathedralis, & ibi in cathedra episcopali constituitur. Nisi electus consentite recuset electionem, vel post consensum renunciet iuri suo, aut forte diem claudat extremum, aut propter occultum eius vitium antea irritetur electio: quibus casibus, electores, qui iam functi erant officio suo infra iuris terminum eligendo, habebunt ad dissentiu, renunciatione, morte, vel irritatione, ac si vacatio noua esset, tempus integrum ad aliam electionem celebrandam.

q. c. si quis iusto, in fine, & ibi inter p. de elect. in 6. r. c. cum terra, de elect. s. s. i. cod. in pragmat. sanct. t. In extranea. Ioann. 22. d. c. quia propter, s. nisi, de elect. v. dist. c. quia propter, 44. q. 1. x. hac Bartachinus, tradita. de episcop. 1. par. 3. lib. num. 1. 2. & 3. y. ca. quod sicut, de elect. c. qua fronte, de appell. 2. cauditis, de elect. a. iuxta c. accusatoris, 4. q. 5. & ca. qualiter, 11. q. 3. b. iuxta c. quia propter, de elect. & c. in Genesi, eod. c. c. in causis, c. cum inter, c. quia propter, eod. d. d. ca. in causis, & d. c. cum inter, & can. licet, 8. q. 1. e. Renuntiare potest electio, nisi priusquam ad superiores referatur examina, ca. cum inter canonicos, de elect. c. inter corporalia, de transf. episc. c. 2. de reff. in in. regum. f. ca. si electio, c. 2. de elect. in 6.

De

De confirmatione electionis. Caput 13.

- 1 Confirmatio sequitur electionem. Confirmatio dat administrandi ius, eod.
2 Confirmatio a quo fiat.
3 Capitulum sede vacante quando electos confirmet.
4 In confirmatione faciendae qui vocandi sunt.
5 Confirmatio quid.
6 Legatus sum. Pontif. etiam confirmat in provincia sibi directa.
7 Pontif. summi electio non habet confirmationem. Imperatoris electionem Papa confirmat, eod.
8 Confirmatio: exigitur electo ante administrationem, alias priuatur iure questio.
9 Abbas electe ante confirmationem possunt administrare.
10 Confirmatio non validat inuvalidam electionem.

Confirmatio sequitur electionem, tribuitque ius administrandi: ius enim competit electo ex electione. Ita electio praelatum facit, sicut & imperatorem. Confirmationem concedit superior, vt episcopus, & alij superiores gradatim, & capitulum sede vacante episcopali: quia confirmatio est iurisdictionis episcopalis, quam exercet capitulum sede vacante. Imo si electio alicuius dignitatis pertineret ad capitulum, & confirmatio ad episcopum, vacante sede capitulum eligeret & confirmabit, quia duplici iure fungitur. Verum hic obseruandum, capitulum sede vacante, electos confirmare posse in ecclesiis inferioribus, vt abbas: sed electum episcopum non exemptum non confirmat, sed archiepiscopus, etiam si non fuerit consecratus: Archiepiscopus, Primas seu patriarcha & Papa. In exemptis Papa aedeundum, vel eius in ea provincia legatus: si modò exempti immediatè subsint Papa, contra si mediatè, vt sunt prouinciales, ministri ordinis minorum, qui quamuis sint exempti, tamen habent generalem ordinis superiorum, a quo debent confirmari. In confirmatione faciendae, ante ciendi, seu vocandi ij, qui intercedunt seu se opponunt electioni, nominati quidem, si nominati intercedant, vel si electi ab aliqua tantum parte sint: quòd si omnium concors sit electio, generaliter vocari debent ij, qui possunt vel velint aliquid electioni obicere, vt stato die & loco, quibus confirmatio faciendae erit, veniant dicturi causas improbationis, electionis, & impediendae confirmationis. Electio dat principium, confirmatio perfectionem, ingressus officij possessionem. Sic confirmatio secundum Cardinalem, est iuris quæsti per electionem corroboratiua declaratio. Quare ab eo fit generaliter confirmatio electionis, qui immediatè eligentibus præcist, vt & Papa confirmat electos ad dignitates, quæ immediatè subsunt Romano pontifici, siue episcopatus, siue abbatie vel alia sunt. Tradunt quoque & iure concursus summum pontificem posse confirmare electiones ecclesiarum aliarum, quæ sibi immediatè non sunt subditæ, & eius legatum in provincia sibi decreta: quia & is in ea provincia concurret cum ordinario. Summi pontificis electionem nullus confirmat: quia superior ei nul-

a e. postquam, de electio. b c. r. an. iust. fam. cap. nihil est, eod. c. cum iam dudum, de de præb. c. n. de elect. in 6. not. gl. in ca. quanto, 63. dist. quam sequitur Panor. in ca. c. quod autem, & cap. nobis, de iure patron. d. ca. legimus, 93. dist. n. can. n. osti, de electio. f. c. cum olim, de maio. & o. bed. g. c. r. de sede vacante, in 6. h. r. & Docto. in c. penul. de supp. neg. i. præ. lato. Reb. in 5. si quia vero in ver. d. i. p. o. s. i. t. i. o. n. e. s. de coll. in concord. i. l. i. c. o. n. s. u. l. de adop. p. k. d. cap. cum olim, de maio. & obed. ca. l. ind. 64. dist. e. cum dilectus, de elect. l. can. quonia, 100. dist. cap. nosti, c. r. an. iust. fam. de elect. m. e. quia igitur, & ibi glo. 63. dist. c. i. de trans. episc. n. c. i. abbat. de elect. in 6. o. vide Angel. Clau. in ver. confirmatio, i. num. 4. p. in ca. fin. de elect. in 6. cap. bonæ memorie, in 1. eod. ap. Grego. c. i. s. i. a. d. a. eod. in præ. l. a. n. t. i. c. i. d. e. i. n. r. u. b. r. i. de elect. col. fin. r. Card. in clem. 1. s. nos itaque, de nota. de iure. i. s. ca. nihil, de elect. cupi. tes, eo. tit. in 6. vbi forma confirmatio nis huius. t. Rebu. in s. monasteriis in ver. solent, niter peti, de reg. ad prælat. nominatio. in Concord. per can. ad Roman. 2. q. 6. can. cuncta per m. d. m. & c. per principalem, v. q. 3. v. Ioan. And. in d. c. nihil, per c. si abbatem, de elect. in 6. v. ca. 2. de off. legat. in 6.

lus est: is tamen imperatorem confirmat. Ceterum confirmatio necessaria est, nam ante eam administrans cadit à iure suo: ei per electionem in dignitate acquisito, siue tanquam praelatus per se aut per procuratorem, aut tanquam æconomicus regimen vsurpet in spiritualibus. Exceptis electionibus abbatissarum, in quibus abbatissa à maiori parte monialium electa, pendente confirmatione propter controuersiam, num rectè electa vel malè sit, potest administrare in temporalibus & spiritualibus: dummodo interim de rebus monasterij nihil alienet, & non recipiat aliquam monialem. Similiter si confirmatio esset à summo pontifice petenda, & longissimis interstitiis distaret episcopatus à curia, potest licita esse administratio, citra alienationem tamen: si electus non sit in mora petendæ confirmationis, quo casu habet locum pœna iuris. Mora autem fieri videtur, si post præstitum consensum, cessante legitimo impedimento, confirmatio non petatur intra tres menses ab electoribus, vel ab ipso electo, vel ab alio pro eo. Si autem confirmatio petenda est à summo pontifice in cathedralibus & regularibus ecclesiis, seruanda est formula c. cupientes, de electio. in 6. Quærit autem non inutiliter Barthachinus, num inuvalida electio per confirmationem valida fiat? Distinguit & soluit, inuvalidam ratione personæ electi non validari confirmatione: contra, si inuvalida ratione eligentium. At si nulla sit electio ratione formæ, & eligens eius qualitatè sit, qui possit illud munus concedere, validatur, si confirmatio sit ex certa scientia, aliàs minimè: at si eligens non possit illud concedere, nõ validatur per confirmationem. Verum quodcumque inuvalida sit electio, si ea non confirmetur in iudicio contradictorio, firma est: non idem tamen perpetuò, si summariè & de plano.

y ca. 1. 23. dist. 2. c. venerabilium, de elect. a ca. avaritia, eod. in 6. b c. indemnitatibus, 43. 5. si verò, de elect. in 6. c ca. nihil, de electio. d c. avaritia, eod. in 6. e c. quàm sit, eod. in 6. f Bartha. in 4. part. secundæ part. princip. lib. 3. de episc. nu. 12. g per l. si constat, de appell. h per l. ex consensu, s. i. eod. tit. i Innoc. in ca. nihil, de elect. Bartha. in d. l. si constat. k Bald. in addit. ad Specul. de appell. ver. per definitiua. l Innocent. in d. c. nihil Ioan. And. in c. si de elect. in 6.

De consecratione, & benedictione. Cap. 14.

- 1 Consecratio praelati sequitur confirmationem, non contra. Consecratio quid, eod.
2 Episcopi consecrari debent. Abbates benedicuntur, non consecrantur, eod.
3 Episcopus ante consecrationem quæ possit. Abbas ante benedictionem quæ possit, eod.
4 Abbatie non omnes egent benedictione
5 Abbatibus beneficia ante possessa incompatibilia, eius confirmatione vacant. Episcopi possunt sua beneficia possidere vsque ad consecrationem, vel consecrationis tempus, eodem.
6 Consecratio praelatorum non differtur ultra tres menses.
7 Episcopus à quibus consecratur.
8 Archiepiscopus à quo consecratur.
9 Papa, patriarcha, primas à quibus consecratur. Imperatorem quis coronet, eod.
10 Consecrandi episcopi modus, & tempus.

Confirmatio consecrationem praelati debet præcedere, non sequi in iis quibus consecratio accedit: aliter non valeret. Quia consecratio est, perio-

m ca. prouida, de elect. in 6. gl. & Docto. in c. cum olim, de dolo.

vacans id beneficium quod per commendam sibi referuare videtur summus Pontifex. Tamen in Gallia contrarium verius. cum commendatarius ad vitam à summo Pontifice impetrans, similis vero titulario sit, & omnes referuaciones in Gallia fuerint sublatæ. Vacatio pluribus modis inducitur, quorum aliquos colligit Rebuffus. Sed vt facilius intelligantur, dico beneficia vacare, aut ipso facto tantum, aut ipso iure, aut per sententiam, aut iure & facto simul. Ipso facto tantum non iure, vt si quis vi vel metu coactus eiurauerit beneficium, vel de possessione deturbatus: nam verè non vacat, vel si metu regis, enunciet. Item quando beneficium collatum est absenti & adhuc non est acceptatum: vacat enim de facto, non de iure. Ipso iure vacat & amittitur beneficium, quando per iuris constitutiones quis priuatur beneficio, eo ipso quod fit ab aliquo, & quando propter ipsum factum sine sententia priuationis: illud potest ab Episcopo, vel alio potestatem habente, conferri: quamquam is qui ipso iure priuatur de facto beneficium possideat, nec possit ab ea reali detentione sine vacatione priuari. Porro ipso iure vacat, vel ex quasi delicto titularij vel ex delicto. Et quasi delicto primum, si sine dispensatione quis consecutus sit beneficium habens curam animarum, habens aliud simile antea, quod vacabit: si sit dispensatum, contra. 2. Eodem modo vacat per coniugium beneficiati. 3. Si intra annum, post adeptam pacificam possessionem Ecclesiæ parochialis, citra impedimentum, non promoueat ad sacros ordines & prebyteratum: post annum enim vacat ipso iure, & impetrari potest, incipiente anno à die pacificæ possessionis. 4. Irrita electione, tamen ante annum, cum alio permutat & eiurare rectè potest in fine anni possessor. 5. Vacat prior Ecclesiæ, consensu adhibito per Episcopum translationi, scilicet adeptæ possessione. 6. Ingressu religionis. 7. Si electus intra mensem non consentiat electioni oblatæ, vel intra tempus ad id sibi præstitum. 8. Vel si post consensum intra tempus trium mensium non petierit confirmationem. Et si intra tres alios post confirmationem, non petat consecrationem. 10. Si non publicatur suo tempore intra sex menses renunciatio facta in curia, & extra, intra mensem. Per delictum ipso iure amittit quis beneficia, & ea vacare dicuntur. Primum si per simoniam ea adipiscatur, ea que sit manifesta, diuersum enim in occulta. 2. Si sit possessor hæreticus. 3. Si falsarius. 4. Si falsarius literarum Apostolicarum. 5. Si percutiat, aut prosequutus sit cardinalem. 6. Si propria autoritate & vi beneficia adipiscatur. 7. Calumniatus electionem, nec probans accusationem, & intra tempus triennij, per quod ob id suspenditur, si se ingerit administrationi. 8. Si Sodomita. Et in his tantum delictis vacant beneficia ipso iure, per delictum: in reliquis sententia, quæ priuationem statuat, desideratur, antequam vacent, vt notant interpretes. Neque etiam ob quodlibet crimen, huiusmodi priuationis sententiam ferre oportet, sed ob grauiora, in quibus iudici canones permit-

tant. Proinde et si quis de crimine aliquo condemnatur, quod non inducat ipso iure vacationem, tamen non censetur vacare eius beneficia: veluti si reus homicidij capitali sententia damnatur. Igitur hæc annotandæ differentie singulares, inter vacationes, quæ sunt ipso iure, & quæ per sententiam seu declarationem vacationis. Quod quando vacatio ipso iure inducitur, propter crimen, possessor eius beneficij fructus tenetur restituere perceptos vel percipiendos, à die commissi criminis. Quando autem alio modo, à die litis contestatæ, vel à tempore priuationis. Item cum ipso iure vacat beneficium, etiam ante sententiam delicti declaratoriam, impetrari potest beneficium: in alijs requiritur prius sententia condemnatoria, atque ante illam rectè reus poterit beneficium eiurare, seu renunciare. Potest tamen nihilominus pendente illa accusatione & ante sententiam impetrari beneficium, lite pendente. Per sententiam etiam vacabunt ea quæ adimuntur, quando intra certum tempus decretum, qui possident non docent de titulo: si non referit monitus. Atque adhuc, si quis sit condemnatus & priuatus sententia, si appellatio fuerit ab eo interposita, ea pendente potest eiurare beneficium. Ipso iure & facto vacant beneficia per veram renunciationem & mortem titularij. Et ita sunt diuersa genera vacandi, vt alius sub alio non contineatur. Renunciatio est iuris propriij refutatio seu remissio secundum Cardinalem. At legitima erit, consideratis rebus ipsi, beneficijs, & personis eiurantium, & eorum quibus sit, & modo renunciationis, vt hæc legibus probentur. Sunt res variæ quibus applicari potest renunciatio vis, vt priuilegia, actiones, iura alia, & lites, & similia, item & harum rerum quædam præteritæ, quædam præsentis, quædam futuræ, quibus renunciatur. Verum intra fines beneficiorum tractationem renunciationis continebimus, & omitemus quæ in summa tituli de renunciatione tradit Hostiensis, quæ possint renunciari, vbi nihil de beneficijs, cum tamen titulus id ipsum desideraret. Beneficia itaque hæc sunt quæ eiurari possunt propria, non ea quæ alterius sunt: nemo enim dat, quod non habet. Latiusque est hic disputationis locus, quod vulgare sit, de rebus alienis neminem priuatum disponere posse, sine domini voluntate. Potest & aliquis renunciare beneficium impetratum, vel sibi collatum, antequam adeptus fuerit possessionem eius, antequam & bullæ seu literæ suæ prouisionis fuerint expeditæ: dummodo collatio ei facta sit, & ita iudicatum, quia per illam collationem ius illi competit: sed ante collationem nõ potest fieri. Obseruandum tamen, non omnem, qui beneficium habet, resignare seu eiurare id posse: nec cum qui potest ex nutu, sed ex certis causis. Itaque non renunciant minor 14. annor. §. furiosus vel mente captus, qui non contrahere potest. Verum tamen Boerius

h. c. satis per- uersum, §. di- stin. Phil. De- cis, in ca. de referip. arg. c. fraternitatis, de cler. excom. i. Prapof. in c. fundat. §. di. distin. Bal. in l. cum fratre, colum. de iis quib. vt indig. C. Felin. in c. de referi. Aufrer. in decifi. 207. & 236. Collecta, in c. inquisitionis, de accusatio. Rebuff. in ca. de pac. si. post. nu. 2. 1. & 2. k. Panor. in c. ite cum quis, de restit. spol. arg. l. eum qui, de iis quib. vt indig. in P. vi. de glin. §. lan- cimus, in ver. imminere, de incest. nup. col. la. 2. in anti. Accur. in au- then. incestus, in ver. effectus, de incest. nup. C. Rebuff. de pacific. poss. nu. 263. l. glin. c. com- missa, ad verb. iusto impedi- mento, de elec- tio. in 6. Felin. in c. in cingui- sitionis, colla. 1. de accus. Re- buff. in tracta. de pacific. posse. num. 264. vide Boer. decifio. 206. nu. 2. 3. m. vt ait Do- mi. consil. 101. Boer. decifio. 206. nu. 5. & 8. n. coordinatij, de off. iud. ord. in 6. o. ca. ex parte, cum §. seq. de cler. nõ resid. p. Boer. decifi. 206. Rebuff. in tract. de pacif. nu. 262. per l. qui à latroni- bus, §. si de res- ta. p. q. vide Boer. plura quomul- tem quod ita vacent, decifi. 2. nu. 2. r. c. scriptum referip. de referip. in 6. s. Card. in sub. de renuncia- tionem in 6. t. l. legitima conuentio, de pact. in P. l. si quis cõ- scribendo, de pact. & de epif. co. & cler. c. e. Pap. lib. 2. R. hap. Arest. tit. 8. aref. 5. f. Boer. decifio. 205. num. 4. & decifi. 305. glo. in c. in princ. & in verb. vacabat, & vers. ex parte, in verb. vacet, de concess. prab. in sex. text. in cap. proposuit, eo. apud Gregorium. g. c. si annum, de iudic. in 6. Angel. de Claus. in summa. in verb. renunciatio, nu. l. h. vide Hostiens. in summa de renunciat. §. quis renuciare, Gomez. in reg. de infir. renunciant. q. 10. facit. l. in negotijs, de regu. iur. in p.

vsque ad 25. an. potestatem ponendi in reuocanda renunciatione à minore producit, si antequam conferat is, in cuius manus renunciavit, ponitur: nisi ante 25. an. sit factus doctor minor. Qui possidet quoque beneficium vnitum, non potest permutare vel eiurare: quia nec illud vacare dicitur. Singulare tamen est in Gallia, vt beneficium commendæ possit cum alio titulari permutari, & renunciari etiam coram ordinario: quia apud nos commenda habetur pro vero titulo, extra Galliam negatur. Neque præteritu senectutis, si vilis sit, abdicare se potest quis beneficio: nec abbas exemptus sine licentia Papæ renunciare abbatiz potest. Item is non potest renunciare beneficio legitime, qui aliquam causam non habet ex ijs quæ renunciationem permittunt, potissimum si agatur de Episcopatibus, de quibus in c. nisi cum pridem, de renunciat. Illæ porro causæ sunt, conscientia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis, scandalum graue, irregularitas personæ. Datur enim prælatura, non ratione præpositi tantum, sed populi cui præficatur, vt prof. Et æquum est quemque in ea vacatione ambulare, ad quam vocatus est. Et postquam quis Ecclesiæ alicui coniunctus, veluti vxor fuit, non debet ab vxore querere solutionem, nec recusare laborem, si ei vilis sit. Sed nescio nunc hodiè renunciationse præter has alias causas habeant legitimas, quas tamen legitimas dicunt: præterunt enim fucum, quod beneficium fuit patris, auunculi, vel proximi: ideò proximis resignant, sæpè filijs spurijs & nepotibus. Er hæc abominatio potius est, dum hæreditaria Ecclesiastica bona facere nituntur cum fua salutis iactura certissima, & incident in prohibitionem concilij Pictauiensis, & aliorum canonum. Et sunt aliqui tam stolidi Episcopi, vel eorum vicarij, qui & iustam illam causam putant, quod in domo alicuius heredis beneficium successiuè fuit, ideò & illis esse donandù, vel eorù, hippocomis, aut agasonibus, aut pincernis. Est & alia abusus addita renunciationis causæ, vt quia eiurans inhiat pinguiori beneficio, quod non potest assequi vel possidere simul cum eo sufficienti quod habet, & ita minus eiurat, & pinguedinem, non onus venatur. Et sæpius si totum suæ non referuat capla, & si fiduciario non tradit, tamen pensionem optatam sibi referuat in eo, cum præteritu ne maximum ex eiuratione consequatur detrimentum, tanquam si ius in beneficio ei esset, aut veluti onus aliquod & seruitium diuinum ei impenderet, aut penes se retinere, quod tamen omninò eiurat, vt nec aliquâ partem, imò non memoriam retineat: verè in eo fur & latro, præter fundatorum animam & mentem sibi bona vsurpans quæ non dantur, nisi propter officium. Vt mihi improbiore videantur istæ pensionum constitutiones, debetæ his qui eiurant nec deseruiunt, diuisionibus beneficiorum in quibus & diuinum officium ab ijs qui diuidunt & fructus austus videtur: quia ab vtroque præstantur, & nihilominus prohibita merito sunt concilio Turonensi p. Videturque in fraudem legis hæc pensiones admiffas, proinde vt reliquæ, quæ in fraudem sunt, improbandæ. Verum videant qui eas admittunt, reddituri de his rationem. Et caueant aliam fre-

quentiorem causam, scilicet vendendi commercia: simonia namque vt plerumque facinat oculos. Cæterum personæ, quibus renunciatur vel eiuratur beneficia, distinguere probe non possunt, nisi prius repetamus dupliciter fieri renunciationem beneficij, tacitè, & expressè. Tacitè quis renunciare censetur propter iuris regulas suo beneficio, si illud habeat pro derelicto: nam & tunc vocare censetur. Sic & tacitè, ademptione secundi beneficij incompatibilis cum primo, primum eiurat: vt si beneficium curatum habens, non promoueat intra annum: cedendo liti super beneficium motæ: vel per triennium non prosequendo litem. Sic cessio ibi differt à renunciatione, vt in alijs notat glo. antiqua reg. cancell. Hæc renunciatio valet, etsi facta non sit superiori qui potest conferre, & vt dicunt, etsi non sit facta in manibus superioris. Idem de renunciatione iuris ad rem: aliter in renunciatione iuris in re, quæ non tenet, nisi fiat in manibus superioris. Nec quis perdidit dominium & proprietatem beneficij, donec superior eam eiurationem ratam habuerit. Sic tacitè beneficium litigiosum quis potest remittere sine superiore, quando notabile est dubium, an ius habeat. Renunciatio expressa est ea, quæ spontè fit verbis, & explicitè à titulario, per quam statim priuatur beneficio: & si ea admiffa non sit, si purè fiat. Neque renuncianti datur regressus ad eiuratum beneficium sine noua collatione, etiam in casu regressus referuati expressè. Cæterum quamuis renunciatio non valeat, quod ad superiorem pertinet, si in manibus eius facta non sit, (nam potest illum si velit in beneficio non obstante renunciatione retinere) tamen quod pertinet ad eiurantem pure & expressè, valet, & definit esse titularius. Ita & valet, quod pertinet ad resignantem, facta coram laico, vt non repetat beneficium ex priori titulo. Quare qui renunciat sine superiore, licet non perdat ius, tamen perdit possessorem: ideò non poterit agere possessorio coram iudicibus secularibus secundum Angelum. Quamobrem dum resignatio, vel constitutio procuratori ad resignandum fit noctis, debent adesse tria luminaria: si interdiu fenestræ aperta, vt cognosci resignas indubie possit à notario & testibus, vt ait Cæpola. Atque hodiè ex regia constitutione subscribi, seu subsignari debet hæc procuratio, seu mandatum ad renunciandum manu infirmi, præsentibus duobus testibus, qui domicilium habeant & noti sint, vbi procuraciones fiunt, nec sint proximi vel domestici eiurantium: aut si se non potest subscribere resignans, debent iidem testes se subscribere, & notarius apostolicus, qui procuracionem conscribit, debet in ea causâ exprimere, ob quas is non poterit subsignare, vt apparet ex constitutione Henrici 2. k. Resignatio expressa, vel est simplex, vel conditionalis. Simplex pura est, sine pacto aliquo vel conditione: alia, contra. Plura facta resignatione vacat beneficium, & liberè conferre potest cuiunque idoneo voluerit ordinarius. Conditionalis vix recipitur, attamen aliquando & frequens est illa, quæ fit in fauorem alicuius, cui conferri eiurans desiderat beneficium, & non aliàs: nec alio modo quæ non potest fieri coram ordinario, vt nec alia conditionalis.

x. c. de offic. vicar. c. ex parte, c. l. c. l. c. non resident. s. c. de multa, de præben. c. grane, de referip. in 6. c. element. gratia, eo. tit. c. licet cau. de elec. in 6. v. l. postquam liti, C. de pact. x. tit. de paci- fic. poss. in concord. & leg. cancellar. de tri. posse. Paris. 8. vol. 4. incip. an capitu- la, & consil. 145. cum ex fact. eod. volum. y. c. de multa, de præben. glo. in 6. de sublati. element. literis, in pragm. sanction. in verb. renunciat. z. c. de trasl. epif. cum ibi nota, cum ibi nota, de elec. in 6. Rota, decifi. 38. tit. de iur. patron. in antiquis, & de cifi. 290. de renun- ciat. in antiq. a. c. de renun- ciat. quod in dubijs, & ibi no. Innocent. & Doct. Andr. tit. 101. eod. tit. Regu. Is qui tacet, de regu. iur. in 6. b. ca. 2. de in integr. restit. Panor. in d. c. q. in dubijs. C. Disputat Rota, in decifio. 355. tit. de renun- ciat. & de restit. spoliatio. incipit oppo- nuntur, in nouis. d. ca. quam pe- riculosum, 7. q. 1. not. in c. inter cetera, de prab. & in c. cum vniuerso- rum, de rer. permut. ca. vni. eod. in 6. fuscè hæc explicatur in decifio. Rota 23. tit. de rer. permut. in nouis. e. Rota, in decifi. 352. in nouis. f. d. c. quod in dubijs, & ca. 3. de renunciat. g. Rebuff. in 3. par. Prax. be- nef. tit. de resign. expre. nu. 13. Angel. in l. pen. de offic. praefid. p. h. argum. l. 1. §. tria, de ven. iudic. i. Capo. in l. 2. de verb. sign. k. Henric. 2. consil. des impetrations.

des benefices ecclesiast. 24. Iulij 1550. art. 3. l. c. tua nos, de simon. m. ca. 1. & tot. tit. de renunciat. n. glo. & Doct. in cap. ex parte, 1. de offi. delega.

a cano. quara pio. i. quaz. c. cum prid. & c. in de pact. b. d. tua nos. de simon. c. ca. sunt non nulli. 2. q. i. ca. tuam. de acat. & qual. glo. in ca. ordinatio. nes. 1. q. 2. d. d. c. tua nos. in c. pactio. nes. & c. cum pridem. de pact. f. c. ex parte. 1. de offi. de leg. Panor. & alij in rubr. de si. mo. Rebus. in 2. par. Prax. bene. tit. de resignat. condit. quam in fauorem vocant. nu. & 2. & seq. g. c. inter. de prab. h. c. vni. de re. vni. permu. in 6. clem. vni. de renunciat. i. non intelli. gitur dimissio quod nodum ablatum est l. nec vtili em ex quib. caus. ma. io. in p. k. Rebus. in d. titu. de resign. condit. in fauo. nume. 14. 15. 16. 17. 18. & 19. l. i. Meuius. l. 54. l. cum quid. dam. de condit. & demoftr. in p. lib. 35. tit. 1. l. 3. de conditio. in fer. C. lib. 6. tit. 46. m. l. 2. 3. fin. de donat. in p. cum similib. n. ca. de prab. in 6. Rebus. in 3. par. Prax. bene. de resignat. in fauore. num. 35. o. Id. d. 3. par. tit. de regressi. & id. in rubri. de reformatio. in concor. q. in c. v. l. i. den. sessi. tit. de reformati. gener. c. 7. z. clem. 1. de ex. permu. s. hac tradit. & rationi. firmat Rebus. tit. de per. mur. num. 18. & 29. r. s. volum. & ibi Rebus. in ver. permutatio. nis. de col. la. in concor. facti c. ex par. te. in 1. de offi. de le. v. Dayma. in proo. Cacor. fol. 119. col. 1. 2. 3. per clem. 1. de ter. permu. dum dicit refi. gnata. & c. & gl. i. c. p. pro. pter. in ver. vacabunt. de re. in 6. & i. bi Phil. Franc. Andre. Domi. nicus.

quia esset simonia ea renunciatio. Et quamuis eiturans possit ordinariu rogare, vt conferat alicui sine metu simoniae b, si modò sit idoneus, aliter enim in simonia peccaret c: tamen non teneatur ordinarius illi cõferre, pro quo rogatum est d, cum illa collatio post resignationem sit sui arbitrij. Nec legatus summi Pontificis etiam hanc resignationem in fauorem admittit potest, nisi ea de re potestatem nominatim acceperit: eò quòd illa conditio simoniacam pactionem inducat e. Et proinde hac renunciatio in fauorem potest à summo Pontifice admitti, qui simoniam purgare potest, non ordinarius f. In hac resignatione singulare, vt si Papa non admittat eam, semper remaneat resignans beneficij dominus g. Et non censetur facta, nisi prouisio fiat illi, in cuius fauorem facta est renunciatio h, sique acceptauerit i, & vi prouisionis illius missus fuerit in possessionem k. Sic enim textus prouisionis admonet fieri, & mens conditionem apponentis quæ forma in specie definita impleri debet l: & deficiente causa & conditione, non censetur facta donatio m. Inter conditionales etiam resignationes est illa, quæ fit sub reservatione pensionis, & non aliàs, vel reservatis fructibus, vel parte eorum, quæ tantum à summo Pontifice ad euitandam simoniam admitti potest, qui plenum ius in beneficia habet n. Item & illa resignatio conditionalis, quæ cum regressu fit, vt si is cui conferret præmoriatur, redeat beneficium ad resignantem, & resignans retineat semper quosdam fructus beneficij. Item cum accessu, idque ex causa publicæ vtilitatis o. Sed istas condiciones latius non persequar, cum reservationes omnium fructuum, & regressus & accessus, in regno Franciæ non probentur per istas renunciaciones, quæ senatusconsultis idèd sæpè improbatæ sunt p, & hodiè expressè concilio Tridentino etiam coadiutoribus q. Singulare tamen placitum curiæ secreti sacri concilij, quo Henricus 2. rex in causa Ioannis Benedicti, qui eiurauerat beneficia in fauorem Francisci Semelæ sui vicarij antèa moribundus, fide ab eò accepta, vt si à morbo, quos laborabat, euaderet, restitueret ei beneficia resignata. Decreuit namque cogendum eum Semelæ reiuare Benedicto beneficia, & iussum ordinarijs, cuius collationis essent, eidem Benedicto conferre, damnato Semelæ ad sumptus, & ad fructuum perceptorum restitutionem 29. April. 1558. Est alia conditio. nalis, causa permutationis facta, resignatio: nam alijs, quàm compermutantibus beneficia non censentur eiurata, nec alijs conferri possunt r. Quare si quis resignet beneficium in manibus ordinarij, causa permutationis mecum faciendæ, & mihi conferatur, & antequam ego quod habeo & debeo ex causa eadem resignem, mortuus fuerit resignans, vtrumque beneficium meum erit, nec cogar meum eiurare. Quòd si ab altera parte, facta resignatione, altera recusante, moriatur in possessione recusans, vacat beneficium eius per mortem s. Nisi fierent permutationes, vel resignationes illæ in fraudem nominatorum, & graduatorum in Gallia: nam tunc illis deberentur ab ordinarijs t. Et certè verum est, ante permutationem & collationem vtrinque faciendam, resignatione vacare verè beneficia, aliter beneficia viuientium conferrentur, vt latè explicat Dayma v. Sic enim considera-

mus in permutatione valida beneficiorum, vt communis compermutantium voluntas accedat, & consensus x. Item eorum, ad quos pertinet beneficiorum electio, præsentatio, & collatio y. Et ita resignentur beneficia z, vt permittentur spiritualia spiritualibus, ius in re cum iure in re, & non ad rem, vel contra a. Consensus ex causa permutationis tantum resignatione facta, limitatam causam habet expressam & conditionalem, sine qua facta non fuisset: quare, quamuis olim decretalium iure vacarent resignatione facta hac causa beneficia, & possent alteri conferri ab ordinario b, tamen hodiè iure nouissimo placuit, ne possint alijs, quàm permutantibus conferri c. Imò de 33 consuetudine non petitur noua collatio, quando quis redit ad proprium beneficium, resignatione ex causa permutationis non sortiente effectum d, veluti si beneficium compermutantis fuerit euictum e: ctsi iuris rigore diuersum videri verius posset, & secundum consuetudinem in Gallia iudicatur in senatu Parisiensi 1525. 2. Maij, & in vigilia beatissimæ Mariæ 1539. f. Quare qui beneficium tanquam pacificum compermutanti dedit, & lis mora fuerit, tenetur qui dedit litigiosum, vt auctor pro euictione eius qui accepit, & litem suscipere & profequi: alioquin, qui pacificum pro eo dedit, potest reuerti ad suum g. Diximus autem consensum patroni laici requiri in collatione ex causa permutationis faciendæ, si beneficium sit patronatum h: alioquin enim posset irrita esse collatio, spreto patrono. Quod intelligendum est, si patronus contempturn profequatur, non aliter. Et sic collatio hæc ex causa permutationis necessaria annullandæ, non tamen nulla ipso iure dicitur, vt accidit in collatione alia, quæ fit vacante beneficio per mortem, vel resignationem simplicem i. Et ita iudicatum fuisse tradit Guido Papæus, & Rota k. Idem de consensu illorum, quorum est electio, dicendum est l. Verum sufficit & patronos & eligentes requiri: nam non obstat illorum dissensu potest ex causa permutationis fieri collatio ab ordinario. Et sic iudicari tradit Rebuffus m. Spiritualia spiritualibus hæc permittantur, vt æqualitas saltem qualitatis rerum in ea permutatione adsit, & elidatur nundinationis & simoniae suspicio n. Beneficium vnum cum alio, vel cum pluribus minoribus permittatur o: sine fraude tamen, dolo, vel pactione. Nam pactio, quam vocant concordiam in permutatione, cum habeat simoniam p, ab ordinario collatore, qui ei non potest dispensare, non potest admitti: sed tantum à summo Pontifice, vel eius legato habente potestatem q. Quocirca in hac concordia non debent contrahentes pacifici absolūtè, nisi & quatenus approbabitur à superiore r. In renunciacionibus, quæ cum conditione fiunt, vel quæ aliter exigunt collationem, regula generalis erit: renunciacionem fieri debere in manibus superioribus eius, qui potestatem habet conferendi s. Summus tamen Pontifex liberè potest se pontificatu abdicare, & illum eiurare t: superior enim non habet. Superior in hoc casu

x cap. de rec. permu. y clem. vni. eo. tit. z c. l. eo. in 6. a. c. fin. de rer. permu. Hosti. in summa eius tituli, s. quid potest permu. b. c. inter. de prab. c. capit. vni. de rer. permu. in 6. clem. vni. eod. d. Io. Andre. in d. c. vni. in 6. e. Rebus. in tract. de pacifi. poss. fo. num. 145. & in 3. par. Prax. benefi. de permu. tit. beneficij. f. Rebus. vbi sup. g. cap. si beneficia, de prab. in 6. Rebus. vbi sup. num. 26. h. gloss. in clem. vni. de rer. permu. tit. Curti. in tract. iur. patron. in verb. honorificum, q. 3. i. can. decernimus, 16. q. 7. gl. in c. cum dilectus, de iure patronat. in verb. presentare. k. Guid. Pap. decif. 374. ita etiã Rota decidit, decif. 307. de rer. permu. incip. permutatio facta per ordinarium, in nouis. l. d. clem. vni. de rer. permu. tit. Rebus. in 3. parte Prax. benefi. titu. de permu. nu. 21. m. Rebus. d. n. 21. facit Federic. in tract. de permu. benefi. q. 24. n. c. fin. de rer. permu. ca. d. quæstiones, eo. Matthæ. de afflic. quest. Neap. 17. o. c. cum venerabilis, & ibi Ioan. Andre. de except. p. ca. cum pridem, de pact. Panor. in cap. cum vniuerso rum, 7. not. de rer. diu. Paris. cõf. 130. col. 2. q. d. cum pridem, & ca. fin. de pact. r. c. quæstrum, & cum vniuerso rum, de rer. permu. tit. Decius conf. 147. inci. ad plura. c. ad audientiam, C. s. ibi gloss. in verb. ad quos, de iis que vi mer. cau. fin. c. ad monet, cap. g. in dubiis, de renunciat. t. c. l. de renunciat. in 6. de pontif. sum. qui renunciant, vide Gomez. in regul. de infra. resignatio. q. 1. Ioan. Burgund. tract. de renunciat. Pappæ. is est.

De modo renunciacionis. Cap. 18.

- 1 Renunciantes quid iurant prius.
2 Renunciatio beneficij sine vi & metu fieri debet, & quis metus rescindat eam.
3 Intrusi in causa beneficij qui dicantur.
4 Simonia ipso iure priuat beneficij possessorem.
5 Renunciatio dolo facta corrumpit.
6 Renunciatio fieri debet secundum regulas cancellariae de infirmis resignantibus, & de publicanda resignat.
7 De regula de 20. diebus renunciacionis, & in quibus locum habeat vel non, & 10.
8 Officium regale in Gallia renuncians, debet supervenire per 40. dies.
9 Regula de 20. diebus non habet locum in renunciacione facta coram ordinario.

Vi renunciant vel eorum procuratores, prius iurant eam sine dolo, vi, metu, aut simonia factam. Renunciatio itaque debet esse spontanea, & vi impulsiva metus facta reuocatur. Sicur & alia huiusmodi extorta: & aut nulla est renunciatio, aut saltem annullanda. Quod & in procuratore ad renunciandum intelligi debet. Metus hic iustus intelligi debet, qui habet restitutionis causam, & cadere potest in constantem virum: iustus, id est, probabilis, & non leuis, qui & proximorum esse potest, & ipsius collatoris. At, ut ideò in Gallia ita vi & metu spoliatus, vi potest remedio possessorio reintegranda, cui si obiciatur renunciatio, ea non obstante iudex possessionem restituet, vel vindicatione ad possidendum ita extortum tuebatur. Sed operæpretium est prius iniustam vim probare illatam: nam ea quæ iuste inferuntur, pro vi non habetur: veluti si in controversia beneficij, iudex detegat aliquem iniuste re ipsa illud possidere, potest eum cogere sententia excommunicacionis, & aliis modis illud eiurare vel renunciare, scilicet dum dimittitur illi ipsum de facto s. Veluti qui restituere iustus est, si nõ obsequatur, manu militari cogendus est. Neque qui improbam habent possessionem, titularij dicuntur: & beneficiarij, sed intrusi: quales sunt omnes, qui non intrant in beneficij per ostiũ, aut sine canonica institutione k: & qui interrogati cur possident, nihil aliud quod respondeant habent, quàm quòd possideant l. Item illi qui sine titulo sunt, & causa possidendi m, si possessionem nanciscantur beneficij ante collationem n: vel post collationem, propria autoritate alio possidente, possessionem capiant o. Mádatur enim collatoris est expectandum p, & quidam autoritatè & mádatur ipsam collationem & institutionem interpretantur q. Quibus addere possumus alias intrusivis species, quas tradit Felinus r, in quibus si per iudicè ademptio vi fiat, non dicitur iniusta vis, nec metus

a glo. in clem. vni. in verb. in manibus, de renunciat. b glo. & Cardinalis, in clem. vni. 7. q. de rer. permu. ra. Sephiliens. in 2. modo vacant. num. 15. c. cum olim s. quia vero, de off. deleg. l. iurisdictionum ex cõuentione, s. si procurator, de iure iur. in f. d. l. de procurator. gloss. in l. iuror incursus, de testam. tute. e. Chassaneus in consuetud. Burgund. rub. des droitz & appar. à gens mariez, s. 5. in verb. sans procuracion, nu. 8. Boerius, decif. 274. f. c. qui ad agendum, de procurator. in 6. cap. id quod nostrum, de re gulior. g. Docto. in c. accedens, de prab. c. fin. de procurat. in 6. clem. non potest, eo. c. procurator, de lectio. in 6. gl. in s. statuit autem, in ver. procuratorem, de collat. in pragmat. factio. h. Docto. in d. c. accedens, & gl. in ca. quàm in, de prab. in 8. gl. & Docto. in ca. nonnulli, de referrip. i. d. gloss. in d. verb. procuratorem, Panor. in c. decreuimus, de iudic. k. Rota, decif. 529. tit. de procurator. incipit, vni quis possit constituere, Rebuffus, tracta. nominat. q. 14. nu. 12. l. ita iudicatum fuisse tradit Rebuffus, de pacificis possessioribus nume. 1. 5. & 3. parte Prax. benefi. tit. de procurator. ad resignat. num. 18. Extat constitut. Henric. 8. titu. de la reformation des prouif. aposto. notaires & banquiers artic. 10. de l'an 1555. in Mars. m. clem. vni. de renunciat. cap. si duo, vbi Docto. de procurato. cap. fin. eo. tit. in 6. fa. cit. l. si forte, de offi. præsidi. in p. n. Rebuff. in 5. 1. de subla. clem. l. iter. in verb. resignatione, in concordat. o. Rebuff. vbi sup. vers. nouo limitatur. p. Idem in 3. parte Prax. benefi. tit. de reuocat. procurato. nu. 9. q. Felin. ca. ex parte decani, Fallen. s. de referrip. l. mádatur, & ibi Bald. c. mand. r. Doct. in c. fin. de procura. in 6. vide de hoc Rebuff. & de alijs 14. causis, in quibus non est opus, reuocationem notam fieri procuratori in glossa fin. tit. de subla. clem. l. iter. in concordat.

c. s. super hoc, de renunciat. regul. cancel. lat. 43. t. c. nisi cum pridem, de renunciat. ca. & 4. de his que vi met. caus. sunt, ca. presbyteros, 50. di. fin. c. soluerit, de restit. spo. lia. c. sciatis, de elec. in 6. l. 1. & not. riu. de his que vi metus. caus. sunt, in p. & c. c. requisitũ, & ca. gemmain, de spons. l. fin. C. eo. x. secundũ Rota, deci. 374. fuit dubitatu, in nouis, de renunciat. Butriga. in ca. ad aures, de his que vi met. caus. sunt, & decifio. Tholo. 185. y. secundum Caldericiũ in cons. l. de renunciat. per c. super illo, eodem. z. Panormit. in c. abbas, de his que vi met. caus. sunt, facit ca. ad audientiam, & c. i. bigl. & c. cum dilectus, eo. a. ca. ad audientiam, eo. l. metum in prima, de eo q. metu. cau. in p. b. capit. fin. de appella. c. c. sciatis, de elec. in 6. d. clem. multorum, de puenis. e. gloss. in 5. ad tollendas, in verb. liberè, de electio. in pragmat. factio. f. l. 3. s. 1. de eo quod met. cau. in p. l. nec magistratus, de iniur. in p. g. cap. quia diuersitatem, de concess. prabenda. cap. ad aures, de excessibus prelator. cap. relatum c. de iure patronat. ex v. s. i. g. ne, eod. tit. accepta, de re situtione in integr. h. l. qui restituere, de ref. vend. in p. ca. cum aliquibus, de re iudic.

i. Improbata, C. de acquir. end. poss. f. k. cap. relatum, de iure patronatus. l. l. qui intro gatus, de petit. hæred. in p. Bald. in ca. nihil est, de electio. m. l. nulla, l. nec vlla, s. omnibus, de acquir. poss. n. Panor. in c. cum iam dudum, per illum text. de prabendis, cap. ne sede vacante, c. pastoralis, de priuileg. o. c. ad aures, de excessu. prelator. c. eum qui, de prab. in 6. can. placuit, 16. q. 6. l. si ex stipulatione, de acquir. rer. domi. de Sella, tract. de benefic. per 3. q. 15. p. cap. 1. de sede vacante, cap. cum venisset, de restit. spo. lia. q. Panormit. & alij in cap. cum iam dudum, de prabendis, Felinus, in cap. in nostra, de referrip. in cap. venientes, de accusatio. r. Felin. in d. c. in nostra, Rebuff. in 5. 1. de pacif. posse. in ver. violentos, in concordat.

a Lopus, alle- gata. b gl.in c. super hoc, in verbo resignationis, de renunciat. Rota, decis. 68. incip. nota qd post spoliatio- nem, si de re- nunciata, in antiq. c. c. sollicitudine, de restit. spo. iur. d. Rota, decis. 68. & 428. incip. nota quod si spoliatus, rir. de renunciat. in antiq. & decis. 216. incip. nota qd existenti in possessione, in antiq. e. anti. sacra- menta pube- rum si aduers. vendit. f. c. super hoc, & ibi gloss. in verb. pecunie, de renunciat. g. Rebuff. 3. parte Prax. benef. de simo, in per- mutatione, nu. 11. h. Idem vbi sup. nu. 2. gl. & Do- ctor. in c. con- stitutus, de tras. Guid. Pa- pa, c. 6. §. 172. fir- ter Hugo, & c. i. d. cap. super hoc, de re- nunciat. k. c. cum dile- ctus, de elect. l. d. cap. super hoc, m. l. mulier, §. si metu, quod met. cau. n. Reg. 18. o Reg. cancel- lar. 34. p. d. reg. cano- nic. & ibi gl. fa- cit c. 2. de re- nunciat. in 6. Guille. Bened. in repet. c. Ray- nutius, in ver- in extremis postus, nu. 26. de restit. Expli- cat hanc regu. Rebuffus in 3. par. Prax. bene- fic. tit. de regu. de infir. resign. & Gomez. ex- plicit per 41. questiones. q. c. i. de prab. can. Flexique, §. q. 1. r. Gomez. q. 1. s. quast. 3. t. quast. 4. v. quast. 5. x. quast. 5. y. quast. 11. z. quast. 18. a. Idem q. 19. b. quast. 20. c. q. 21. & 21. d. Gomez. do- cet quast. 2. in hanc regu. de infir. resign. e. Idem q. 7. f. Idem q. 8. g. quast. 9. h. Id. q. 11. glo. antiq. in regu. cancell. 18. i. Id. Gomez. eo. q. 11. k. quast. 14. l. quast. 15. m. quast. 16.

ille resignationem rescindet. Similiter neque vis illegitima illata post renunciationem rescindet actum priorem legitimum & liberum: vel si post renunciationem vi metue factam, purgata vis metue fuerint, vtpote si facta spoliatio, & restitutioni pacto renunciauerit, vel iuramento b, quamquam non valeat renunciatio beneficij facta post spoliationem c, & tamen restitutioni spontanea renunciat potest d; & inuolabiliter seruabitur iuramentum e. Debet etiam esse a simonia libera renunciatio f: nam semper probata simonia, priuat beneficio, siue publica, siue occulta sit, simoniacum possessorem ipso iure. Proinde benefi- cij poterit ita obtentum vel resignatum, impe- trari vt vacans ipso iure: & postea poterit probari simonia g. Et quamuis collatio ex causa illa resi- gnationis simoniaca non valeat, tamen qui resigna- uit, non potest illud beneficium repetere, nec ille h qui simoniace adeptus est, retinere i. Dehinc sine dolo debet esse renunciatio: quia in omnibus, & in causis potissimum beneficalibus, bona fides in- teruenire debet k: & liber consensus in resigna- tione exigitur l. Cui obicitur, vt vis & metus, ita m & dolus n. Insuper obseruari oportet in resigna- tionibus, regulam cancellariae Romanae curie duas. Altera est, de infirmis resignantibus o, Altera de publicandis resignationibus p, de qua supra dixi- mus, dum egimus de modis legitimis dandi bene- ficia, dumque palam dari debere probauimus. Igitur de priori nunc tantum. Prior statuit, vt colla- tio facta in vim resignationis, vel resignatio facta in fauorem non valeat, nisi resignans in infirmi- tate constitutus superuixerit per 20. dies q. Ne ec- clesiasticis facultatibus quis abutatur, & ne cum instare vite periodum arbitrat, audeat veluti testamentum aut iure testamenti, sanctuarium Dei transferre r. Item ne per huiusmodi resignatio- nes, ordinariorum ius, vel expectantium benefi- cia fraudentur. Cur autem in hac regula 20. dies potius, quam plures vel pauciores adiciuntur, dis- putat Gomezus in regulam de infirmis resign. quast. 25. Numerandusque dies 20. a die praesenti consensus per resignantem supplicatione signata in q. 31. Et quomodo de momento in momentum dies computandi, q. 37. & glo. antiq. in illam reg. 18. cancell. Et Rebuffus in eadem 10. in 3. par. Prax. benef. Et hanc regulam fuisse probat Gomezus locum habere in renunciatone facta papatus per summum pontificem s. Item in cardinalibus t, & eorum familiaribus u, in exemptis ab ordinariis v, in feminis regularibus habentibus dignitates collatiuas x. Item in commendis perpetuis, non autem in temporalibus e iuratis y, & in infirmo qui renunciauit iuri suo quassito in beneficio, vi alicuius gratia z, & in renunciatone ex causa permuta- tionis a. Dubitat & de resignatione facta cum ren- tentione fructuum b. Afferit autem & in benefi- ciis patrimonialibus, quae perpetuo dantur in titulum c. At non habet locum in imperatore, qui renunciauit imperio ex consensu electorum d: nec in senibus renunciantibus e: in intransibilibus mare, & renunciantibus metu tempestatis f: nec in peste infectis g: in infirmis vulnere non letali h: & in eo qui sanus erat tempore renunciatonis & consensus sum. pontif. quamuis postea fuerit infirmus mortuus intra 20. dies i. Item nec in benefi- ciis consistorialibus, id est, quae conceduntur per resignationem in consistorio Papae k, nec in benefi- cio vnito l, nec in translationibus pensionum m, vel in e iuratione beneficij patronati cum licentia

patroni n. Nec in officiis curiae Romanae, potissi- mum secularibus, quae teneri possunt ab vxorem habentibus, & in aliis quibuscumque mixtis cum spiritualibus o. In Gallia, in officiis prophanis re- nunciatis inter manus regis, qui renunciat debet superuivere per 40. dies: vnde quando officij reg- gij admittitur renunciatio, solet rex in literis ex- cipere, dummodo resignans infirmus non sit, & viuat per quadraginta dies p. Receptum tamen est in Gallia eam regulam de viginti diebus seu de infirmis, locum habere in beneficiis & officiis ec- clesiasticis collatis a rege iure suo q. At inter om- nes quoque conuenit tandem, regulam illam non habere locum in resignatione facta coram ordi- nario: quia coram eo non fit resignatio in fauorem, & ipse liber in conferendo est, vt ei cui con- ferre rogatus est, vel alij possit concedere: quod non habet locum in renunciatone, quae coram summo pontif. fit in fauorem, & non aliis. Et sic est necessaria & conditionalis, & ita iudicatum r: quamuis in contraria sit sententia Gomezus s, & alij. Quando intra 20. dies resignans moritur ex 10 eadem infirmitate, quamvis verè vacet benefi- cium per resignationem post impetrationem t, ob eam mortem nullam: tamen censetur vacare per obitum, vt resignatio habeatur pro non facta v. Neque per clausulas generales, vt illa, vel alias quouis modo vacet positas in supplicatione resignationis mortui infra 20. dies, comprehenditur iste modus vacationis per obitum sicut indu- ctus, per dictam regulam de infirmis, quia praedicta resignatio hic annullatur, vt late docet Go- mezus x. Receptum est tamen summ. pontif. posse huic regulae de infirmis derogare, & lega- tum cum potestate derogandi creatum, si modo expresse derogeret y. Et ita placitis supremarum curiarum ratum est z.

De vacatione per mortem titu- larii. Cap. 19.

1 Vacat beneficium ipso iure per mortem.

REt etiam beneficium dicitur vacare iure & facto, per mortem vltimi possessoris veri titularij. Nam beneficia tantum conceduntur ad vitam vtenda, vel fruenda, & regenda, vt docuimus in fini- tione beneficij, nec de his disponi potest, vel iure haereditatis constitui a. Mors separatur corpus & animam b, & haec est mors naturalis, de qua hic intelligimus, quae non continet civilem, sicut nec in aliis beneficiorum questionibus c. Et cum mors omnia soluat d, soluet & ius, vltus, vel vsufructus beneficiarij in beneficio e, morte eius: vt in vsu- fructu alterius generis receptum est f.

De beneficio litigioso. Cap. 20.

1 Beneficium litigiosum quod dicatur. 2 Beneficiorum lis de possessorio aut petitorio. 3 Beneficiorum possessio & titulus coram iudicibus secularibus in Gallia tractatur: contra iure canonico.

4 Vnionis

n quast. 17. o quast. 22. p In decisio. Francif. Mar. 284. in 1. parte Rebuff. in reg. de infir. gl. in 3. part. Prax. benef. q Papus, lib. 1. Rhapso. aref. tit. 2. arc. 5. & 2.

r Idem vbi su- pra are. tit. 2. lib. 1. s Gomez. in d. regu. de infir. q. 26. t alioquin col- latio nulla de beneficio non vacat, c. 2. & 2. & ca. cum no- stris, de con- cess. prab. v gl. in elem. de immunita. eccle. Gomez. in d. reg. de in- fir. resign. q. 30. x Idem Gomez. eod. q. 34. y Idem d. reg. q. 39. & si. Re- buff. in illam reg. glof. 2. nu. 24. & 25. & in s. praefatis: ordinarij, in ver- vacare, de col- la. in concord. z Pap. lib. 3. a- rest. tit. 2. are- fto. 3.

a c. 3. de prab. b l. si mater, c. de infir. & subfir. c gl. in ca. sus- ceptu, in ver- non morte, de rescrip. in 6. & in c. quamuis, in 1. de prab. in 6. d deinceps, in anti. de nu- pti. colla. 10. e c. 2. & c. f. de loca. c. fina. ne prela. vic. suas, clem. 1. de reb. eccl. non ali. f §. finitur, de vsufr. l. 3. s. in- quib. mod. v- susfr. amit.

- 4 Vnionis beneficij controuersia agitur coram iudice regio in Gallia. 5 Possessorij iudicij pro beneficiorum litibus methodus. 6 Dilationes quot danda in iudicio possessionis beneficiorum. 7 Possessorij duae prouisiones, vindictae seu recedantiae, & sequestratio.

Vperiora pertinent ad beneficia, quae cuiusq; dici possunt, vel nullius sunt: nempe ad beneficia iuste possessa, vel vacantia. Postrema nunc his adicienda est consideratio, personarum possidentium be- neficia, de quibus incertum aliquandiu est, num verè possideantur, an verò iniuste an num vacant. Ea erunt litigiosa, controuersia coram iudice mota, postquam a iudice competenti citatio emanauit, & aduersarium citatum peruenit, vel per eum factum est quominus ad noticiam perueniret: dum in citatione talia sunt expressa, per quae plene pos- sit instrui, de quibus in iudicio conuenitur a. Porro iudicium omne & controuersia beneficiorum, vel possessorum respicit, vel petitorium b. Iudices vtriusque idonei iure canonico pontifi- ces sunt, seu episcopi ordinarij c. In Gallia tamen magistratus regij de his litibus, vbi de possessorio seu interdicto retinenda, seu *maintienue ou com- plainte*, & recuperanda cognoscunt d: quamuis Fernandus hoc durum satis & vsurpatum existi- met, multis rationibus e. Quas tamen vna mea sententia temperare poterit ratio ita expedire fici- ri, & dum de possessione tutanda, vel defendenda quaritur, potius ad seculares potestates recurren- dum, ad quas gladij temporalis executio pertinet contra huiusmodi praedones & spoliantes, quos ecclesiastica censura vix a temeritate posset com- pescere. Sed & lites beneficiorum, quae ad ius re- galarum pertinent, & ea ratione collationis re- giae sunt, vel aliter eius liberae collationis, siue pe- titorio siue possessorio agatur iudicio, senatus Pa- risiensis cognoscit & sopit f. Cognoscunt & regij iudices in Gallia de possessorio vnionis contro- uersa g. Sed & in concilio Basiliensi, tit. de causis, approbantur iurisdictiones in litibus beneficiorum. Et placuit senatui Parisiensi interdicta reti- nenda possessionis, de omni re spirituali coram iudice laico proponi, & pro decimis h. Prius de possessione, quam de proprietate in omnibus ferè iudiciis agendum est i: quamquam vtriusque que- stio simul proponi possit k. Praeuenta tamen pos- sessorij in curia regia quassio, in Gallia impedit ne agi possit alibi de petitorio l. Istius porro pos- sessorij iudicij methodus haec est. Primum necesse est obtinere ab officina aequitatis siue cancellaria regia diploma retinendae, seu *Complainte en cas de*

sej sine & nouuellet: seu intra annum m, a die turba- te possessionis n. Tradit & Rebuffus annum com- putandum in beneficiis post adeptam possessionem titularij, & non a die mortis prioris titularij, vel vacationis, & ita iudicatum o. Interdum a se- nescharchiis, querimoniae seu retinendae solent impetrari, quando illi iuridici solent iure suo, siue commissione negotij hac de re cognoscere, cuius generis est senescharchus Cadurcensis p. Horum deinceps diplomatum executio per apparatus fit, & dies nomine impetrantis dicitur aduersario, vt sistat iudicio coram iudice legitimo, vel eo cui dirigitur rescriptum q, instructus & paratus ad li- tem agitandam, nulla alia postulanda dilacione r, nisi pro copia facienda, vocant communicatio- nem titularum, quae necessaria est, vna legitima concedatur s. Interim autem, si de vi timeatur, se- questratur beneficium, ne ad arma profoliant liti- gantes t. Postea his contestatur, qua audita, iudex aliam eamque vnicam dilacionem constituit v, ad edendos seu producendos titulos, quibus vti de- creuerint possessores & litigantes, quorum quili- ber se dicit iure possidere, quae dilatio nisi a sena- tu prorogari nequit. Hic nullorum testium alle- gatio vel editio admittitur. Et tunc partes iudicis sunt, habita titularum ratione, secundum eum vindictas vel recedantiam ferre, quibus apparen- tius in beneficio videbitur habere x, vel si non li- queat, sequestrare. Sunt enim duae prouisiones y in interdicto possessorio, vindictiarum, & sequestrarij. In beneficalibus vindictae causis oportet posses- sionem colore aliquo tituli fulciri z, ne vitiosus ad eam deur ingressus a: potissimum cum in be- neficiis quaratur de iure b. Nisi forsitan agatur in- terdicto recuperanda, seu, vt dicunt, reintegran- da vel restituenda possessionis: quia tunc sufficit sine exhibitione tituli, probare se fuisse in posses- sione tempore motae litis, & spoliatum fuisse c. Atque ante omnia restitutio fit d. In interdicto retinendae non item, quia habet causam proprie- tatis annexam e. In vindictis non desideramus exactam iuris probationem f. Verumtamen hic pro quo sententia de momentanea possessione fertur, satisficere debet de fructibus restituendis g, si opus fuerit restitui postea. Subinde in pleno possessorio lis est persequenda, testes si quos liti- gantes allegent recipiendi audiendive sunt, & tandem summarie & de plano finis negotio im- ponendus h.

quis ad se feudum, C. ad legem Iuliam, de vi publ. d can. reintegranda, §. q. 1. tot. tit. de restit. spolia. e l. 2. §. quaedam, de interdict. in p. f c. in literis, de restit. spo. interpr. in elem. vni. de cau. possess. g l. in. C. vti possidet. h clem. dispendiosam, de iudic. elem. sape, de verb. signif.

m eod. constit. art. 51. n in consil. Ca- roli 7. in pri- mis, art. 70. & consil. Frac. r. art. 61. in publi- ca an. 1539. o Rebuffus in c. 6. iudic. ad consil. regi. 10. no 2. consil. tit. des matie- res possessor. art. 2. p Auferri. in stil. parlam. ad tit. de cau. no- uir. ad silium, item in casu nouitatis. q In pri. con- stituti. Carol. 7. art. 71. r in consil. Ca- rol. 7. primis ar- t. 61. & Caro. 8. art. 32. s consil. Fran- cif. r. an. 1539. art. 46. & 47. t arg. la. quif- simum, de vsu fruct. p. elem. vni. de seque- strat. possess. & fruct. v in constituti. Franc. r. an. 1539. art. 47. x eo. art. 46. an. 1549. & Ca- roli 7. in pri- mis, art. 58. l. ff. C. de edict. C. Adria. teill. y Rebuffus in c. 6. iudic. ad consil. regi. 10. no 2. tit. des matie- res posses- soires art. 1. nu. 2. z cap. ad decimas, de restit. spoliator. in 6. Freppolus, in sum. 3. q. 1. a. c. de eo qui mitti in posse, in 6. Specul. in tit. de tede, §. nre videndi, vers. sed pone ago, gl. in ele- menti. vni. de cau. possess. b c. licet cau- sam, de proba- tio. glof. vltim. in elem. vni. de cau. possess. c Auferri. deci- cio. quassio. Tholof. 15. l. 6.



DE PUBLICIS ET ALIIS SECVLARIBVS PERSONIS.

LIBER XVIII.

De principibus generaliter, & de illegitimis. Cap. 1.

- 1 Principatum, & principum diuisio.
2 Principum illegitimum species.
3 Othonis imperium.
4 Didij Iuliani mundinale imperium.
5 Gyges Imperator Lydorum ex nece domini.
6 Regna occupata, sunt magna latrocinia.
7 Regnum vi occupatum, vi tantum retinetur, & infelicem habet exitum.
8 Reges in tyrannos quare degenerent.
9 Antonini Caracalla vitia & mors.
10 Gallus Caesar crudelis, & mors eius.
11 Daryj superbia.
12 Reginam reginarum se vocari voluit Cleopatra.
13 Coniuniorum inuentores Pifistratida.
14 Regnorum fatum, & morbi.
15 Principatum vsurpantes illegitimi.
16 Reges & principes temporales, & annui.



a cano. impe- rium, & quo- niam. 10. diff. ca. cum ad ve- rum, 96. diff.

ACTENVS dictu est de principibus & per- sonis publicis eccle- siasticis, de que eorum cura, & solitudine, ministerio, & sacer- dotiis eorum. Agend- dum nunc est, de pu- blicis aliis personis se- cularibus, & principi- bus, magistratibus, & aliis. Principatum publi- corum alij spirituales, alij seculares, vt diximus: & horum alij legitimi, alij illegitimi dicuntur. Il- legitimi sunt, qui vel malis artibus ad legitimum impetium conscendunt, vel illud legitime conse- cuti male exercent, & tyrannice imperant: vel qui illegitimum, & praeter morem sibi nouum statuunt imperium. Priorum suppetunt exempla eorum, qui regno aliquo, quale Othonis Imperatoris, qui

necato Galba, scelestu imperium, & pecunia con- secutus est: vt & Didius Iulianus. Nam inter Di- dum Iulianum, & Sulpitium clausis portis vr- bis Romae, occiso Pertinace, auctori expostum est imperium & licitationi a militibus: additione autem vicit Iulianus & ita Imperator nominatus. Quem tamen populus respuit, indignus aliquin imperio, qui & magiae causa multos necauit pue- ros, necatus ipse, & capite a senatu damnatus, & Seuerus imperator nominatus. Sic impiu ex ne- ce domini Candaulis; Gyges imperio Lydorum potius est, cuius & vltio in abnepotem Gygis venit. Darius etiam Histaspis filius, dolo impe- rium Perfarum nactus: tandem & ipse misere obruncatus. Occupata regna omnia, & vi inuasa remota iustitia nihil aliud sunt, nisi magna latro- cinia: quia nec ipsa latrocinia nihil aliud sunt, qua parua regna, vt ait D. Augustinus. Vt & eleganter & veraciter Alexandro Magno comprehensus pyrata, & interrogatus quo scelere impulsus, ma- re infestum haberet vno Myoparone (id est nauicula pyratice) respondit, Eodem, inquit, quo tu orbem terrarum. Sic Lucanus, Alexandrum Magnum foelicem terrarum praedonem vocat. Terrarum fatale malum, fulmenque quod omnes Percuteret populos, pariterque & sydis iniquum Genibus.

Regnorum horum exitus post illegitimum ini- tium etiam infelicissime successit. Regnum enim malis artibus comparatum, & vi retentum, non potest perdurare: quia non manent in officio qui vi continentur, sed ad primam occasionem & leuem offensionem dissoluntur illorum foedera. Dum spes est in armis, ipsum quidem floret, & vi effici possunt res, sed tempore collabitur. Et vt aedificiorum fundamenta oportet firma esse, ita & causas negotiorum iustas esse. Inter prin- cipes, qui legitime quidem nacti sunt imperij di- gnitatem, sed qui pessime & tyrannice regna- runt, plures enumerare possem, si hic non iura in- terpretari, sed historiam perscribere vellem. Ita- que superfedebam, & intra fines operis me conti- nebo. Et in summa certum puto, quod rex & ty- rannus omnis est, tandem aliquando libertatis ini- micus, & legibus infestus, vbi paternum amittit animu. Nec fieri potest, quin nimia principu vsur- pata licentia in animo imperandi indigno, multas & feruere intolerabiles non exciter tragoe dias, & ita imperiu in tyrannidem non degeneret, que longa distinctione inter se dissident, vt diximus in Feudis circa finem. Neque nisi raro inuenimus vllos principes legitime vocatos, qui nimia vt ebrij li- centia, in aliquod insigne vitium non inciderint. Tyberius Caesar crudelis & simulator, Caius Caligula inconstans, prodigus, luxuriosus, patri- cidia, incestuosus cum fororibus, adulter cu aliis, Claudius

b Xiphil. ex Dione, in O. thone.
c Idem ex Dio. in Didio Iu- liano. Herod. in 2. histo. Ca- sar. d Herodotus, in 1. e Iustin. in 1. f Q. Curt. li. de gest. Alex. & Iustin. in 1. g D. Augustin. lib. 4. de Ciuit. Dei. c. 4.
h Cicer. 3. de Rep. vt refert Nonius Mar- cellus. i Luca. lib. 3.
k Demosthe. Olynth. 2.
l Idem orat. 2. con. Philip.
m Dion, lib. 58. histo.
n Idem lib. 59.

Item lib. 60. b Xiphil. ex Dione in Galba.

c Item in Vi- telio.

d Idem in Do- mitia.

e Idem in Com- modo.

f Idem in Ca- racal.

g Xiphil. in au- to & Pseudo Antoni. h Ammon. Mar- celli. lib. 14.

Idem lib. 15.

k Emil. Prob. in Canone. Xe- noph. in Age- filio.

l Quint. Curt. lib. 2. de gest. Alex. m Suidas, in ver. 2. c. 17.

n Athenz. lib. 14. 2. Dipnosp. c. 15.

o Ammon. lib. 1. histo. Fran- cor. c. 8.

p Livi. in 1. & 2. Dionys. Ha- licar. lib. 4. Eu- rop. in 1. Oros. in 2. & alij. q Iustin. in 1.

Claudius Caesar, vxoris Messalinae & famulorum suorum mancipium. Galba pecunia inexplabilis, ideò occisus a militibus. Tempus imperij Vitellij nihil aliud, quam ebrietas, & comestationes, ita & turpiter a suis militibus occisus, & ad gemonias proiectus. Domitianus fraudulentus, si- mulator, crudelis, incestuosus cum nepte tandem quoque a duobus suis cubiculariis Parthenio & Sigerone necatus. Sub Commodode degenerante a probo patre Antonino, res publica venalis, & magistratus athletaeque is potius, quam Caesar, & vo- luptatis prodigium: tandem & ab athleta Narcisso in balneo suffocatus. Antoninus Caracalla cru- delis, lubricus, parricida fratris Geræ, gladiator, tandemque a Macrino, quem occidere decreue- rat, obruncatus. Auitus Caesar, dictus Sardana- palus, tanta mollitie & luxuria, vt alios in his quolibet superaret: tandem etiam necatus, & ca- pite abscisso cu matris corpore in Tyberim pro- iectus. Crudeles Constantius & Gallus Caesa. Et Constantius 2. interfecto, & successor Galli, superbissimus, primusque extero ritu, & regio more instituit se adorari, cum antea sepe ad simi- litudinem iudicis, salutaris principes legerimus. Mos autem ille mutatus a regibus Perfarum, qui volunt se adorari ab adeuntibus. Quam superba & ridicula Daryj Arfani filij formula, qui totius orientis monarchiam tenebat, qui antequam vin- ceretur ab Alexandro Magno, imperiosissima le- gatione se regem regum ac consanguineum Deo- rum, Alexandru verò famulum suum appellauit. Vt Cleopatra etiam eo insolentia proeecta est, vt reginam reginarum se appellaret. Narrat Idomeneus, Pifistratides Hippam & Hipparchum fi- lios scilicet Pifistratidis, conuiuia comestationes- que inuenisse, quapropter quorum, aliorumque multorum apud illos erat copia, & ex eo fuisse graue eorum imperium. Non percurrat alioru regno- rum priuata exempla, sed sufficet res omnes, ipsa- que imperia, & ad summum virtutis perducta, & viribus collabi. Et vix filios & successores in re- gno quantumvis legitimo imitari patres, vel simi- les esse maioribus, imò nec sibi ipsis. Nam quos labor & virtus per electionem ad regna euehit, vel successio legitima extollit, sepe, & vt plerum- que res secundu corrumpunt, vel satellites, leu consiliarij improbi, & rerum nimium felix successus, & voluptas. Quamobrem paulatim impetia, re- gna, & principatus senescunt, & grotant, concidunt, & intereunt, aliaque noua resurgunt. Quod res- pexit fors vaticinium, si ex iis qua vidimus, fidem futuris habeamus, Bissina Bissini Thoringorum regis vxoris, qua, vt author Ammonius, futuras regum Gallorum successiones, visionibus Childerico regi dilucide ostendit: quas qui legerit, non minus mirabitur, quam si Sibylla oracula leg- isset. Sed omnibus porro rebus pub. ruine & mi- seriarum causas subiecerunt praecipue duo vitia crudelitas & luxuria. Vtrumque in Tarquinio Su- perbo finem imposuit regno Romanoru. Mol- lities & luxuria monarchie Assyrioru per Ninum vsurpare ab Arface. Quae & regnum transtulit in Carolum Martellum Galliae. His accedit rerum publ. gubernandarum ignorantia, qua praecipites agit principes, & ob quam ordinata peruertunt, egentia ope contemnunt, aut praetermittunt, dif- crimina nesciunt inter rectorem & subditos, omnia confundentes, in quibus dignitatem conser- uare imperij oportet, remissis in quibus imperium remittere, tyranni. Vera autem imperij regij ex-

pressio, in filiorum gubernatione est: nam & in hos imperium regium dicitur. Quod enim ge- nuit, quodque per amicitiam praest. & per ar- tem, idipsum est idem, quod species quaedam re- gij imperij. Et sic Homerus Iouem omnium re- gem, hominum, deorumque patrem vocat. Natu- ra enim excellere regem oportet, genere autem esse eundem. Quod accidit seniori ad iuniorem, & parenti ad natum. Illegitimi quoque habiti sunt principes, qui imperium sibi vsurparunt no- uum, & praeter morem & consensum populi, ex temporali perpetuum sibi fecerunt principatum. Quemadmodum decemviri Romae tentarunt. Item & Sylla in dictatura semestri, & Iulius Ca- sar in imperio. Naturale quippe pluribus visum est, ducibus subici & imperium in se concedere: at minimè quibusdam turum, semper vni vel plu- ribus fidere, vel omni tempore principatum, vel absolute concedere. Sicuti lex erat Thebis, qua morte multabatur, si quis diutius imperium reti- nuisset, quam lege praefinitum erat. Ex qua lege in iudicio Epaminundas vocatus est, ex agro Laconico reuerfus, quamuis tunc vicisset suos Lacedaemoniis, quod Boetarchia, id est, imperio, contra legem quatuor menses addidisset. Ro- mae consules, ad quos imperij summa defereba- tur, annui tantum. Carthagine quoque, singulis annis bini reges creabantur.

De legitimis principibus. Cap. 2.

- 1 Imperia & regna tribus modis hominibus con- tingunt, armis, electione, successione.
2 Imperia iusta armis quaesita quedam. Regna in Gallia plura. eod.
3 Regna Alemanorum sublata. eod.
4 Reges electione facti quomodo, & variè.
5 Regna ex infudatione in clientelam data.
6 Electione sunt principes spirituales, & seculares.
7 Monarchia, & monarcha quid.
8 Imperator quis dicatur.
9 Reges Romanorum qui, & quot.
10 Consules Romanorum quando coeperunt. Dictator Romanorum, eod.
11 Magister militum Romanorum, eod.
12 Imperatoris nomen Romanorum quando coepit. Caesares, eod.
13 Reges Albanorum, Silyij: Aegyptiorum Pha- raones: Alexandria, Ptolomaei. Parthorum, Asidae: Latinorum, Murani.
14 Augusti vnde. Pij Caesares a quo dicti. eod.
15 Principi magistratum, & populi delata potestas. Regnum, nobilis seruitus, eod.
16 Regum due artes, militaris, & legum.
17 Regnum bifarium sumptum, secundum legem, & secundum genus.
18 Lacedaemoniorum duo reges, & ex prosapia Her- culis.
19 Hiale rex ex genere delectus.
20 Imperij secundum genus historia: & successio.
21 Coriti, designati reges, post mortem viuentes dicti.
22 Caesares designati imperatores post mortem patris dicti.
23 Princeps inuocatus quis, eod.
24 Princeps in Hispania filius successurus in regno dicitur, eod.
25 Despotae Graecis qui, eod.
26 Monsieur in Gallia successurus in regno. Delphinius

r Aristo. lib. 1. Polit. c. 8.

s Emil. Prob. in Epaminun- d. lib. 3. de Var. histo. Flu- tar. in Aroph- thegm. reg. in Polit. & in Pe- lopida. t Livi. in 1. & 2. Dionys. in 4. Estropi. in 1. Oros. in 2. D. August. de Ci- uita. Dei. c. 16. lib. 3. & alij. v Amil. Prob. in vita Hanni- balis.

- Delphinus in Gallia quis, eod.
- 22 Familia & regna moriuntur. Regna generis, quae ob genus interemptum defecerunt.
- 23 Imperium quando translatum in Carolū Magnū. Et quando translatum ab eisu genere in Saxones, eod. Quando electioni commissum imperium, eod.

Imperia, regna, & principatus, triplici modo potissimum decernuntur hominibus, armis, electione, successione. De Regno quod armis paratum est, profant exempla passim, sed potissimum iustum illud quod Israelitis, depulsis idololatri regibus, contigit. Et iustum quod in vindictam eiusdem populi delinquentis stabilitum aliquantulum Babylonis supra Israhælem. Iustum imperium ex iusta causa sibi parauerant Christiani Hierosolymitanum: iustum Carolus Magnus in Saracenis, & contra Arrianos Cæsares nactus, vi illos loco cedere cogens. Existimatur & lex bellorum iusta, victum victori inferuire, & inferiorem potentiori. Quod factum est, vt reguli qui plures erant in Gallis, tandem sub vnus imperium venerint regis Francorum: vt regnum Sueffonum, Neustria, Aurelia, Aquitania, Burgundia, Lugduni, Biturigum, Tholosæ, Aluerna, & alia quae in prouincias ducatus, comitatus, & marchionatus translata sunt. Sicuti & tempore belli ad Tolbiacū iniri Clodoueus victor regulos Germaniae sustulit, vt auctor Beatus Rhenanus in 2. Electione fiunt principes & reges, vel infestatione, vel via electionis solemnis: seu suffragiis populi fiebant consules Romæ expulsis regibus, illi dictatorem dicebant, hic eligebat magistrum equitum. Ante consules, senatus inter regem tempore regum faciebat. Infestatione pluribus regna data sunt, & datur hodie à superioribus à summo pontifice, in prouinciis & regnis, quae suae sunt potestatis, vel quae illi hominum debent, & fidem iurant. Quale est rex Hierosolymorum, Siciliae, Aragonum &c. Dantur & regna in feudum ab imperatore, quae sui sunt hominij, & imperij. Facit & iis si velit noua. Illud ipsum & facit Turcarū imperator, & pretiosus Ioannes qui plura habet sub se regna tributaria, & suae fidei. In summa per electionem fiunt legitimi principes, spirituales & temporales. Legitimi principes spirituales fiunt per electionem illi, de quibus dictum est alibi, videlicet summus pontifex, patriarcha, cardinales, & alij praepositi antistites. Secularis porro principatus & legitimus electiuus erit, siue sit vnus, vel plurium: vnus est, monarchia & regnum: plurium, aristocratia optimatum: oligarchia, paucorum: democratia, populi. De quorum praestantia disputat Dion, & in epito. Polybij, & nos alibi. Pendet ab iis magistratum potestas & electio. Monarchiae nomine, administratio illa continetur, quae vnus tantum habet dominum, qui superiorem non agnoscit. Sed absolutè monarcha totius orbis dominus est. Ego plures annotaui, qui se orbis dominos dicerent, nullum autem qui talis esset adhuc praeter vnum: eumque solū Deum inueni, & eius vicarium vnicum Papam in orbe Christiano: alij sua opinione, & adulatorum inflati ventis, tantum monarche, Deus solus rex regum, & Dominus dominantium: & solus aeternè imperans, Alexander se monarcham dixit, sed si quis illius imperium expendat, plures nationes inue-

a vt constat ex rota historia Iudicum. b 4. Reg. c. pen. & h. 3. Paralip. c. fin.

c de istorū regnorū infestatione, vide quae diximus in feudis, cum de personis idoneis agim.

d lib. 44. & 36. e lib. 7.

f Apoc. ca. 19.

g Psal. 9. & R. v. d. 15.

niet illi non subditas, nec quidem Romanos. Imperatores Romanorum etiam orbis dominos dicunt. Sed quam alienum hoc ipsum sit à veritate, manifestum est. Sed istos omitamus, & simulum monarcharum paganorum, & Turcarum, vanos ritulos, vt ridiculos. At fatebimur eos esse in regno & imperio proprio monarchas, quādiu praevalet subditis. Tales & dicemus reges, qui à benè regendo nomen habent: vt imperatores ab imperio. Connuemus & alium vanissimum titulum, quem sibi vsurpat aeternitatis. Et ne in falsis illis insignibus & insulis immoremur, de imperatore quaedam percurramus, quae ad iuris ciuilis pertineant cognitionem, & de regno Romanorum, & administratione reipublicae eorumdem. Imperator apud Plinium dicitur, qui certum hostium numerum sua manu occidisset. Secundum M. Terentium Varronem, Imperator ab imperio populi, qui eos, qui id attentassent, opprimeret hostes. Strabo, imperatores praestantissimos nos fuisse dixit, qui post maris & terrae acquisitionem, in ciuilem cœtum homines coegerunt. Cicero cum Plinio consentit, oportuisse eum, qui imperator dici vellet, sua manu mille aut duo milia hostium occidisse, vel seruitutis liberatum fuisse. Explicat id ipsum Alexander ab Alexandro P. Duces etiam imperatores dicebantur, quod imperatorem militibus. Ex duce militum, vel latronum factus fuit rex Romulus, & post eū alij nomen obtinuerunt, vsque ad Tarquinium Superbum septimum, & postremum ducentem, qui regis nomen hauerit. à primo Romulo, cui successerunt ordine Numa Pompilius, Tullus Hostilius, Ancus Martius, Tarquinius Priscus, Seruius Tullius, & vltimus Tarquinius Superbus, qui regnarunt per annos 243. Primus vi constituit imperium alij partim successione, partim electione facti reges: & aliquo eorum deficiente & mortuo, interdum, vt ait Dionysius Halicarnassæus, interrex à senatu electus est. Ob scelus adulterij in Lucretiam commissi per Tarquinium Superbum expulsi reges, & nomē regum à populo Romano: aliudque nomen secundò, imperantium, consulum videlicet annuorum ex electione inductum est. Et nono post anno Tarquinio exercitum inducente, dictatoris potestas semestris addita cū magistro equitum. Electi consules dicebant dictatorem, hic magistrum eligebat. Successere postea Tribuni, censores, consules iterum, decemviri, rursus consules, & dictatores electi. Donec Iulius Cæsar sibi pro nomine principatus Imperatoris nomē, quod à militibus acceperat, retinuit: & reipublicae gubernationem vsurpauit. Cuius successores, etsi imperatoris appellatio regia potestate inferior esset, pro insigni titulo se imperatores nominari maluerunt, quam reges. Forfan & alia ratione, quod nomen regis summo operè Romanis esset exolum. Ita & Cæsares quoque ab eo dici voluerunt. Sicuti & Albanorum reges Silvij, à Siluio posthumo 3. eorum rege, & Aegyptiorū reges, Pharaones: Alexandria, Ptolomæi: Parthorum, Ascidae: Latinorum, Murani. Sic & Cæsares Romani ab Augusto vel Octauiano, dici voluerunt Augusti: is autem à populo Augustus, quasi venerandus, cognominatus est, teste Dione. Sic & Pij ab Antonino Pio imperatore, cui erat & Gallia transalpina paternum genus, à Nemaufense pater Aurelius Fuluius, ingenio clarus & doctrina, atque mitis, nitidæq; literatura, Numæ Pompilio comparatus: cognominatus Pius à senatu varias ob causas,

h Ibenè à Zenone. de quadriennij praescri. C. l. de precatio ad leg. Rhod. de iact. in P. s. omnes verò populi, in praemio Institutionum. i capi. clerus, verfic. pontifex, 31. dist. k in l. 2. de fabricen. lib. 10. C.

l Plinius lib. 7. natura. hist.

m Varro, 4. de ling. Lat. n Strabo, 1. Geograph.

o Cicero, Phi. lip. 14.

p Alex. ab Alex. lib. 1. Ge. nial. dier. c. 2.

q de his regibus Iulius, in 1. & Flor. Paul. Diaco. in 1. de princip. Rom. Sextus Rufus. Consu. in Epitom. histo. Plinius, de vit. illustri. Dionys. Halicar. in toto primo volumine Orofin. 2. c. 5. & 6. August. lib. 1. de ciuita. Dei, c. 19. l. 2. de orig. iur. Ouid. 2. Fasto. r Praedicti fidei faciunt auctores. s Eutrop. in 1. Orof. in 2. c. 6.

t Plutarch. in vita Cæsaris.

v Donatus A. cioliolus, in vita Caroli Magni.

x Spartian. in Aelio Vero. y Eutrop. in 1. Rom. prin. z Ioseph. li. 8. Antiquit. c. 6. a Philipp. Berrold. in Suet. 10. in Iul. Cæs. c. 1. b Dio Cassi. 31. histor. c. 5. ff. vt liberti de certe. auro non indiget anulo. col. 6. titu. 4. in authen.

causas, quas recenset Iulius Capitolinus, & Vultius Gallicanus. Ad hanc potestatem, alia omnis magistratum qui imperabant, populique Romani deuoluta est, vt suo loco in iure ciuili & positio explicauimus. Ita ad hanc solū reipublicae cura pertinet, debetque studere princeps, vt subditi in quiete & pace viuunt. Et publicis occurrere negotiis, & alta mente retinere quod Antigonus rex filio suo, quem se immodestiorē & violentiorē quā par esset, gerere videret, dixit. *An non nouisti, fili, regnum nostrum nobilem esse seruitutem?* Regum duae sunt antes praecipuae, militaris, & legum: vt pacis, & belli tempore recte reipublicae gubernent, & tueantur. Arma & leges mutuo auxilio egent. Et princeps ad iudicandum potissimum, & regendum bonis legibus populū, praepositus est: & pectus eius scrinium & promptuarium debet esse legum omnium, atque philosophia plenum. Et tum demum faelices reipublicas dixit Plato, si aut philosophi ad regnum promouerentur, vel reges, philosopharentur. Non oportet certe nauitiam nauigandi imperitum, nauis regenda praeficere, alioquin periclitantur qui in ea sunt, potissimum furentibus ventis, & concitato mari. Nec quoque reipublicae gubernacula commissa imperitis successus vel exitus habent faelices, ubi illa potissimum seditionibus astat. Sic enim optime Mitylenæus poeta Lyricus Alcaeus, reipublicam perturbatam, & statum, per nauim allegoricè designat sub Mycillo tyranno Mitylenæorum, apud Heraclidem. *En asperum, inquit, ventorum, Marisque statum concitii fluctus feruntur, hinc & hinc, Nos puppis in medio vehit, Grauisque tempestas premit, Iam corruit in sentinam, Cui malus alligatur Lignum, laceraque vela sunt Et anchorae laxatae. Et postea Hic fluctus velut aestuans Rempublicam obruit omnem. Et nobis haurienda Est sentina malorum, Quae plurima intrat nauim.* Regnum bifaria scindi Plato dicebat. Aliud enim secundum legem, aliud secundum genus esse: secundum legem constare Carthaginensiu regnum, ciuile quippe esse: Lacedaemoniorum autem, & Macedonum, secundum genus: quod haberent successione quandam per genus. Morem fuisse Lacedaemoniis à maioribus traditum scribit Aemilius Probus, vt duos haberent semper reges, nomine magis hiala imperio ex duobus familiis Proclis & Euristhenis, qui principes ex progenie Herculis Sparthae fuerunt. Harum ex altera in alterius familiae locum fieri non licebat: itaque vterque suum retinebat ordinem. Primus in eo habebatur, qui maximus in ea esset ex liberis eius qui regnans decessisset. Si is virilem sexum non reliquisset, tum deligebatur qui proximus esset propinquitate. In Galla etiam reipublica Indorum reges ex duobus familiis per successiones assumebantur, vt auctor Diodorus Siculus. In Gallia nostra reges ex genere succedunt primogeniti regis pre-mortui, cui si nulli supersint filij superstites, ad proximiorē ex genere diadema deferretur, exclusis faeminis ex lege Salica: defecit tamen ter recta generis successio. Hoc imperium, quod ex successione datur, videtur fuisse primum in

o Diodor. Siculus, li. 17. Bibliothec. an. 9. Alex.

orbe, & natura indictum, secundum ea, quae docet Aristoteles. Vt primum coniunctione maris & feminae facta, imperium fuerit viro, cui erat mulier subdita. Et haec fuit prima societas quotidiana, prima domus, primum imperium, quod & genitis inde imperauit qui essent cum illa domo. *ἰσοκρατία & ἰσοκρατία.* Cum autē nati plures ex prima domo sunt, & seorsum diuerfis domibus habitare coeperunt, reuerentia genitoris primi, vt antiquioris, & imperij honos animis adhaesit separatim: atque eos, qui domibus separatis imperarunt, maximè primum ex quo descenderant venerari & honorare aequum visum fuit: illum autem singulis prospicere. Sic pagus coepit fieri ex natu natorum, & vni subditus fuit, omnique domus regebatur à seniore. Et postea senioris proximiores, priores esse coeperunt: & ex pagis ciuitates, ex ciuitatibus regna composita, remanent gubernandi paterna potestate, cui & regia similis. Prisci reges quidam tamen eligebant sibi successores in regno, quos vocabant Coritos, hoc est, Iones vel hastatos, ita Sabatius Saga creatus Coritus à Iano. Et Arius 6. Babiloniae rex Aurunum. Et tempore regis Athladis regis 12. Babiloniae, Hercules filius eius, Thuscum filium Ianigenis creauit sibi Coritum. Tempore Sphaeris 15. regis Babiloniae, Morges filius Itali creauit Coritum suum cognatum Combolafionem, vt scribit Berofus. Apud Romanos, imperio praelecti principum filij seu imperatoris, Cæsares dicebantur, quasi designati augustae magestatis haeredes, vt auctor Spartianus. Et hinc Germani, Romanorum regem Cæsarem appellant. Iidemque principes dicti iuuentutis, testibus Tacito, Suetonio, & Lampridio. Eratque hoc nomen auspiciū futuris imperatoribus, sicut in Hispania, qui mortuo parente regnum adepti sunt, principes appellantur. Et filij Imperatorum apud Gracos despotae dicti. Vt & hodie filius regis proximus successione, dicitur *Mosieur*, vel alio nomine Delphinus: eb eo tempore, quo Umberto, secundum Paulum Aemilium, vel secundum Nicolaum Gillium, Imbertus Delphinatus princeps, Philippo Valefio Gallorum regi, Delphinatus dominatum cessit, ea lege & conditione, vt proximus regis haeres dominus diceretur: vocabat Allobroges quippe suos principes, Delphinos. Fuerunt quatuor monarchiae principales orbis per successione in filios translatae, donec incuria, vel vi in aliam ditionem translatae sunt, vel deficiente genere: deficiente enim, & senescunt quoque familiae, & moriuntur, vt regna. Expertumque illud in monarchia Galliae, quae etiam ter mutauit succedendi ordinem: non tamen in alterius regis ius, quam proprii trasuist, ex quo confirmata fuit Imperio quoque Romano id ipsum accidit saepe, & series familiarum in eo turbata & expuncta est. Et tandem desit ipsum imperium in oriente, & translatum in occidentem, in Carolum Magnum Franconiae natum in Germania, filium Pipini regis Galliarum & Berta, anno domini 801. anno 21. Imperij Constantini & matris Helenae. In cuius familia remansit ad mortem vsque Ludouici Balbi regis Galliarum, post cuius à vita obitum, translatum est in Saxones Allemanos, penes quos iure successione quoque à patre in filios peruenit, vsque ad tempora trium Orthorum, quorum postremus veneno dato à Romanis, Romae mortuus est. Qua ratione Gregorius natione Saxo, qui pulso ab Othone antipapa Ioanne 17. dicto, restitutus in sedem erat, vt imperij

r Aristotel. 1. Polit. c. 1. & 2. & 4. s Genes. 3.

t Berof. lib. 5. de florationis histor.

v Spartianus, in Aelio Vero.

x Paul. Aemil. li. 9. in Ioanne.

y Vincentius Lupanus, in commentariis de magistratibus & praefecturis Francorum. z Paul. Aemil. li. 8. In Philippo Longo.

a extat confi- tatio. in c. ve- nerabilem. de elec. b de quib. glo. in ead aposto- liez. circa fi- nem. de re iudic. Sex. c. gloss. in c. ne Romani. s. por- ro. de iureiur. in clementi.

dignitas apud Germanos suos maneret. Synodo congregata sanctionem tulit de imperatore delin- gendo. quæ vsque in hodiernum diem obser- uatur. anno 194. a electoribus Germanis constitu- tis b. Post quorum electionem triplex diadema. seu tres coronas suscipit. primam Aquisgrani in Colonienfē diocesi: secundam. in Modiciensē ciuitate à Mediolanensī archiepiscopo. postremam Romæ à summo pontifice c.

De Populo. Cap. 3.

- 1 Publicum quid.
2 Populus quid. Collegium quot constat personis. eod. Plebs quot constat personis. eod. Turba quot constat personis. Gens & gentiles quid. & unde. eod.
3 Populus diuisus à Romulo ordine. & dignitate. & quomodo.
4 Populo permessa ex ege Romuli.
5 Democratia quibus constat.
6 Democratia quid. & finis.
7 Gruum imperium reciprocum.

d s. cōsequē. de suspē. tu- tor. s. i. de pub. iudic. e l. bona ciui- tatis. & l. cum qui vctig. de verb. signific. l. inter publica. eod. f Diuus Au- gustinus. li. 19. de ciuit. c. 21. g c. 1. de ele- ctio. l. Nerati. de ver. signific. h. l. sicut. s. fin. q. cuius. vni- uer. nom. i ca. vno. 10. q. 3. ca. 1. & ibi gl. de elect. k l. pator ait. in 2. vi honor. raptio. f. & ibi Barto. l. s. ius autem ciuile. s. quōd verō. de iure na. gent. & ci- uil. omnes. s. 1. co. tit. P. can. ius gent. dist. m l. pro nōcia- rio. s. familia. & l. sape. de verb. signific. n Dio. Hali- ar. in 2. o s. plebs. de iur. natu. gen. & ciuili leg. plebs. de verb. signific. p in c. s. de iur. ciuili num. 12. lib. de iuris arte. q Dion. Hali- car. in 2. r Cicero. 3. de legib. s hanc omnia in tota l. 2. de orig. iur. P. r Aristotele. 5. Politic. o. v hanc & plu- ra. de hac de- moerata. & membris eius politic. Aristo- tel. lib. 2. c. 2. & sequentibus. x Paulianus.

Qvod populi est. rectè publicū dicitur. quasi populicum d. Et publica. quæ sunt populi. potissimum quæ sunt populi Romani propriè. aliorum autem. per si- militudinem e. Populus dicitur multitudinis cœ- rus. ratione communis iuris. & vtilitatis vnitus: vt definisse Cironem in libro de republica. cuius pars interit testatur D. Augustinus f. Duo vel tres faciunt cōgregationem. & collegium g. quod per vnum retinetur h. Decem faciunt populum. & plebem i: turbam. quindecim k. Gens quoque pro populo accipitur l: quamuis alio modo gens. & genus. & gentiles à gignendo. cognati dicantur m. Diuisit Romulus populum Romanum. or- dine. & dignitate. Multitudinem ordine. in tri- bus. tribus in curias. curias in decurias. Dignitate. in patritios & plebeios n. Postea & diuisus popu- lus in senatores equites. & plebem. Et proinde ex recenti diuisione compositus est populus ex pa- tritiis seu senatoribus. equitibus. & plebe o. de quibus & de diuisione populi secundum ordinem. iam diximus alibi v. Romulus permisit tria popu- lo. Magistratus creare. ius belli inferendi. & consi- liam dare. & consilium dicere. iusque legis san- ciendæ q. Et in lege 12. tabularū cautum ita erat r: Creatio magistratum. iudicia populi. iussa vetita cum sciuntur. optimatibus vota plebi libera sunt. Pulsis tamen regibus populus omnem potestatem sibi vsurpauit. eamque per certa tempora. & cir- cumscriptè exercendam optimatibus. consulis. senatui. & aliis magistratibus. & ducibus cōcessit. Postea rursum trāstulit in principem s. Democratia definitur duobus extremis. potestate summa populi. ac libertate. Et libertas illa. vt liberum sit quodcunque velis æquum facere. vt scribit Ari- stoteles t. Finis popularis administrationis. liber- tas: quæ cōsistit. vt per vices imperent ac pareant. & iustum populare æquum habeant secundum nu- merum. non secundum dignitatem: Et accidit. vt quicquid multitudo statuerit. id ratum iustumve necessariò dicatur v. Democratia populi respubli- ca dicitur. quæ eod diuurnior fuit. quod magis le- ges conseruauit. & dixit optimas. vt de democratia Atheniensium ait Paulianus x. In democratia

communicatio dignitatū per vices. videtur quan- dam continere naturalem gubernationem. quale de gruibus scribit Athalaricus rex Gothorum. Grues. inquit. moralem quandam nouerunt exercere 7 concordiam: inter quas nulla priuata queritur. quia iniquitatis ambitus non habetur: vigilant vicissim. communi cautela sese custodiunt. Sic honor nullus admittitur. dum omnia sub communiōe seruantur. His etiam volans vicaria equalitate disponitur. vltima sit prima. & qui primatum tenuit esse poste- rior non recusat & c. voluntariè seruiendo. libera sunt y.

De Magistratibus in genere. Cap. 4.

- 1 Magistratum potestas vnde. & nomen. Magister populi dictator. eod.
2 Magistratum diuisio remissio.
3 Magistratus in quorum locum suffecti.
4 Magistratum publica persona. & potestas.
5 Iudicia in portis ciuitatum fiebant.

Potestate olim populi. Imperatoria vel regia nunc. pendent magistratus eorumque potestas z. Antea non ita. quando omnia manu regia fiebant a. & per se reges iudicarent. quando vt iudicarent reges eligebantur: vt Deioeces à Medis b. & Saul ab Israëlito populo c electi sunt. Et id nomen explicat. quia apud Paulum d. magistros & magi- stratus dici constat. qui magis quam ceteri dili- gentiam & sollicitudinem rebus. quibus præfunt. debent. & à monendo & monstrando. Tum autem dici cœptus magistratus. cum à populo magister populi. id est. dictator creatus est. vt auctor Pom- ponius Latrus e. Sicut & magistrum populi. dicta- torem esse explicat Cicero i. de finib. Et Varro f. Magister equium. quod summa potestas huius in equis & accensis. vt est summa populi dictator. à quo is quoque magister populi appellatur. Reliqui. quod minores quam hi magistri. magistratus: vt ab albo. albatu. Et vox magistratus significat eos. qui in potestate aliqua sunt constituti. vt Cicero ait g. videtis igitur hanc esse magistratus vim vt præsit prescribitque recta & vtilia. & coniuncta cum legi- bus. Ut enim magistratibus leges. ita populo præfunt magistratus: verèque dici potest magistratum esse. legem loquentem: legem autem esse mutum magi- stratum. Aliquando etiam magistratus. pro pote- state ipsa seu officio accipitur. Distinctiones porro z magistratum hinc non ponemus. nec alia quæ ad singulorum pertinet auctoritatem. & iurisdic- tionem. vel potestatem: quia de his in perfecta iudi- ciorum enucleatione. cum de personis sermo fiet. ageretur. Et iam satis arbitror me dixisse. in prælu- diis oprimi Iuriconsulti h. Interim sciendum ma- gistratus propriè suffectos esse in locum populi. & principis: vel aliorum. qui per se potestatem quam habent. vel exercere nolunt. vel non possunt: non enim omnia per nos ipsos exequi possumus. semper & vbique. Et proinde magistratibus opus fuit. qui consiliis i. suis. atque specie ipsa. dignita- tem reipub. sustinerent l. eamque. vt ait Iustinia- nus quoque. sibi commissam per partes governa- rent k. Sicuti enim principes. sic & isti vicarij eo- rum. publicam curam suscipiunt. nomine princi- pum. non suo: vnde & publica persona dicuntur l. Et principes ciuitatis à Modestino m. Et auctori- tatem

y Cassiodor. li. 9. Variarum ca. 2. in editio cōtractuales.

z l. ad legem Iul. de ambi. a l. 2. in pri. de orig. iur. b Herodo. in. c. 1. Reg. ca. 8. d l. quibus pre- cipua l. 57. de verbor. & rer. signific.

e Pompo. La- trus. li. de Ma- gistra. f Varro. lib. 4. ling. Latine.

g Cicero. 3. de legib.

h lib. 2. prælu- diorum. ca. 31. 32-33-34.

i Cicero. Dial. 2. de legib. in fine & princi- pio 3. lib. k Iustin. in s. final. in proe- mio Instituit. l. s. pen. de At- tilian. tutor. m in l. spado- nem. s. si ciui- tatis princeps. de excusa. tur.

a l. 1. de offic. præf. in P. l. 2. ad leg. Iul. de An- nona. b l. 1. s. publi- cum. de Instit. & Iur. in P. s. huius studij. eod. tit. apud Iustin. c l. leges vt ge- nerales. & l. leges sacratiffi- ma. C. de legi- b. d l. iniuriarum actio. s. i. de in iur. in P. l. 3. s. fed vim. de eo quod met. cau. 2. e l. 2. s. post o- riginem. de o- rig. Iuris. f Interpret. post gloss. in l. 1. de iurisdic. omni iud. P. g l. potestatis verbo. de ver- bor. signific. l. imperium. de iurisdic. omni iud. P. h in l. pen. de Iustitia & Iur. C. i l. obseruan- dum. de offic. præf. k Deut. c. 16. c. l Amos. c. 1. m Cicero. 1. officior. n dixi lib. 2. præludiorū. c. 35-36-37. & 38.

tatem principis. vt olim populi. referunt a. Iusque publicum & in sacerdotibus. sic in magistratibus quod ad statum rei Romana. id est. reipub. perti- neat b. Sicuti. etiam principes legum publica- rum habent c potestatem. sic & istis legum con- cesserunt executionem & conseruationem d. Vn- de & pro anima legibus sūt magistratus: alioquin enim parum est iura in ciuitate esse. nisi sint. qui ad effectum ea deducāt e. Idcirco horum potestas sine iurisdic- tio. dicitur de publico introducta. cum necessitate iuris dicendū f: cum imperio sæ- pè g. & cum maiestate Imperij h. Omnibus quoque horum copia parere debet i: & ideo Deus iussit Mosi k. in portis ciuitatum fieri iudicia. sic dicēs: Iudices & magistratus constitues in omnibus portis tuis. quas Dominus dederit per singulas tribus inas. ut iudicent iusto iudicio. nec in alteram partem decli- nent. Et Amos propheta l. odite malum. diligitè bonum. & constituite in porta iudicium. sicuti mife- reatur dominus. Est igitur. inquit Cicero m. pro- prium munus magistratus intelligere se gerere per- sonam ciuitatis. deberèque eius dignitatem & decus sustinere. seruare leges. & iura describere. & fidei sue commissa meminisse. Diximus iam alibi de iudi- cum. & magistratum decore. & quæ in illis re- quirantur in morum grauitate. religione. & sa- pientia. Et idcirco abstinere à tractatione. & suf- ficiet indicasse. vbi ea explicauerimus n.

De personarum priuatam vitam agentium generibus. Caput 5.

- 1 Ciuitatum diuisendarum primus inuentor. & quas partes diuisit. Hippodamas Euryphontis Milesius. eod. Ciuitati optima quot hominum genera adesse debent.
2 Indorum multitudinis distinctio in quot species hominum. Sapientum apud Indos munus. eod. Agricolarum securitas apud Indos. eod. Pastorum habitatio apud Indos extra vrbes. & op- pida. eod. Milites Indorum quales. eod.
3 Episcopi Indorum qui & munus.
4 Personarum consideratio priuararum. & earum qualitatum in iure.
5 Personarum diuisio in iure secundum scientiam. & artificium.
6 Persona scientia factiua.

Hippodamus Euryphontis Milesius. di- uisionem ciuitatum primus inuenit. & primus aggressus est aliquid dicere de optimo ciuitatis statu. Constituit ciuitatem multitudine decem millium. in tres di- uisam partes. Faciebat vnam partem artifices. al- teram agricolas. tertiam propulsores belli atque arma tenentes o. Apud Indos septem potissimum genera hominum p. Primum locum sophista ha- bebant. seu sapientes. quibus nulla operis neces- sitas imposta. quàm vt suis diis pro salute com- muni sacrificia facerent: diuinarent de tempori-

o Aristoteles lib. 2. Politic. c. 6. p ex Arriano. lib. rer. Indi- carum & Stra- boue.

bus. anni. aut si quæ publica calamitas immineret. Secundum genus erat agricolarum. qui neque bella curant. nec arma habent. nec tempore belli infestantur etiam ab inimicis. Tertium eorum. qui oi νομάες. oi ποιμένες τε καὶ βουκόλοι. καὶ ἄγροι ἄγε καὶ πάλιαι ἄγε ἐν τῆσι κομμησι οὐλέουσι. νομάδες τε εἰσι. & c. id est. sunt pastores. armentarij. bubulci. Et isti neque vrbes. neque pagos inhabitant: sed in mon- tibus degunt. & tributum ex armentis & pecore pendunt. auctisque & agretes feras venantur. Quartum genus. το δημηγορικὸν τε καὶ καπηλικὸν γένος. id est. opificum & negotiatorum genus. qui ex arti- ficibus tributa persoluebant. Quo genere etiam & nautæ continentur. Quintum genus eorum. qui πολεμισαί. id est. milites dicuntur. qui solum bellis deseruiebant. Sextum genus faciebant oi ἐπίσκοποι καλέμενοι. episcopi. dicti οὗτοι ἐφ' ὧν τὸ γινόμενα κατὰ τὴν τάξιν καὶ κατὰ τὰς πόλεις καὶ ταυτὰ ἀναγγέλλουσι τῷ βασιλεῖ. ἵνα περ βασιλεὺς οὐ γινῆται. ἢ πῶς τέλει ἵνα περ ἀυτόνομοι εἰσίν. id est. ij. quid in vrbus. quid in agris agatur. inquirunt. eaque regibus. si per reges gubernentur: aut magistratibus. si libe- ræ sint ciuitates. denunciant. Septimum genus. est hominum Indicorum. eorum qui de rebus ad pu- blicum pertinentibus consultant: idque vel cum rege. vel per vrbes. quæ libera imperium tenent. In iure considerabimus quoque istas personarum 4 distinctiones. propter diuersa illarum priuilegia. & naturam. Itaque Indorum sequenti partitionem de sapientibus siue philosophis erit prima perso- narum notio. & de iis. qui eod tendunt. per gra- dus: de omnibus enim agit iuriconsultus. qui scientiam aliquam vel artem profitentur. Sed vna diuisione generali. omnium harum personarum nomenclaturas complectemur. vt memoriam tena- cius. quæ proximè explicanda sunt inhæreant. Igitur ratione scientiæ & cognitionis diuidimus 5 personas: in eas quæ habent cognitionem aut scientiam. vel insulam. seu intellectualem. vel speculatiuam. vel practicum. Insulam habent pro- phetæ. & diuini. Speculatiuarum scientiarum scij vel habent realem. vel rationalium cognitio- nem Qui realem habent scientiam. dicuntur vel mathematici. vel physici. vel metaphysici. Ma- thematici in quadruplici sunt differentia. nempe arithmetici. geometræ. musici. astrologi. vel astronomi. Speculatiuarum rationalium perso- næ. sunt grammatici. dialectici. rhetores. poetæ. historiographi. iuriconsulti. Practicæ scientiæ participes in actiua sunt. qui gerunt honores & munera ciuilia. illi qui œconomi dicuntur. Et qui mores regunt. inspiciunt. & corrigunt. censors: quorum nomenclaturæ variæ sunt. De honoribus & censoribus. vt de aliis magistratibus Deo fa- uente. in iudiciorum personis ageretur. De mune- rum administratoribus paulò infra. Ad practicum 6 scientiam seu factiuam pertinent milites. de qui- bus in re militari. Artifices. agricolæ. pastores. armentarij. bubulci. suarij. de quibus mox: vena- tores. piscatores. aucupes. de quibus diximus ali- bi 9. Nautæ. negotiatores. propolæ. mercatores. institorisque & c. 1. Fabri lignarij. ferrarij. metal- larij. monetarij. architecti. figuli. aurifices. Medici. chirurgi. obstetrices. iatralēptici. Mechanici alij. pictores. baphici sculptores. celatores. statua- rij. plastici. scribæ. pistores. & huiusmodi. fullo- nes. tectores. fartores. & c. Item militēs. qui in multiplici differentia.

q dum agimus de extraordi- nariis crimi- nibus. de ve- natione. r de his tracta- bitur Deo vo- lente. in con- tract. emptio- nis & vendi- tionis. & de mundinis. & de lege Rhodia in qua si contractib. de exercitoria actione. & de inflitoria.

De prophetis & diuinis. Cap. 6.

- 1 Sophista Indis vates.
2 Sophista olim philosophi dicebantur.
3 Prophetia nomen quid significet.
4 Prophetia praeiorum, praesentium, & futurorum eod.
5 Prophetia boni, & mali.
6 Sibyllina oracula cuius sint.
7 Sibylla mortua adhuc diuinat in sortibus.
8 Luna apparet facies.
9 Sibyllarum numerus.
10 Sibyllini libri Roma custodiri, & consulti publice, & quando.
11 Sibyllinis libris Christiani fidem non adhibebant.
12 Larginus Proculus praedixit cum vita sua discrimine diem mortis Domitiani.
13 Antonini Caracallae imperij praedictio.
14 Oenone vates.
15 Diuinationis & prophetiae differentia.

Sophista, id est, sapientes apud Indos dicebantur, qui futura vaticinabatur, quae ad reipublicae vtilitatem pertinebant, ut diximus ut Arrio. Et, ut Terentius ait, Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est, videre, sed etiam illa, quae futura sunt prospicere. Et sophistae dicti sunt olim, qui postea philosophi: rerum enim consideratione attentiori, rebus futuris prospiciebant. Verum ista cautio futurorum, ex causis naturalibus facta, proprie non pertinet ad professionem, vel diuinationem, sed ad prudentiam, & astrologiam. Prophetiae nomen sumptum latè vocabulo, & eum qui futura praedicit, & eum qui sacra scripturarum diuinatum mysteria interpretatur abdita, continet. Genus prophetiae vniuersum tripliciter diuiditur, in futurum, praesens, & praeteritum. Et Moysi prophetia est eius, quod est occultum inuentum: ut dum D. Petrus furum Ananiae & Saphirae detexit. Sed magis proprie prophetia, quae euentura longè pronuntiat. Prophetarum alij boni, & prophetia illorum vera: alij mali, & prophetia vera: alij pseudoprophetae, & prophetia vel usurpata diuinationis, falsa. Veri prophetae, sunt & boni à Deo, ad id munus electi, qualis Elias, Helisaeus, Enoc Esaias, Zacharias, Hieremias, & alij similes, qui omni tempore ferè fuerunt in populo Dei, vsque ad Aggaeum, Zachariam, & Malachiam, quibus mortuis cessauit prophetia in Israël, anno à creatione mundi 3404. ut scribunt Hebraei in suis Chronicis. Prophetarum alij homines, quamuis improbi essent, & habent aliqui mali spiritum prophetiae, sed non

a Artius, libr. rer. Indica. b Terentius, in Adelphis. c can. si qualibet, s. Abraham, 22. q. 2. d canon. si rector, 43. diffin. Exod. 7. ibi, Aarō erit propheta. e D. Chryso-stomus, in 2. procemio in psalms 101. f In lib. sepher gozam, Zutha.

ad meritum, aliis non sibi vtilis, ut innuitur ex sacro eloquio, dum Deus dicit non nosse eos omnes, qui dicunt se prophetae in nomine eius, & à se reuicere, ut operarios iniquitatis. Prophetarum Balaam, quamuis impiissimus, & Saul persecutor prophetae, & Caiphas prophetauit, cum esset pontifex, quod expediebat vnum hominem mori pro populo, ne tota gens periret. Et plures alij, quorum ore spiritus sanctus, ut instrumentum vsus est. Etenim prophetia, donum gratiae est. Annotauimus & plures vates veridicos inter gentes, non suo quidem merito, sed ad eorum malitiam adhuc proprio ore conuincendam. Sunt Sibyllina oracula veridica, si tamen ea non sint aliqui cuius quae Deum non nouerit, admiranda. Opinor enim Erythraem saltem eam, cuius nobis residua sunt excussa fragmenta & responsa, Deum verum nouisse: Etenim in eius oraculis legimus, eam se profiteri uxorem vnius filiorum Noachi, iactatamque vendis in arca, ut quae intra esset vna cum leuiris & glossis. Atque se Dei iussu, oracula literis madasse restatur, his verbis: πάλιν γὰρ ὀδὲν ἀθάνατος ὄντης, παντοκράτορος ἑ μὲ ἐλάδου ἀγγέλλειν ὑμῖν ἵνα μὴ φρεσὶν ἐξαπολιθῆτε, id est, omnia enim scit. Immortalis saluator, qui omnia obseruat, qui quoque me iussit.

Annunciare vobis, ne mentibus pereatis. Aiunt, ut scribit Clemens Alexandrinus, Delphis in curia ostendi petram quandam, supra quam dicitur sedisse prima Sibylla, quae Helicone venerat, educata à Musis, cum esset filia Lamiae Sidoniae. Sidonius autem dicit in versibus, ne mortuam quidem à diuinandi arte cessasse Sibyllam, & id quidem, quod ex ea in aërem recessit post obitum id esse, quod in sortibus diuinat & auguriis. Ex eo autem quod muratum est in terram corpore, exortam, ut consentaneum est, herbam, quam, cum eam bestia, quae in eo loco essent, comedissent, scribit perfectam futuri cognitionem per extra hominibus significasse: eius autem animam existi mat esse faciem, quae apparet in Luna. De numero Sibyllarum, non est quod post totaliorum labores repleam chartas: illorum etenim opera profant pertrita. Ferunt ad Tarquinium Priscum, vel, ut alij volunt, Tarquinium Superbum, vnam Sibyllarum, oraculorum libros detulisse secundum aliquos nouem, secundum alios tres, & pro eis trecentos Philippæos postulasse, regemque aspernatum pretij magnitudinem, & mulieris insaniam derisisse: illam autem conspectu regis tres ex nouem, vel secundum alios vnum ex tribus combustisse, ac pro reliquis idem pretium postulasse. Tarquinium multo magis insanire putasse, eam tamē denudò tribus aliis exustis, vel secundum alios altero, in eodem pretio perseuerasse, motumque fuisse regem, ac trecentis aureis emisse. Testis Plinius, Dionysius Helicar, Solinus, Gellius, Seruius, Suidas, qui & Sibyllae nomen dicit esse λέξιν ἰουδαϊκὴν ἐρμηνεύσιν λέγουσιν ποσειδωνίου, i. dictionem Romanam significantem Prophetam seu vatem. Est & Sibylla, ac si dicas deorum consilium. Ut Aeoles dicebani deos, deos, & ἑαλω, consilium. Conferuabatur autem Romae summa cum veneratione libri Sibyllini, qui magni in negotiis consulebantur: veluti quando contra Volcos bello moto, Romae laboratum est victus inopia, & magnus metus fuit ne in totum deficeret, terra fructus negate. Sub Claudiano quoque, quo tempore

g Matth. c. 7. h Numerorū, c. 22. i 1. Reg. ca. 19. & 18. k Diui Ioan. euan. c. 11. l & hoc fusc explicat Diu. Chrysofomus homil. 25. in Matthae. m vid. in Sibylliacis oraculis excussis Graecè & Latinè versione Castellionis lib. 1. pag. 67. & lib. in fine pagin. 252. n lib. 1. Sibyllinarum oraculorum pag. 50. o Clemens Alexandrinus, li. 1. Stromaton. p colligit de his multa Vines incōmentata ad c. 23. lib. 18. de ciuitate Dei Augustin. Onuphrius, li. de Sibyllis & Sibyllarum oraculis. Laërtius, ex Varro ne li. 1. contra gentes c. Suidas & alij. q Plinius, lib. 34. c. 5. r Dionys. Halicar. s Solinus, c. 7. t Aulus Gellius. v Seruius, in 4. Aeneid. vers. x Suidas. y Dionys. Halicar. in 6.

De philosophis. Cap. 7.

- 1 Philosophi nomen quid, & quis primus eo se nominauit.
2 Pythagoras primus se dixit philosophum eod.
3 Philosophi nomen quando in desuetudinem abiit, & immensum ceptum esse eod.
4 Philosophi qui eod.
5 Prothagoras Prodicus mercede docuit philosophiam primus, & Gorgias.
6 Philosophia quid, & distributio in tres species, & plura membra.
7 Philosophia qui partes tantum exercuerit seorsum, & qui omnes eod.
8 Philosophia omnis in actione, & contemplatione.
9 Philosophia vera mores componit eod.
10 Philosophia vera in usu & memoria, non in verbis & disputatione.
11 Philosophi contemplatiui inutiles & odio habiti.
12 Pythagorici philosophi in Italia combusti.
13 Plato vendi iussus eod.
14 Epicurei locis honestis pulsati, & alij philosophi veribus. Item 7. & 8.
15 Poena melle nudum inungi, & apibus exponi.
16 Aristoteli, & Aristotelicis philosophis inimicus Caracallus.
17 Philosophi cur à muneribus non excusati.
18 Monachi exire claustrum non debent, ut audiant Physicam vel medicinam.

poro Marco mani cuncta vastabant. Sub Galieno, pro pestilentia sedanda. Et sapissime aliis quoque temporibus. Dignum tamen notatu est, Christianos nunquam his fidem adhibuisse, quod colligo ex Vopisici verbis dicentis ad senatum, cum esset controuersa de inspicendis libris Sibyllinis, Aurelianus scripsisse: Miror, patres sancti, vos tandem de aperiendis Sibyllinis dubitasse libris, proinde quasi in Christianorum ecclesia, non in templo deorum omnium tractaretis. Sed nec per solas Sibyllas aliquando permisit verum praedici Deum, sed etiam per alios. Sic Larginus Proculus, praedixit in Germania Domitiani diem, quo excessit à vita. Hac causa Romam missus, damnatus capite, tamen executione remorata, Domitianus eo interiit die, & absolutus à Nerua imperij successore, 40. tertio dono accepit. Alius qui Domitiano & vitam & genus mortis praedixit, & eum laniandum à canibus, quod accidit. Nam cum rogo vrendus esset, imbre ignis extinctus est: vbi canes vincum reperientes, laniarunt. Item Apollonius Tyanaeus, quo tempore ab Stephano Liberto occidebatur, cum in praesulum atque editum ascendisset conuocata magna populi turba, siue Ephesi esset, siue alibi dixit: Rectè Stephane, enge Stephane, percutere homicidam, percussisti, vulnerasti occidisti. Quidam vates in Africa praedixit Macrinum praefectum praetorio Antonini Caracallae, & filium eius Diadumenum imperaturos, quod accidit. Oenone, Cebrenis filia, vxor prima Alexandri filij Priami, Alexandro praedixit, futurum eum rapturum Helenam ex Europa, & bellum suae patriae induturum, & quod ipse in bello esse faciendum, & à nemine sanandus. Erat enim numine correpta saepe, & futura enunciabat. Quum etiam fidem Alexander raptor Helenae, in Graeciam transire decreuisset, Helenus vaticinari cepit Graios venturos Ilium euersuros, parentes & fratres hostili manu interituros, si Alexander sibi ex Graecia vxorem adduxisset. Id ipsum & Cassandra vaticinata: Chalcis in exercitu Graecorum vates futurorum eximius. Omitto recensere reliquos qui in hac diuinationis arte floruerunt, & saepe vera, saepius tamen mendacia protulerunt: ut prope potius dicantur diabolus, quam spiritu sancto loquuti. Quemadmodum illi pseudoprophetae, qui diuinationes suas proferentes dicebant, Haec dixit Dominus, cum tamen non fuisset eis locutus Dominus, nec misisset eos. Plura de diuinatione & speciebus eius & poena criminis alibi diximus, quae suo loco videto. Differentia insignis inter diuinationem, & prophetiam, quam adfert D. Chrysostomus, est: quod vates gentilium, qui responsa canebant & oracula, multa quidem dicebant, eorum autem quae dicebant, nihil sciebant. Sed non ita facit spiritus sanctus, sed permittit, ut cor cognoscat quae dicuntur. Et Hermas discipulus D. Pauli apostoli, Discernitur, inquit, prophetia spiritus Dei ab spiritu falso: quia Dei spiritus desursum est, quietus, humilis, sine nequitia, sine desiderio vano huius saeculi, homine omni se facit humiliores: non semper omnibus, nec de singulis loquuntur, interrogatus, sed cum Deus vult. Spiritus autem terrestris, est & fatuus, & homo qui eum habet, primam vult cathedram, est improbus verbis suis, in deliciis, in voluptatibus multis, & mercedem accipit diuinationis.

Philanus Vopiscus in vita Aurelia. b Iulius Capitolinus, in Galieno. c Mattheus c. 7. d Numerorū, c. 22. e 1. Reg. ca. 19. & 18. f Diui Ioan. euan. c. 11. g & hoc fusc explicat Diu. Chrysofomus homil. 25. in Matthae. h vid. in Sibylliacis oraculis excussis Graecè & Latinè versione Castellionis lib. 1. pag. 67. & lib. in fine pagin. 252. i lib. 1. Sibyllinarum oraculorum pag. 50. k Clemens Alexandrinus, li. 1. Stromaton. l Parthenius, in Eroticis, ca. ex Nicandro, li. de poetis. m Dares Phrygius, li. de excidio Troian. n Dicitur Cretenus, lib. 2. de bello Troian. o Hieremias, 24. & 23. Ezechiel. 12. p in criminibus diximus, diuigimus de maleficiis & mathematicis. q D. Chryso-stomus, Homilia in Psal. 44. tomo 1. r Hermas, li. 2. pastoris, madato, vel c. 12.

esse, apud eum praesidem prouinciae agere debet, sub cuius cura est ciuitas, a qua vocatur ad munera, non apud eam, ex qua se dicit oriundum. Lex alia de honoribus est deferendis a decurionibus, vt de honoribus non continuandis a patre in filium, in eadem domo: videlicet si in eius sit potestate, non autem si emancipatus filius. Ab honoribus ad honores eosdem, quinquennij datur vacatio: triennij vero ad alios. Legatione autem perfunctus, biennij vacatio concessa est. Nec volens quidem continuare vel repetere honores temporarios potest, aliter in legem Iuliam de ambitu incidit: cum publicae disciplinae semel gesta sufficiant. Neue ambitione & frequentia ordinationis, & continuatione curae, & per quamdam machinationem munus renouando, fiat aliquibus infinita praedicta gubernatio. Decuriones hinc eximuntur, qui possunt, si velint, non autem inuiti, honores iterum repetere: quia hi potius consilij gratia, & ratione oneris honores habent. Et in alijs adhuc consiliarijs licet omnibus iudicibus illustri praedictis potestate consiliarios eosdem secundum & tertio sibi, & saepius adiungere: quia qui famel bonus cognitus est, non debet ob hoc solum, quod iam probatus est, improbari. Cogit etiam necessitas, & penuria hominum, magistratus & honores repetere, si alij idonei non reperiantur: si etiam expedire videatur, ciuitas, vel decuriones & ad honores non expectato curriculo annorum, eligere potest, vt in defensore constat: nullo videlicet reluctante. Deinceps alia lex, vt ordine vnusquisque municipum honoribus & muneribus legatione fungatur, prout quisque prior in ordinem adlectus est: aliter sequentes non coguntur subire. Verumtamen ordo decurionum non inficitur, quando legatio decernenda: de primatibus, desiderat personam. Sic & statuit lex de gradibus magistratum decemuiralis, Magistratibus minoribus ad amplioem honoris gradum, primus ascensus esto. Videlicet si digni, & idonei sunt, vt diximus, ita enim verum est, honores non ordinationibus, sed potioribus dandos. Proxima hinc lex, maioribus honoribus functos, ad minores deuocari non oportere: quia praeterquam si aliorum ciuium copia non sit, qui obsequijs ciuilibus fungi nequeant. Huc pertinet lex, vt decuriones secundum legem municipalem describantur: quod si lex cessat, dignitates erunt spectandae, vt scribantur eo ordine primi, quo quisque eorum, maximo honore in municipio functus sit: postea per gradus, qui secundis. Et mox qui nullo honore functi sunt, prout quisque eorum in ordinem venit. Portiores dignitates a principe, quam a municipio concessae. Praefertur & in albo decurionum pater, non habenti filios, caeteris paribus. Et idem ordo in dicendis sententijs in consilio decurionum, qui in describendo albo seruandus est: etiam ratione plurium liberorum.

z l. 2. & 3. quemadmodum ciuit. munera, indicantur, lib. 10. C. tit. 42. r d. leg. quemadmodum ciuit. munera, indicantur, l. honor, s. final. l. vt gradatum, s. quoties de muneribus, & honoribus. s l. de albo scriben. lib. 10. P. tit. 3. t l. eod. tit. v l. in albo, l. 9. de decurion. lib. 10. C. x l. s. fin. de albo scriben. y l. purij, l. 6. de decurionibus.

De munere, officio, & potestate decurionum, & priuilegijs eorum. Cap. 14.

- 1 Decurionum officium libros memoriae componere, iudicare.
2 Decurionum decreta quae, & quomodo firma.
3 Ambitiosa decreta quae dicuntur.
4 Salarium ex publico quando decurionibus constitui permittitur.
5 Decuriones nominant ad munera vt idoneos suo periculo.
6 Venditio honorum curialium cum decreto decurionum.
7 Decurionum alia munera, & onera.
8 Domos curiales in ciuitatibus quas habent, tenentur reparare & nouas construere.
9 Curialium successio eod.
10 Decurionum in officio delinquentium poena.
11 Decuriones habent immunitates ab extraordinarijs muneribus.
12 Decurionibus locationes agrorum publicorum, & alia prohibita.

Laius Vopiscus, ad ordinem decurionum pertinuisse ait, res gestas, & approbatos auctores describere, quod quidem in vrbe pontificibus incumbebat. Habebat & album, & librum, in quo iudices & iudicia describebat memoriae gratia, vocant matriculam. Munus aliud illorum, sententiam ferre de quibusdam: vnde decreta illorum prophanata, firma & stabilia, vt quod se meli ordo decreuerit, non rescindatur, nisi ex causa, quae reipublicae conducatur. Et dummodo legitime & sufficienti numero decuriones conueniant. Lege autem municipali cauetur, vt ordo non aliter habeatur, quam duabus partibus adhibitis. Item ne ambitiosa sint decreta eorum, alioquin irrita sunt. Vt & huiusmodi aliorum iudicum sententiae. Ambitiosa decreta videntur illa, quae largiuntur ex publico sine vtilitate publica, & quae magis ad captandam gratiam, aliorum in fauorem decurionum, qui statuunt, sunt: Exemplo eorum qui candidati circuibant populum, & suffragia mendicabant vel largitione, vel alio modo, ad obtinendos magistratus, vel honores, vt suo loco de ambitu diximus. Ita communi iure prohibitum praebere salarium ex publico, sine speciali principis licentia. Permissum tamen est decurionibus decretis suis, antistitibus liberalium artium, & medicis, immunitates praebere, & salaria de publico constituere. Quod & in professoribus alijs literarum, & doctoribus legum receptum est: quibus Constantinus imperator iuber mercedes, & salaria reddi, quod facilius liberalibus studijs, & memoratis artibus multos instituit. Et Vlpianus recte putat, & honorum electionem, potius committendam & permitendam ciuibus, quam praesidi prouinciae, vt quae de illorum personis, in medicorum electione, & suorum agatur periculo: multo magis dum de iuuentutis agitur institutione, in quo animae grauiori iactura. Nominat ad certa munera decuriones quosdam vt idoneos certam munerem curiam conuocari, suo videlicet periculo: nam si

z Vopiscus, in Tacito, Vulpiano, Lazius, lib. 3. commentar. resp. Rom. c. 9. a de albo, tit. de albo, scriben. in P. l. 50. tit. 1. ff. de iudic. omn. iudi. in P. l. Symmachus, l. 1. epist. ad Theodo. b Callistratus, l. quod semel, l. 5. de decretis ab ord. facien. l. 50. P. tit. 1. l. nominationis, l. 45. de decur. l. 10. C. l. aliud est, l. 101. s. refertur, de reg. iur. P. c l. 2. de decre. ab ord. fac. d l. eod. tit. l. de decret. ab ord. fac. l. nominationis, l. 45. de decurio. l. 10. C. c. qui sicut, de elec. l. nulli, quod cuiusque vniuersi nomine. P. e l. ambitiosa, de decret. ab ord. facien. in P. l. 2. de decre. decur. l. 10. C. f l. fin. si tutor vel curat. fals. excusati, lib. 5. C. tit. 63. g l. praes. pro uincias, l. 12. C. de transac. h l. 1. de praeb. salar. lib. 10. C. tit. 36. i l. 1. de decre. decurion. lib. 10. C. k l. 1. de decur. decur. vbi ratio. l. l. medicos, l. 6. s. fin. de professo. & medici. l. 10. C. tit. 52. m Vlpian. in l. de decret. ab ord. facien. P. n l. sanctimus, C. de episc. & cler.

a l. 3. G. de decurion. lib. 10. b l. si ad magistratum. l. 18. de decurio. li. 10. C. l. morileguli. de murileg. lib. 1. cod. 10. C. c. l. 2. 3. de praediis decurionum sine decore. non alien. lib. 10. C. tit. 31. nouella 38. §. perfeceat. & nouella 87. d. l. ordine. l. 15. §. in fraudem. de decurion. lib. 50. P. tit. 1. e. nulli. quod cuiusque vniuersi. f. l. si. de decr. ab ordin. facien. P. g. l. qui derelicta. l. 17. l. ne quis officiali. 38. & leg. qua prouisum. l. 57. & l. si quis decurio. l. 55. de decurio. l. 10. C. l. militariibus. h. l. de decurion. in P. l. si quis decurio. l. 16. l. curiales. 25. & l. fabricas. 22. l. quidam ignauis. l. 26. l. omnes omnino. l. 50. l. Alexadris. 55. de decurio. lib. 10. C. l. vnic. ca. si curial. relicta ciuitate rursus habitare mandent. l. 10. C. tit. 1. de priuilegi. corporator. vrbis Romae. lib. 11. C. tit. 14. l. curialibus. l. 66. de decurio. lib. 10. C. k. l. generali. leg. 1. 54. de decurio. l. in. 10. C. l. nullus. l. 10. de decurio. l. 10. C. m. l. singulari. l. 8. de adificiis priuar. lib. 8. C. tit. 10. n. l. 1. & 2. quod & quibus quarta pars debeatur. lib. 10. C. tit. 14. o. l. si. de his qui sponte public. munera subeunt. lib. 10. tit. 43. p. l. 2. §. fin. & l. 3. quando & quibus quarta pars debeatur. lib. 10. C. nouella 38. §. post hac videamus. & §. quoniam verum. v. q. ad §. ad hac quartam. & constitut. 101. §. quod si decurionis. cum seq.

non nominandum nominauerint. & ipse prouocauerit apud praesidem prouinciae. & obtinuerit. sumptus licet a nominatore recipiat: alioquin enim is qui nominatus est. si non appellauerit. vel si se non excusauerit. tenetur subire magistratum. Et si aufugerit. requiritur. & captis pignoriibus. seu eius bonis permittis eis. qui in locum eorum ad munera vocabuntur. coguntur: atque inuenti postea. biennio munus illud. quod refugerunt. subire coguntur. Adhibet quoque ordo decurionum. vel maior pars. decretum in venditione rerum immobilium curialium. vel curia. quae non nisi decurione probante causam venditionis. fieri potest: alioquin autem fisco bona vendicantur alienata. & tantundem. Interponunt & decretum in syndico eligendo. & conficiunt statuta. quibus teneantur tantum. qui sciuerint. non alij. Munera quoque alia decurionatus sunt plura: inter caetera. vt teneantur curiae. cui adscripti sunt. atque filij eorum inferuire. nec vllam ausint affectare militiam. nullum munus vel officium extra mancipium capere possint. & retrahantur: nisi in certis priuilegiatis dignitatibus. Quinimo & licet duumuiris. seu ei qui praestit decurionibus. si praesidis desit copia. propria auctoritate manus iniicere in suum fugientem. vel alibi existentem decurionem. & curiae suae vendicare ad examen cognitionis deducendum. Neque enim per vicarium seruire possunt. nisi speciali priuilegio muniantur. Singularum quoque vrbium curiales. etiam inuiti. vel reparare intra ciuitates. quas olim habuerint domos. vel de nouo aedificare coguntur. illic semper munijis inferuntur. & aucturi propriam ciuitatum frequentiam. Proinde decedentibus curialibus & succedentibus extraneis curia sibi vendicat quartam partem bonorum: per quam auxilium & opem conferunt ciuitatibus. vel municipijs proprijs. Quando autem curialibus. curiales filij. vel foeminae curialibus nuptae succedunt. vel extranei curiales: tunc in totum nulla deductione quarta facta. siue ex testamento. siue ab intestato succedunt. Inter viuos vero distractio praediorum curialium facta. aliam in iure habet considerationem. Inter priuilegia decurionum. vt facultatibus lapsis alimenta decerni permittum sit: ne torqueatur. etsi decuriones esse deserint. in honorem priuilegiae dignitatis: ne in metallum damnentur. nec in opus publicum. nec ad bestias. nec fustibus caedantur: nec in opus possint adiudicari metalli. nec furcae subici. vel viui exuri. nec quoque parentes vel liberi decurionum siue suscepti ante. siue tempore decurionatus sint. Et proinde in capitalibus criminibus. relegatione vel deportatione tantum puniuntur. vel multa pecuniaria. Adoptiui filij decurionum & hoc gaudent priuilegio. Item auus decurionis. ne nepotes decuriones nota auita afficiantur. imo & per patrem decurionatus amisso. filius priuilegijs vtitur decurionis. Et eodem quoque relegato. vt in filio senatoris placuit ante relegationem concepto. &c. Verumtamen si decuriones. vel alij qui aliquod officium gerunt. in ipso officio deliquerint. veluti si decoctores sint pecuniae publicae. q. l. 1. de imponend. lucratia descip. lib. 10. C. tit. 35. r. Hermogen. in l. decurionibus. l. 3. de decurion. in P. s. l. 1. de decurio. in P. l. 4. C. cod. e. Martia. in l. 3. de priuileg. vetera. lib. 49. P. tit. 88. v. l. moris. §. 3. sed in im. §. liberos & seq. de poen. in P. l. 1. §. simili. quado appell. sit. l. pen. §. leg. Cornel. de fcar. decurionum. & l. decurionem. de poen. C. l. antepen. & fno. C. de quaest. l. 2. §. in filijs. de decurion. P. l. omnes iudices. 33. eod. C. x. l. inter poenas. de interd. y. l. quinque. 57. & l. eum qui. 38. de decur. lib. 10. C. z. l. ehm adoptiuum. l. 4. de decurio. l. 10. C. a. d. l. 1. in filijs. de decurio. in P.

ca. vel fraudulenti in adscriptionibus illicitis. vel immoderati in exactione fuerint inuenti. etiam a iudicibus ordinarijs plumbatorum ictibus subiciuntur: dum agitur criminaliter. cum ciuili iudicio alia patiuntur in iure enumerata. Decuriones quoque ab extraordinarijs muneribus sunt immunes: quoniam satis onerantur. si ciuitatis munera congrue per eos gerantur. Quare nec ideò quod consulat ciuitati vel municipio. sunt cogendi. pretio viliori frumentum quod annonae temporalis est. patriae suae praestare. Prohibetur decurionibus. ne per se. vel per subiectam personam praedia publica seu ciuitatis conducant. vel colant. Succedentes tamen conductoribus recte conductiones retinent. Item prohibetur vctigalia alia exercere. procuratores. fideiussores. mandatorisve locantium esse: neve tabelliones sint.

De optionibus. Cap. 15.

1 Optiones qui dicitur inter decuriones.

Arro m optiones ex decurionibus fluxisse sic notat. Itaque. inquit. primi singularum decuriarum. decuriones sunt dicitur. qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni. Quos hi primo administratos ipsi sibi adoptabant. optiones vocari cepti. quos nunc propter ambitionem tribuni faciunt. De ijs loqui Caesares. Honorium. & Theodosium. arbitror. dum aiunt in susceptoribus creandis. antiquam consuetudinem. quae de Irenarcha & optione est. obseruandam esse. Sic Theodosius & Valentinianus. curialibus subiungit optionem. tanquam apparitorum. Nisi forte. inquit. curiales. aut apparitor. vel optio. vel actuaris. vel quilibet publici debiti exactor siue compulso. possessorum vel collatorum habuerit cautionem. &c. Scio quid diuersum sentiat in hac re Alciatus P. verum mihi videtur prior mea sententia. Firmat hanc eandem Sextus Pompeius. in libris de Verborum significatione. Optio. inquit. qui nunc dicitur. antea appellabatur accensus: is adiutor dabatur centurioni a tribuno militum. qui ex eo tempore. quem velint centurionibus permittum est optare. & nomen ex falso sortitus est. &c. Et Paulus apud eundem Festum. Optio. est optatio. sed in re militari optio appellatur is. quem decurio aut centurio optat sibi rerum priuatarum ministrum. quo facilius obeat publica ministeria. Et optionatus. vt decurionatus & pontificatus dicitur. Aliud tamen. senescete imperio. munus optionis fuit. de quo Vegetius 9. & Modestus.

De duumuiris. Cap. 16.

- 1 Duumiri qui. & munus. Consules. capitolini. & escheuini. duumiri municipales. eod. & §.
- 2 Duumuirorum municipalium eligendorum formula.
- 3 Duumuirorum municipalium annalis administratio.
- 4 Duumiri quando deposita administratione conueniuntur. Et quando pro collegis. eod.
- 6 Duumiri. & triumiri. & decemiri Romanorum.

b l. quilibet principalium. l. 40. de decurion. lib. 10. C. c. l. 2. de exactor. tribur. li. 10. C. l. placet. de excusa. muner. lib. 10. C. l. dehinc. de super exacto. tribur. eod. lib. 10. C. l. iudices. l. 12. de dignita. lib. 10. C. d. l. curiales omnium. l. 21. de decurio. li. 10. C. l. humilioribus. de susceptor. eod. li. 10. & l. 2. de silentiatis. li. 10. C. e. Paul. l. decuriones. l. 6. de administr. rer. ad ciuita. pertin. l. 50. P. tit. 8. l. non debere. ad muniti. eod. lib. 10. P. f. Vlpian. l. 2. §. quod quis. de administr. rer. ad ciuit. pertin. l. 50. P. tit. 8. l. curialis. 3. C. locati. l. si quis procuratorum. de decurio. l. 10. C. g. l. decurio. 4. de decurio. C. arg. l. milites. §. si. de remilitar. P. h. l. spurij. l. 6. §. decurio. de decuri. P. i. l. si quis procuratorum. l. 34. de decurio. lib. 10. C. k. d. curialis. l. vniuersis. l. 15. de decurio. lib. 10. C. m. Varro. li. 4. de lingua Latina. n. in l. pen. de iur. sic. lib. 10. C. tit. 1. o. l. 2. de apochis public. lib. 10. C. tit. 22. p. d. l. pen. de iure sic. lib. 10. C.

q lib. 2. de re militar. c. 7.

- 7 Duumuirorum capitalium munus.
- 8 Duumiri quinquennales. adilitij sacri qui.
- 9 Decemiri Lacedaemonum.

Cursus duumuiros praestit decurionibus tradit: Iustinianus similes municipales duumuiros defensoribus alijs locorum facere videtur. vt eandem habeat potestatem in municipio duumiri. ac defensores in alijs locis. in quibus constituntur. Et duumuirum ordini decurionum etiam praestit. vel interesse apertè docet Papinianus. Et Paulus. dum nō nisi decurionem duumuirum creari posse tradit. Hi. vt arbitror. magistratus municipales sunt. quos hodie eligi videmus in singulis municipijs. oppidis. & ciuitatibus. qui alibi dicuntur consules. apud nos capitolini. Burdegale iurati. Lutetiae escheuini. Et proinde illorum tractatio est vtilis. quod quotidiana sit: & plenius attingenda. vt ait Paulus in similibus. Duumiri municipales. a consilio decurionum seu burgenfium legitime congregato & conuocato. nominari debent. eaque electio seu nominatio ad nominatum per officialem publicum perferri debet. vt vel munus acceptet. vel prouocet. Debet item nominatione rite facta per praesidem vel proconsulem. vel prouinciae iuridicum confirmari. Idcirco. si constar sine ordine. nullo actu ex lege habito duumuirum creatum. sed tantum vocibus popularium postulatum. eisque tunc proconsulem. quod facere non debuit. consensisse. creatio nulla atque appellatio in re aperta. superuacua est. Sequenda in nominatione & electione horum nunc. ciuitatum & oppidorum consuetudines. & leges municipales. Administratio horum. & magistratus annalis est. nisi ob pertinacia. quod munus hoc recipere subterfugerint. duplicetur in poenam tempus. Exemplo forsan consulum Romanorum. duumiri in alijs ciuitatibus annui. cum potestate in municipijs. constituti & electi: sicuti & de decurionibus. consiliove publico ciuitatis. nempe ad exemplum Romanae ciuitatis. senatus. delectos fuisse diximus. Nam & duumiri habent pro territorio. in quo fauces suae iurisdictionis exercent. metas propriè ciuitatis tantum: nisi alias iurisdictiones aliorum locorum priuilegio alio. vel iure alio. vt quilibet domini habeant. Quemadmodum plerumque contigit ciuitatibus habere. vt Cadulcorum. Sed tamen & post annum pro administratione rerum ciuitatum. & in duumuiros. si non in vtilitatem ciuitatis gesserint. etsi bene. & in rem publicam. datur actio ex contractu magistratum municipalium. Si plures creantur duumiri. & illud potest adici creationi. vt mutuo periculo teneantur. quo vicarijs damnis sint obstricti: alioquin antequam quis pro collega possit conueniri. eius nominator discutendus est. Possemus forsan in municipijs duumuiros. ad imitationem tribunorum pleb. Romanorum inductos. dicere. in quorum locum. & forsan in frequentioribus ciuitatibus sunt quidam. qui in decuriones seu burgenfes. & ciues potestatem habent: vt Lutetiae est. quem vocant. Le preuost de Paris. Burdegala. le mere. Tholozae & alibi. vicarius dicitur. le vignier. Qui & possent quoque dici aliquando defensores ciuitatum. Et hoc modo capitolini. escheuini. iurati. consules ciuitatum. non duumiri. sed magistratus potius alij erant municipales. Verum nec ignoranda est hanc duumuirorum appella-

a Accur. gli. l. in l. genera. l. 1. §. 4. de decurio. l. 10. C. & in l. duumuirum. l. 3. eod. tit. b in l. si de iudicijs. lib. 3. C. tit. 1. c Imperator. l. 2. ad municip. P. d in l. honores. l. 7. §. is qui. de decurion. in P. e l. legauit. de libera lega. in P. f l. 2. de decurion. lib. 10. C. g Vlpian. in l. si constat. l. 2. de appellatio. l. 49. P. tit. 1. no. nominationes. l. 27. eod. tit. de appella. lib. 7. C. tit. 62. h l. si ad magistratum. l. 1. de decurio. lib. 10. C. tit. 31. l. in honoratijs. l. 3. §. final. de action. in P. i l. 2. §. exactis. de origin. iur. k l. duumiri. 53. de decurio. lib. 10. C. l. in honoratijs. l. 33. §. fin. de actio. lib. 44. P. tit. 7. vbi glo. distinguit. iuncta l. ciuitas. & de reb. credi. in P. m l. si ita duumiri. l. 3. quo quis ordine conuenia. lib. 11. C. tit. 35.

tionem & mutuatam quoque a generali formula Romanae ciuitatis. in cuius administrationis genere. & duumiri. & triumiri. & decemiri. & alterius numeri viri prepositi negotijs quibusdam certis dicebantur. ad plebis euitandam suspicionem. Erantque diuersi isti duumiri. & triumiri. semptemiri. & similes. pro diuersitate negotiorum. quibus tot viri praeficiebantur: vt capitales adilitij factorum. quinquennales. nauales. Duumiri capitales causas criminum distinguebant. iudicabant. & perduellionis diem reis dicebant. Sicut ex Liuio constat. dum de Horatij. vt perduellionis reo. crimine & iudicio agit. & alibi de M. Manlij damnatione. Vlpianus horum duumuirorum etiam in municipijs ait esse potestatem carcerum. & dimitendi a custodia. Sicut & Pomponius. dum enumerat triumuiros monetales aëris. argenti. aurifloros. & triumuiros. addi capitales. qui carceris Romae custodiam haberent. vt cum animaduerti oporteret. eorum interuentu fieret. Erant & Romae duumiri quinquennales. a potestate iudicij temporis quinquennalis accepta. Duumiri adilitij seu sacri erant. qui aëdes dedicabant. qui expiationes melius execrationes. lectisternia. ad placanda sua idola faciebant. publicas aëdes locabant. Reliquos nō perfequeat. Admonebo tamen Lylandrum apud Lacedaemonas. elegisse decemuiros in Lacedaemonum singulis ciuitatibus. sed eos tantum qui amicitia. conuiuio. vel obsequio. vel hospitio essent coniunctissimi. vel quod sibi placuisset se facturos spondissent. vt omnia pro nutu suo pregeret. & crudeliter ageret. Vnde colligimus hos duumuiratus. & decemuiratus municipiorum accedere ad quantum. quatenus licet. aristocratiam. vel popularem per vices administrationem summam. relictijs negotijs communibus alijs magistratibus inferioribus. municipalibus.

De magistratibus municipalibus. Cap. 17.

- 1 Magistratus vrbis mensibus ante subeundam administrationem nominantur. Magistratus municipales plures pro vno sunt. eod.
- 2 Magistratibus municipalibus qua concessa in iure dicundo potestas. Appamensium res publica libera. eod.

Decurionibus quoque ad magistratus municipales nominantur. idque ante tres menses. quam subire magistratibus debeant. Isti autem magistratus municipales vnam tantum potestatem. etsi plures sint. referunt: quia vnum administrant. vt collegæ magistratum. Habent iure definitam dignitatis curam. & notionem. Atque in summa. ea que magis imperij sunt. quam iurisdictionis. magistratus municipales facere non possunt: nec illis permittitur in integrum restituere aut iubere. bona rei seruanda causa possidere. aut dotis vel legatorum seruandorum causa: nec supplicium a seruo sumere. quamuis modica castigatio eis nō sit deneganda. Solent maiores indices magistratibus istis ea committere. quae celeritatem desiderant. & requirunt. ob moram noticiam. expediri citius: vt in damni infecti cautione patet exemplum. Et inter conuenientes. etiam de re maiori

n l. 2. §. deinde cetera esset necessarius. de origin. iur. P. de quib. omnib. vide Alex. ab A. ex c. 16. lib. 3. Voiphang. Lazzium. lib. 3. reip. Rom. c. 2. §. 3. o Linius. lib. 1. p. Linius. lib. 6. Deca. 3. q Vlpian. in l. si quis vrbis. l. 1. §. si fugituum. de furt. lib. 47. P. tit. 2. r Pompon. in l. 2. §. eod. tempore constituti. de origin. iur. lib. 1. P. tit. 2. s Meminit Spartan in Adriano. t meminit Lilius. lib. 5. & 6. Deca. 1. & lib. 3. Deca. 13. v Memit Probus. in Lylandro. Diodoro. Scul. lib. 13. Xenophon. in Hel. lin.

x l. 1. de magistratibus municipalibus. l. 1. C. tit. 37. y l. magistratus. l. 2. §. ad municipalem. in P.

z Paulus. l. eorum. l. 26. ad municipalem. lib. 50. P. tit. 1. a magistratibus. l. de iurisdictionibus. omnia. iudic. P. l. 3. tit. 1. b l. 1. de damnatione. l. 29. P. tit. 9.

a Paul. l. inter conuenientes, l. 28. ad municipal. P.

b Plinius Secundus, li. 10. epistoliar. epist. 46. & 47.

apud magistratus municipales agerur. Sed & in quaestione iurisdictionis magistratum municipalium praecipue animaduertendum est, qui in eorum priuilegijs & legibus vel antiquitate, vel principis auctoritate firmatis praescriptum sit, illudque ratum habendum. Quod ex epistola Plinij Secundi ad Traianum, & responso Traiani perspicuum est, dum Apamientes obiecerunt Plinio procoesuli, habuisse se priuilegium & vetustissimum morem, arbitrio suo rempublicam administrandi, quod & probauit Traianus.

De defensoribus ciuitatum.

Cap. 18.

- 1. Defensores ciuitatis, & locorum duplices, sine dignitate, & cum eadem.
2. Defensores vnde dicti.
3. Defensores locorum a quibus eligi debent.
4. Defensorum electio a quo confirmetur.
5. Defensorum temporalis administratio cum indicandi potestate, & iurisdictione.
6. Defensores quos habeant administratores. Defensores sine iussu principis non deponunt administrationem impunè eod.

e in l. 1. s. personalia, de muner. & honor. in P. l. final. s. defensores, eo. tit. d. l. 3. de defensor. ciuita. lib. 7. C. tit. 56. e. l. 4. C. eod. f. collige ex l. in hac, l. 30. de donatio. lib. 8. C. tit. 54. g. Iustin. s. 7. no uell. s. tit. de defensor. ciuita. in auth. h. auth. praesides, C. de episcopal. audien. s. interim & s. si qua verò, de defensor. ciuita. in auth. il. 2. de defensor. ciuita. lib. 1. C. tit. 56. k. l. iubemus, l. 7. de episcopal. audientia, lib. 1. C. tit. 7. & a. h. praesides, eo. tit. & s. interim, de defensor. ciuit. in auth. l. defensores ita, l. 1. s. ep. d. tit. C. l. s. iustitiam, de defensor. ciuit. in auth. m. die. s. iustitiam, de defensor. ciuit. in auth. l. defensores, l. 1. s. C. eod. tit. n. l. 4. de defensor. ciuit. o. s. iustitiam, de defensor. ciuit. in auth. eo. tit. in no. uei.

Defensores ciuitatum sunt in duplici ratione: alij namque sunt, qui nomine ciuitatis causas eius, lites atque negotia curant, vt actores & syndici, vt dicemus, Deo fauente, suo loco, in iudicio personis, dum de procuratoribus agemus. Alij defensores ciuitatum sunt cum potestate & magistratu, de quibus hic agimus: qui & locorum defensores dicuntur, si ciuitates vel municipia non sint, vel si ab ijs non denominentur: vt & prouinciarum defensores alij, quibus latior cura, & plures res & ciuitates defendendae commissa sunt. Potest & in ciuitate defensor solus, & cum defensore alij magistratus municipales: vt inde constat & posse eorum esse separatam iurisdictionem & potestatem, & concurrentem. Defensores dicti sunt à cura rerum quibus praepositi erant, vt eas ab omni iniuria liberare vindicarent: vnde & paterna voce dicti ita defensores, vt ait Iustinianus, vt eripiant à malis iniuriam patientes. Defensores ex ciuitatum nobilioribus habitatoribus eligi debent, quemadmodum & de duumuiris diximus: neque licitum est municipibus munus impostum repudiare, quacunque praemineant dignitate, secundum videlicet circulum idoneorum. Non tamen ex ordine decurionum, vel cohortalium, sed aliorum, qui capaces inueniuntur. Ex decreto reuerendissimorum Episcoporum, necnon clericorum, & honoratorum, possessorum & curialium, qui sacrosancta religionis imbuti mysterijs, hoc in primis sub gestorum testificatione, praesente quoque religiosissimo fidei orthodoxae antistite, per depositio nes cum sacramenti religione celebrandas patefecerint. Electi confirmantur à praefecto prouinciali, iuramento illi praestito, quod omnia secundum leges ac ius acturi sunt: olim à clarissimo prouinciae iudice praefecto praetoriano. Defensorum munus olim erat quinquennale, ex nouellis autem Iustiniani est biennij. Quibus etiam

illis officium iudicis impartit Caesar, vt honestiores apparetur P: quod quidem antea habuerant, vt successu temporis viluerat. Casiodorus in formula defensoris cuiuslibet ciuitatis, tradit eius officij esse, commercia ciuibus secundum temporum qualitatem, aequabili moderatione disponere: definitè seruare quae iussissent statuta pretia: tuncque defensorem implere officium suum, si ciues suos nec legibus patiatur opprimi, nec caritate consumi. Idipsumque officium postremum alibi ad curatores ciuitatis refert in formula curatoris ciuitatù, nempe vt merces non ad nutum mercatorum, sed aequabili pretio veniant. Gratianus, Valentinian. & Theodos. CCC. Theodoro defensori formam defensionis praescribit: vt defensor parentis vicem plebi exhibeat: non patiatur rusticos vrbanoque descriptionibus affligi: officialium insolentia, & iudicium procacitati, salua reuerentia pudoris, occurrat: ingrediendi cum veller ad iudicem, scilicet prouincialem, liberam haberet potestatem: non pati super delegationem solidam quicquam exigi: nec ipsum exigere damna vel spolia, ab ijs quos liberorum loco habet. Addunt Honorius & Theodosius, curam defensorum esse, ne possessores maioribus mensuris & ponderis à susceptoribus praegraventur, & eos deprehensos, ad iudicium cum fraudis deprehensae iudicio dirigere. Hoc officium est personale, in quo nec vicarios admittit ius, nec habere concedit. Cognoscit porro & iudicat defensor ciuitatis in ciuilibus negotijs vsque ad quinquaginta solidos, actis tamen iudicialibus interuenientibus: de debito iusto, de seruo per fugam elapso, caetera maiora, rectori prouinciae insinuando. Iure nouellarum, vsque ad trecentos aureos. Apud defensores ciuitatum, insinuationes donationum & aliorum monumentorum fiunt: per eos contumaciae, tumultus in ciuitate sedantur. Audient etiam leuiora crimina, & castigationi competentem tradent, & maiorum criminum reos detruent in carcerem, & mittent ad prouinciae praesidem. Ad sunt defensori per nouellam constitutionem, ex prouinciali officio, exceptor, & duo officiales, qui ea, quae ab illis decernuntur, adimpleant. Ipsi autem defensores nec ante tempus publicam subitam sollicitudinem curare possunt, nisi gratia eis fiat à principe: alioquin in crimen laesa maiestatis eos incidere statutum est.

De legatis. Cap. 19.

Lib. 10. tit. 8. P. Lib. 10. C. tit. 63.

- 1. Legati ciuitatum & municipiorum qui, & à quibus creantur.
2. Legationum liberarum, & non liberarum distinctio.
3. Oratores dicti legati,



Lia species personarum gerentium honores ciuitatis constituitur in legatis, quibus mandata reipublicae ad principes vel alios deferenda, vel exequenda committuntur, ex consilio ciuitatis & municipij, interueniente magistratu summo loci eius. Isti autem vel praesentes, vel absentes creantur: absentibus mittuntur mandata exequenda. Et proinde neque isti tenentur, si gratiam habeant legationem, referre per se gesta, sed per alium possunt

p in s. i. veris nos igitur eod. tit. in nouellis. q. l. C. de defensor. ciuit. r. s. i. eod. tit. in nouell. s. Cassiodor. li. 7. Variar. cap. 11.

Cassiodor. li. 7. c. 12.

v l. in defensoribus, l. 4. de defensor. ciuit. C. Idem & l. 3. & s. eod.

x l. iubemus, l. 9. eo. de def. ciuit. C. y. s. nulla existente licentia, eod. tit. in auth.

z l. C. de defensor. ciuit. & l. defensores ciuitatù, l. 7. eod. a. s. & iudicare, eod. tit. in auth. b. dicit. s. nulla existente l. in hac, l. 30. de nat. lib. 8. C. tit. 54. c. s. deinde eos, de def. ciuit. in Auth. l. 3. C. eod. d. s. audient, eod. tit. in auth. l. per omnes, l. 4. & l. defensores, l. 7. C. eod. tit. e. s. ex prouinciali, de defensor. ciuit. in auth. f. l. C. eo. tit. g. s. si quis autem, de adm. nistratoibus, in auth. tit. 6. collat. 7. tit. 6.

h l. de legationibus, lib. 10. C. tit. 62. l. 1. eod. in P. i. Modestinus, l. Titio, l. 36. ad municipal. lib. 30. P. tit. 1.

a l. si absentis, l. 11. de legationibus in P.

possunt remittere municipes. Legationum alia liberae, sine mandatis reipub. & tamen cum honore muneris: alia cum honore & munere. Et harum vltimarum alia gratuita, alia cum legatio, id est, salario, de quibus, & de iuribus, & priuilegijs legatorum, tractamus abundè in criminibus, dum de crimine laesa maiestatis agimus proprio titulo de legatis. Sextus Pompeius Festus in libris de verborum significatione, Oratores, inquit, ex verbo, ἀπαίτες dicti, quod missi ad reges nationesque, deos solerent ἀπαίτες, id est, testari: y modo dicti sunt legati.

De appellatione hominum ratione munerum, & de muneribus sine honore.

Cap. 20.

- 1. Munerum personalium quaedam enumeratio. Annona cura eod. Sitona eod. Frumentatores eod. Curatores diuersi eod. Episcopi qui ciuiles eod. Aedum sacrarum custodes eod. Rationibus publicis tractandis munera que distinetur eod. Xenoparochi eod. Epistatib. eod. Cretatores eod. Mareschaux de logis eod. Camelasia, & camelarij eod. Mastigophori eod.
2. Munerum patrimonialium quorundam enumeratio. Ad munera personalia qui teneantur eod. Decaprotia, & decemprimatus eod. Hospites suscipere munus patrimoniale. Equos alere curiales munus est patrimoniale.
3. Prostasia quid. Sacerdotia munus eod.
4. Munera quomodo à indice sint distribuenda ciuibus.
5. Munera que quis non tenetur subire. Equorum fscialium munus sublatum. Glebe onus sublatum eod.
6. Salgamm, & alia militibus non praebenda.
7. Vacationum numerum species duae, pleniores & exiguae, temporales perpetuae.
8. Vacationes seu excusationes munerum perpetuae.
9. Personales immunitates que transeant ad heredes.
10. A muneribus personalibus, & patrimonialibus excusati. Artifices qui gaudent immunitate personalium munerum eod.
11. Muneribus vilibus quorum patrimonialia non tenentur. Hospitia qui non praestent eod.
12. Munera sordida & vitia que dicantur.
13. Ad excubias tenentur Ecclesiastica persona tempore necessitatis.
14. Munerum excusatio ratione vitiosa electionis.
15. Muneribus excusati ratione officij.

Munera personalia, quae honorem non habent, plura sunt enumerata ab Hermogene, & Arcadio. Iurisconsultis: quae nomen aliquod tribuunt etiam eis, quibus conceduntur. Vt defensor ciuitatis, ex qua syndicus: annonae cura, vnde ἀπὸναι, sitometrae, frumentatores, οἱ τῶν σίτων ἀποτάροντες, καὶ ἀποπράξαντες, & qui seruabant, ἀποτάροντες, qui praefecti,

b Hermogen. in l. 1. de muneribus in P. c. Archad. in l. in eod.

ἀποτάροι, & coactores. Iis adduntur, qui curam habent exigendi census praediorum publicorum, aquaeductus, calefactionis thermarum, tutela pupillorum, cura adultorum, prodigorum, furiosorum, & aliorum, & bonorum, vnde exactores, curatores operum, adultorum, prodigorum, & tutores: & curatores bonorum, calendarij rei vehicularis, angariarum: & praefectura disciplinae publicae, & corrigendorum morum, vnde irenarchae. Episcopi, qui praesunt panis, & caeteris rebus venalibus in ciuitate, custodes aedium sacrarum ἀσφάλαιες, & edicti, ἀσφάλαιες, Archiuis praepositi ἀρχιῶται, rationibus publicis conficiendis, perscribendisque, logographi: & qui in tabulis publicas referunt, tabularij. Qui peregrinis salem & alia praebant xenoparochi, portuum praefecti limenarchae. Mansionum seu hospitiorum designatio, ἐπιστάται, vnde dicti mansionarij, designatores hospitiorum, vel creatores: quia creta signet hospitia, nobis Mareschaux de logis. Qui curam habent camelorum, seu camelasiae, vnde camelarij. Adde defensores iudices: mastigophoros, qui agonothetas in certaminibus comitantur. Operarum quoque praestationes, personalia erant munera, quae sublata postea sunt à prouincialibus tributa pendentibus. Inter munera patrimonialia elemporia, olei comparatio: opptionia, legitimum comparatio, possessionibus indicta: agminales equi, mulae, angariae, veredi ad quae tenentur domini rerum, et si non sint municipes: & qui foenus exercent, veterani, primipilares, pontifices, & alij alioquin priuilegio excusati à muneribus: nisi expresse priuilegio ab ijs releuentur à principe. Ad munera quoque patrimonij pertinent collationes, quae quotannis praestantur, pro modo agri in frumento, vel alia specie: item munerum vehicularis, nauicularis, decemprimatus. Quamquam Africanus referat: Herennium Modestinum notando, & disputando optima ratione decreuisse, decaprotias, id est, decemprimatus tributa exigentes, esse intermixta munera personalia, & patrimonialia. Decaprotiam Vlpianus tamen magis patrimonij onus putat, & inde decaprotos dici, quibus imponatur. Exactio tributorum, onus patrimonij quoque est: & munus hospitium in domum recipiendi. Equos curiales alere, munus quoque patrimonij. Munera quoque protestasiae & sacerdotiae, v. legerem prostasiae. Na Plutarchus scribit, Latinos vocare ἀργασίας, quam Graeci dicunt ἀποτάροι, cum quispiam pro alio liti se opponit, & eius defensionem suscipit, euentumque praestat: vnde pro patrocinio sumitur. Sacerdotia verò hic, puto dici redditus, vel collationes ad sacra faciendae, sicut & nos sacerdotia, beneficia dicimus. Sunt munera quoque patrimonialia superindictione. Caeterum ad praesidis prouinciae curam spectant munera & honores in ciuitatibus aequaliter iuxta ordinem & vices, secundum aetates & dignitates, ac gradus munerum honorumque qui antiquitus statuti sunt, iniungi, ne sine discrimine, & frequentius ciuibus oppressis, simul viris & viribus respublica destituatur. Proinde rectè statutum diximus, vt qui ad munera nominantur, ante administrationem subeundam tribus mensibus nominentur, vt interim, si nominatus causas excusationis appellatione obiciant, illae decideri possint. Eò quoque

d dista l. 1. & fin. e dista l. fin. s. Irenarchae, & l. de Irenarch. libr. 10. C. & l. diuus, de custodia, rerum in P. f. d. l. s. s. item episcopi, g. d. l. fin. s. hi quoque, h. d. l. fin. s. camelasia. i. l. 1. s. 1. & l. s. defensores, & s. iudicandi eod. k. l. vnic. ne opere à collectionibus exigantur, libr. 10. C. tit. 24. l. l. fin. s. patrimoniorum, de mune. in P. m. d. s. patrimoniorum, & l. 2. & l. via, de priuileg. veteranorum in P. n. l. rescripto s. si de muner. P. Vlpian. l. 2. s. qua patrimoniorum, de vacat. muner. lib. 50. P. tit. 4. l. 2. s. & l. neq; de muneribus, patrimoniorum, C. o. l. hi qui, & l. sunt munera, de vacatio. muner. P. l. temper s. priuilegia, de iure immunit. vide gl. in l. s. patrimoniorum, autem, in verbo, subnixus, de muneribus, p. sprateret, l. in de muneribus, q. l. 1. s. 1. eod. tit. r. l. fin. s. mixta, eod. tit. s. Vlp. l. 3. de caprotos, de muner. & h. de decem primatu & decaprotia vide Ba daui in d. l. fin. s. mixta munerum, Alciatum, & Pyrium in l. nec protestasia, de muneribus, patrimoniorum, lib. 10. C. tit. 41. t. d. l. 3. s. excusationem, de muneribus, v. d. l. 3. s. munerum, & s. eos, de muneribus, qui immunitate, l. 3. de muneribus, patrimoniorum, lib. 10. C. x. l. non videatur, l. 4. de muneribus, patrimoniorum, lib. 10. C. y. l. nec protestasia, l. s. eod. tit. C. z. Plutarch. in Romulo.

a l. fin. de muneribus, patrimoniorum, lib. 10. C. b l. 3. s. praesides de muneribus in P. c l. de magistratu, decurionum, lib. 1. C. tit. 57.

Architecturæ tres sunt: ædificatio, gnomice, machinatio. Ædificatio diuisa est bipartitò, vna est mœnium & communium operum, in publicis locis collocatio: altera est priuatorum ædificiorum explicatio. Publicorumque distributiones sunt tres, è quibus vna est defensionis, altera religionis, altera opportunitatis. Defensionis est, murorum, turrium, portarum ratio, ad hostium impetus perpetuò repellendos excogitata. Religionis, immortalium, fanorum, ædiuque sacrarum collocatio. Opportunitatis, omnium locorum ad vsum publicum discretio, veluti portus, fora, porticus, balnea, theatra, inambulationes, & similia, quæ fieri debent habita ratione firmitatis, vtilitatis, & venustatis. Ad hæc opera publica conficienda insitruenda, reparanda & curata publicorum operum creatur. Priuata autem ædificia ex arbitrio dominorum fiunt. Sunt tamen & in publicis & priuatis ædificiis leges dictæ architectis & fabricis, quas scire & seruare eos expedit. In publicis, veluti vt de vitio operis teneantur vsque ad quinquagesimum annum. Alia lex Ephesi, dura conditione, sed iure non iniquo constituta, vt architectus cum publicum curandum opus recipit, polliceatur quanto sumptu id sit facturus: tradita eius æstimatione bona, obligatur magistratibus, donec opus sit perfectum. Eo autè absoluto, cum ad dictum impensam responderet, decretis & honoribus ornatur. Item si nò amplius, quàm quarta in opere consumitur, ad æstimationem est adiicienda, & de publico præstatur, nec vlla pœna tenetur. Cum verò amplius quàm quarta in opere consumitur, ex eius bonis ad perficiendum, pecunia exigitur. Alia lex, vt qui opus publicum etiam propria liberalitate extruere incipit, imperfectum nò possit relinquere, sed ipse, vel hæredes eius cogantur implere. Quod expressè cauit in monasteriis constituto nouella, quam refert Constantinus Harmenopolus: quæ ne imperfecta eorum remaneat structura, cogi posse hæredes statuit. De priuatis quoque ædificiis plures leges, quarum aliquas indico. Vna est, ne ædificare liceat in muris, vel portis ciuitatum. Alia huic proxima, ne liceat ædificare opus, in loco publico, contra ornatum, & faciem aspectumque decorum ciuitatis: vt quæ ædificatur diruatur, nulla opposita præscriptione, vel principis rescripto. Nève aliquæ ædes deiciantur, si inde etiam deformetur ciuitatis decor. Priuata ædificia absint decem pedes ad publicis, ne periculum ex illis his accidat. Aliæ leges in titulis ex interdictis seu edictis prætoris, ne quid in loco sacro, ne quid in loco publico, ne quid in flumine publico, & in §. tertia diuisi. De interdictis apud Iustinianum. Fuerunt leges de crassitudine parietibus imponenda secundum contabulationes & cõgnationes, de quibus in seruitutibus oneris ferendi diximus ex Vitruuio, Plinio, & aliis. Alia Solonis lex iure ciuili Romanorum recepta, quam etiam alibi explicauimus, quam Caius refert. Sumptuum etiam modum in sepulchrorum ædificatione, constituit lex duo decim tabularum. Sicuti & Ægyptij, qui in sumptuosa sepulchra, non nisi tantulum expendere permittebant; in mediocria, minas viginti: in humilia, parum quid sumptus. Balnea priuata constructurus dare debet operam, vt camini à vicino distent, ob rationem, quam adfert Harmenopolus. Vitruuius, & Iuriscõsultus. Oportet quoque pistrinum à domo, & fur-

no vicini sex pedes seiungi, propter incendiiorum periculum. Figulinus furnus, si ad boream vel ortum spectat, vbi vicina domus habet fenestram, viginti cubitis ab ea distare debet: si ad notum vel occasum, magis duodecim: si in austrum vel occidentem triginta. Gypsiarius distabit à vicini ædibus vnus recti, fenestris in gypsiarium prospicientibus caminum, ad ortum yergentibus vel septentrionem octo cubitis, ad occasum vel meridiem quatuor, &c. Calcis viua fornax, distet ab omni quouis ædificio centum cubitis, propter pestilentem & grauiorem ab ea missum vaporem: ab area autem, quinquaginta cubitis. Opificia insectorum & fullonum absint ab ædibus planis, sex cubitis, & beffe, vt euanescat eorum fumus pestilens, & extra periculum deflagrationis sint. Vitriarij & fabri ferrarij, qui bipennes, falces, statuas, & magna organa & machinas faciunt, ob periculum ignis, & pestilentem corpori vaporem, ne in vrbe opificia habeant, vel si habeant, in locis solitariis constituantur. Quilibet in suo potest furnum seu clibanum panarij ædificare, nisi ab alio iure prohibeatur: puta ob conuentionem, vel morem, seu consuetudinem legitimam, quibus placuerit, inter incolas loci vel pagi alicuius vnus esse, domini vnus, puta clientelarij, vel alterius, qui eius oneris causa certum exigat censum vel vectigal, seu pensionem. Vocant furnum bennarium, qui non ratione beneficiarij tituli, quòd quis sit dominus, vt dicunt, iustitiæ inferioris competit, sed aut ex titulo vel præscripta & immemoriali consuetudine. Sicque quibusdam in locis domini inferioris iurisdictionis, in pago præcipui, hoc ius possunt subditis imponere, nempe ex consuetudine recepta: alioquin iure non licet. Itaque si præscripta sit consuetudo, quæ ratione præscriptionis iustam facit seruitutem, per contrariam prohibitionem poterit adimi iustè, etiam si de iure fiscali agatur: pactitia tamen constitutio bennarij furni conseruanda, ob æquitatem pactorum. Id ipsum & censo, si autoritate principis hoc ius quæsitum sit, ne alteri quàm certo liceat clibanum eò loci habere. Et ita docuit seruari Papæus. Quod & in pistrinis seu molendinis, & torcularibus bennariis obseruandum est, ex doctrina eiusdem Papæi, & Bartholi: qui & volunt sine titulo etiã præscribi posse, ne alibi quàm certo loco molantur grana, nève alio torculari premantur vna, vel alibi coquantur panis. Atque ita iudicatum fuisse in senatu Burdegalensi, anno 1522. pro domino Podij de Verdõne aduersum eius pagi incolas tradit Papæus. Huic tamen rei temperamentum adhibuit arestum Tholosanum 1548. vt si dominus pistrini, non iubeat contundi grana intra 24. horas, dominus granorum, seu tritici vel alterius generis, aliò possit ad molendum impunè transferre: sed in viam. Circa cloacas construendas adhuc dictæ leges, quæ ad salutem securitatèque ciuium pertinent. Et ad priuatorum quoque periculum, & vicinorum damnum: vnde nascitur prohibitio, si ius non sit seruitutis. Habent & aqueductus suas leges, de quibus in rebus publicis seu vniuersitatibus propriam egimus titulo. Fabri quoque lignarij, & horum artes superioribus annexi possunt, qui & tignarij dicuntur fabri, quòd tigna dolent, & ex illis ædificant: qui, vt & ceteri ædificatores omnes, in construendis operibus leges municipales sequi debent, ne contra eas aliquid fiat.

x Harmenop. d.c.4. & Vitruuius, lib. 6. c. 9. y Harmenop. vb. sup. de furnis figulinis, & calcis, meminist. & Paul. in l. veluti, l. 6. de feruit. iust. prædior. z Harmenop. vbi sup. a Idem ibid. b Idem ibid. c Idem ibid. d Ioan. Faber, in s. æque, de actionib. e in consuet. Turonens. tit. De baffe vetricie, art. 23. Du Maine, tit. de bas iusticiers, art. 24. f vt en la consommation d'Anjou art. 23. tit. des seigneurs temporels, & tit. de la distinction des iurisdictiones art. 33. cum similib. g l. l. c. de feruit. h l. l. c. eod. de feruit. i l. l. si manifestæ, c. eod. tit. de feruit. k l. l. sicut, c. de actio. l. in com modato, §. sicut cõmoda. P. l. l. quominus, de vtilitibus, in P. l. quod principis, de aqua pluuiæ. P. m. Guido Papæus, q. 298. n. Guid. Pap. vbi supra, o Barthol. in d. l. quominus, de fluminibus. P. p. per l. si quis diuerno, si feruit. vend. in P. q. Papus, in Rhapodila arcto. lib. 13. tit. 8. arcto. 3. r Idem Papus, vbi supra arestio. s l. l. §. si quis riuos, de operis noui nunciat. l. 1. §. 1. de cloac. P. t l. ius cloacæ, de feruit. tit. gen. li. 8. P. l. 2. de feruit. iust. P. v. Caius, in l. ferri, §. fabricis de verb. signif.

a vt de his Vitruuius, l. i. ca. 3. l. 2. de excus. artif. lib. 10. c. b vt l. de opere rib. pub. P. lib. 50. P. tit. 1. o. & nos dñi de curatorijs resp. egimus plura. c est tit. de ædificiis. lib. 8. C. tit. 10. d l. omnes qui bus, l. 2. de operib. pub. lib. 7. C. e Vitruuius, in proemio lib. 10. de Architect. f l. 2. de pollicit. in P. g Cõstantinus Harmenop. li. 5. Epit. iuris c. 5. h l. pen. & fin. ne quid in loco publi. i l. præscriptio, de operib. publi. k arg. l. 3. de precib. impetra. offer. C. l. vlti. si contra ius vel vtilita. publi. l. 1. 2. de ædificiis. priuat. h. 8. C. tit. 10. l. senatus, de cõtrahen. empr. P. Paul. l. c. 2. eod. l. 43. Martia in leg. fideicommissa, de leg. 2. m l. si cui, & l. pen. de ædificiis. priua. C. n Vitruuius, lib. 1. c. 8. o Plinius, lib. 35. c. 14. p l. fin. finium regundor. lib. 10. P. tit. 1. q Cicero, 2. de leg. r Diodor. Sicul. lib. 2. Bibliothec. c. 6. s Harmenop. lib. 2. Epit. iur. c. 4. t Vitruuius, lib. 5. c. 10. v l. quidam Tiberus, de feruit. vba prædior. z.

De agricolis. Cap. 23.

- 1 Agriculatio primum opus homini impostum.
2 Agricola fuerunt viri prisca præstantiores qui. Scipio agricola. eod.
3 Ager quid.
4 Agriculorum septem species. Censiti agricola qui. eod. Clientes, censuales, obliarij. eod. Coloni tributarij qui. eod. Coloni propriè qui publici & priuati, antiqui noui
5 Coloni propriè qui publici & priuati, antiqui noui
6 Coloni adscripti qui.
7 Originarij coloni qui.
8 Inquilini coloni qui.
9 Coloni perpetuò obligati. Curiales p̄perpetuò curijs obligati. eod. Mariandyni perpetui coloni. eod. Arnae perpetui coloni. eod. Meneste qui. eod. Peneste qui. eod.
10 Mendiciti fictitia pœna, amissione libertatis, puni.
11 Mancipia rustica quæ & species.
12 Rustici qui.
13 Agriculorum Indorum natura, & munus, securitas tempore bellorum, prohibitione arma deferant.
14 Agriculorum ingenuorum differentia, qui sua colunt, & aliena rura: & eorum qui aliena colunt triplex genus. Paruarij coloni qui. eod.
15 Villici & coloni quid verum dominis debeant. Locationi fundi quæ accedunt & præstantur. eod.
16 Agricultura materia quæ.
17 Instrumenta rustica enumerata.
18 Rustica quadam leges Græcè Iustiniani, de partiaro fructus interueniente, non colente. Vrsua à rusticis quæ capiende. eod.
19 De hortulanis, & seplasiariis. Hortulani artifices. eod. Fossore non sunt artifices. eod.
20 Hortulanorum leges. Summarij homines æstimatores qui. eod.
21 Seplasiarij, & eorum lex. Pigmentarij. eod. Venena quæ liceat habere, & vendere. eod.

Agriculorum fuit hominum prima cõditio & status à Deo ipso agriculatio homini mandata post peccatum, & ante. Primum enim Deus creatos parentes in paradysum introduxit, vt operarentur & custodirent illum: & subinde expulsis inde, vt terram cum labore verteret, & in sudore panem, id est victum, compararent, statuit. Adamus agricola, Cain agricola. Sic & apud Zachariam, Non sum propheta: homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum, ab adolecèntia mea. Agricolæ etiam antiqui, plures præstantiores viri, de quibus & iam diximus in lib. 7. Syntaxeon c. 1. & de arte agricultura sequentibus cc. in eodem libro. Atque Horatius primis & foelicibus seculis, homines omnes in agris vitam egisse beatam testatur. Beatus, inquit, ille quis procul negotiis, Vt prisca gens mortalium, Paterna rura bobus exercet suis, Solutus omni fenore. Nec excutitur classico miles truci:

Nec horret iratum mare: Fortumque vitat, & superba ciuium Potentiorum limina. Scribit Seneca Scipionè maiorem abluere solitum corpus rusticis fessum laboribus, & exercuisse corpus suum opere, & terram, vt mos erat prisca, subegisse. Agricola ab agro qui colitur, dictus est. Est autem ager locus, qui sine villa est, vt ait Vlpianus, & Florentinus. Varro agrum dictum pntat terram, quòd in ea aliquid agerent fructus causa. Græcis item ἀγρός παρὰ τῷ ἀγρῶν, quòd in eo aliquid fiat semper, vel in eo aliquid, veluti præda capiatur, nempe fructus. Agricolæ in iure in septuplici sunt differentia. Primum censiti, qui descripti sunt in census libro pro terra, & eius ratione quam possident: putant & conscriptos terras seu agros possessos non potuisse alienare. Et mihi non displicet censitos colonos hodie dici posse clientes dominorum, quos vocant obliarios, seu censuales, Seigneurs censuels, qui liberi sunt, & omnia tributa præstant censibus, dumtaxat adscripti. Dicitur & possunt tributarij coloni nexu tantum tributari, ob res obligati, & ideo abire liberè à possessione possunt, & vendere ius suum, permittente domino, vt dicimus, directò, perfoluit illi laudimisi seu authoramento, & saluo eius prælationis, iuxta formam iuris emphytheotici agri. Coloni dicuntur deducti in aliquem locum agricolæ, agri colèdi causa, quemadmodum dicti coloni & coloniæ populi ad habitandum aliquò missi: à ciuibus ita differentes qui priores eo in loco erant, quàm coloni fuerint adducti. Et si alij superinducantur ad reparandas colonias, & antiqui & noui coloni rectè dicuntur. Et apud Ciceronem, coloni est, qui fundum pensionis colendum accepit à priuato: exemplo colonorū reipublicæ, qui vt plerumque ad captas bello ciuitates & agros incolendos, cum pensionis præstatione annua mittebantur: paucis exceptis, vt duodecim coloniæ Romanorum, quæ immunes à pensionis erant. Vnde coloniæ publicæ, & priuatorum: cum sint qui agros Reip. colant, & priuatorum. Alij coloni dicuntur adscripti, quibus lex seu conditio à maioribus constituta, vt eos perpetuò æternitatis iurè colonos retineat, ita vt illis non liceat ex his locis, quorum fructus releuantur, abscedere, nec ea deferere, quæ semel colenda susceperunt. Et domino fundi ita tenentur, vt sine pœna etiam suscipientis non possint abscedere. Cuius conditionis sunt coloni Palestini, Thracenses, Illyricani, & alij quidam. Illi enim perpetuò adhærent agro, vt nec momento quidem temporis debeant separari à gleba, vel honoris, vel alterius obsequij, vel officij causa, conditione quidem ingenui, sed actu, terræ cui adscripti, serui. Et ita quodammodo serui eorum, quorum possessio est. Attamen si coloni adscripti per triginta annos conuerint fundum domini, libertate quidem plena potiuntur, rus tamen proprium tenentur incolere. Originarij alij coloni, qui ex adscriptiis nati, eandem sunt conditionis ac patres, nomine tantum distincti, debentque & illi terræ inhærent semper, quam patres eorum colendam susceperunt. Inquilini coloni erunt, qui alibi, quàm vbi nati sunt, habitant, & agros colunt: vel qui alibi habitant, alibi agros colunt: vt propriè colonus, qui in agro, quem colit, habitat. Seneca, epist. lib. 13. Vlpianus in l. ager, l. 7. de verbor. signif. h in l. fundi appellatio, l. 1. c. 1. eod. tit. i Varro, lib. 2. de ling. Latina. k examinat gl. rubricar. in tit. de agricol. & cens. lib. 11. C. glo. in quibus caus. colo. c. 5. l. 1. eod. tit. c. 1. tit. 47. l. 1. forma de censib. in P. m l. ij penes quos, & ibi gloss. in verbo suis, de agricol. & cens. lib. 11. C. n & horū colonorū natura explicatur in l. 2. & 1. in quibus caus. coloni domi. acensar. post. lib. 11. C. tit. 49. i. d. l. 4. de agricol. & cens. lib. 11. C. o de quibus & inter. l. de coloni. Illyricanis lib. 11. C. tit. 52. p l. fin. de iure emphytheo. lib. 4. C. tit. 5. q Cic. pro Cæcina. r l. 1. vt nemo ad suum patrem cinius iusticiat. rubrica. lib. 11. C. tit. 52. s l. 1. de colon. Palestinis lib. 11. C. tit. 50. t d. l. de coloni. Palest. v l. 2. de coloni. Thracensib. lib. 11. C. tit. 51. x l. vnic. de coloni. Illyricanis, eod. lib. 11. C. tit. 52. y l. omnes omnino, l. 1. de feruit. lib. 11. C. l. 1. de coloni. nos, l. 1. de coloni. nos, cum similib. de agric. & cens. lib. 11. C. & in legib. rusticis Iustinian. tit. 1. c. 17. z d. l. colonos, l. 15. & proximè citatis lib. 11. a d. l. de coloni. Thracens. b l. 2. & 1. vt nemo ad suū patrem cini. recip. rusticanos, lib. 11. C. tit. 52. l. ne dicitur, l. 20. de agricol. & cens. vbi gloss. in verbo intelligitur, tradit differentias inter seruos, & adscriptiis. c l. penul. §. 1. de agricol. & cens. C. d l. 1. de coloni. Illyricen. lib. 11. C. l. originarios, 11. de agricol. & cens. C. e l. cum satis, l. 22. §. cum autem Anastasia, de agric. & cens. lib. 11. C. l. de fin. iuris, l. 13. & ibi glo. 2. de agricol. & cens. Trans

f Seneca, epist. lib. 13. g Vlpianus in l. ager, l. 7. de verbor. signif. h in l. fundi appellatio, l. 1. c. 1. eod. tit. i Varro, lib. 2. de ling. Latina. k examinat gl. rubricar. in tit. de agricol. & cens. lib. 11. C. glo. in quibus caus. colo. c. 5. l. 1. eod. tit. c. 1. tit. 47. l. 1. forma de censib. in P. m l. ij penes quos, & ibi gloss. in verbo suis, de agricol. & cens. lib. 11. C. n & horū colonorū natura explicatur in l. 2. & 1. in quibus caus. coloni domi. acensar. post. lib. 11. C. tit. 49. i. d. l. 4. de agricol. & cens. lib. 11. C. o de quibus & inter. l. de coloni. Illyricanis lib. 11. C. tit. 52. p l. fin. de iure emphytheo. lib. 4. C. tit. 5. q Cic. pro Cæcina. r l. 1. vt nemo ad suum patrem cinius iusticiat. rubrica. lib. 11. C. tit. 52. s l. 1. de colon. Palestinis lib. 11. C. tit. 50. t d. l. de coloni. Palest. v l. 2. de coloni. Thracensib. lib. 11. C. tit. 51. x l. vnic. de coloni. Illyricanis, eod. lib. 11. C. tit. 52. y l. omnes omnino, l. 1. de feruit. lib. 11. C. l. 1. de coloni. nos, l. 1. de coloni. nos, cum similib. de agric. & cens. lib. 11. C. & in legib. rusticis Iustinian. tit. 1. c. 17. z d. l. colonos, l. 15. & proximè citatis lib. 11. a d. l. de coloni. Thracens. b l. 2. & 1. vt nemo ad suū patrem cini. recip. rusticanos, lib. 11. C. tit. 52. l. ne dicitur, l. 20. de agricol. & cens. vbi gloss. in verbo intelligitur, tradit differentias inter seruos, & adscriptiis. c l. penul. §. 1. de agricol. & cens. C. d l. 1. de coloni. Illyricen. lib. 11. C. l. originarios, 11. de agricol. & cens. C. e l. cum satis, l. 22. §. cum autem Anastasia, de agric. & cens. lib. 11. C. l. de fin. iuris, l. 13. & ibi glo. 2. de agricol. & cens. Trans

De

e Horatius, li. Epod. ode 2.

rator baphij Syracufani, Sicilia: procurator baphiorum omnium per Africam: procurator baphij Girbitani prouinciæ Tripolitana: procurator infularum Balearium in Hispania: procurator baphij Tholonensis Galliarum: procurator baphij Narbonensis a. Balneatores sunt balnearibus mancipati obsequijs, quid dicuntur deterioris & vilioris conditionis, quam hiftriones ab Vlpiano b. Erant olim balnea, & publica & priuata, & nunc quoque alicubi. Publicum omnibus patebat, vt qui prohiberetur ab eo, posset etiam experiri actione iniuriarum c. Publicis & expensis fiebant ista balnea publica d. Sunt prouinciæ quædam, quæ balnearum habent necessariam & salutarem causam, ob æstus pellendos folijs, & fæces ob sudorem concretas depellendas. Cuiuscunque modi tamen sint constitutionis cæli loca, putarunt alij ad voluptatem potius & ad effœminandos homines balnea esse inuenta, & improbanda, nisi ad depellendos morbos, vel ex alijs de causis necessarijs adhibeantur: quo casu & clericis religiosi e, & omni die, etiam festo f, permittuntur. Atque cum rex Maurorum Toleram ciuitatem amisisset, & palantes milites eius adorti fuissent, & vicissent septem comites Alphonfi Sexti eius nominis regis Hispaniarum in loco vulgo dicto *Alcacar*

de *Conspicua*, Rex Alphonfus calamitatis huius causam suorum animis nimia mollitie effœminatimputans, balnea, aliæque id genus illecebras, quas Mauri Toleti constituerant, sustulit, & populum ad pristinam virtutem & seueritatem reducere est conatus s. Coqui inter artifices connumerantur à Caio h, & à Martino i, Iurisconsulti quod & tuentur Ludouicus Romanus k, & Felinus l, & Franciscus Crementis m. Andreas porro Barbat, multis disputat n, coquum habere officium: verum & officium & artem habere simul placuit o: & coquum principis habere dignitatem tuetur Baldus p. Neque etiam est qui ambigat, certa esse præcepta bene condendi edulia, si modò legerit librum Platinæ de honesta voluptate. Putant & alij, & verum est, partem vnam medicinæ in delectu ciborum, & in illis præparandis versari, quæ *salus* est. Sed nos de coqui consideratione, arte, & officio, alibi plura diximus q, quæ non repeto. Coquorum veluti officiarij, & administrati sunt laniones: quorum instrumenta quædam refert Paulus r, quæ pro lanianda, & vendenda carne necessaria illis dicit, nempè menas, trutinas, pondera, ferramenta, cultros, dolabras, &c.

a in libro qui Notitia prouinciarum vtriusque Imperij.
b Vlpian. in l. fed & si quid, de usufruct. l. 7. P. tit. 1.
c l. 2. §. si quis in muti, ne q. in loc. pub.
d vt videre est apud Plinium Secidum, lib. 10. Epist. 37.

e can. omnes qui, 23. q. 1.
f ca. peruenit, de cõfess. d. 3.

g Francisc. Tarapha. lib. de regib. Hispania. in Alphonfo 6.
h Caius, in l. si quid venditor, l. 18. §. fin. de edil. edict. l. 21. P. tit. 1.
i I. feruus legatus, l. 63. §. si ruus seruus, de lega. s. lib. 12. P. tit. 1.
k Ludu. Rom. in sing. 51.
l Felinus, in c. 1. in princip. de offi. & potest. iudic. de lega.
m Franciscus Clem. singulari, 98.
n And. Barbatia, ad tit. de officio ordin. o ca. ne natales, de constit. dist. 3.
p Bald. ad rubric. quis dicat, dux, march. in vrb. feudorũ, q. lib. 18. Syntagm. artis mirab. c. 26.
r Pau. in l. cum delationis l. 18. de fundo in fructo, &c. l. 31. P. tit. 7.

Syntagmatis iuris vniuersi libri decimoctauis Finit.

DE

DE MILITARIBVS PERSONIS, ET RE MILITARI LIBER XIX.

De militibus, & paganis, & militia inermi. Cap. I.

- 1 Militia ars est.
- 2 Homines milites, aut pagani. Paganus qui, eod. Et paganismus & propaganicum, & 3.
- 3 Semipaganus quis apud Persum.
- 4 Milites vnde appellati.
- 5 Latrones qui milites, & quare dicti.
- 6 Militia, & militum species.
- 7 Militia spiritalis diuisio. Angelorum militia eod.
- 8 Militia literaria in quibus inueniatur. Militia apparitorum, & aduocatorum. eod. Professores legum post 20. annos comites fiunt. eodem.
- 9 Militia palatina inermis que. Palatini milites diuersi generis. eod.
- 10 Militia ex casu que.
- 11 Militia honoraria.

Milites artem habent quædam quoque adquisitionem, vt alibi docuimus a: & ita inter artifices annumerari eos par est. Ab illis itaque nata & alia personarum distinctio, quæ, & publicas, & priuatas personas potest complecti: vt alij dicti sint pagani, alij milites. Pagani proprie dicuntur, qui habitant in pagis vel oppidis rusticis, à fontibus ita dicti: quia circa fontes soliti erant antiqui ædificare domos & villas, aquationis facilioris causa, vt ait Festus, sic ἀπὸ τῶν ἀγῶν η in a, Doricè mutato, pagi & pagani rustici. Vt & Persius b, semipaganum, videlicet semidoctum, non omninò ablutum, vel fatuum fonte musarum, qui Poëtas reddere dicebatur. Sic enim intelligo potius, quàm semirusticum, vt dicam semipaganum, quasi semifontanum, non omninò aqua fontis participem. verborum & contextus id docet.

*Nec fonte labra prolui caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parmisso
Memini, vt repente sic Poëta prodirem.
Heliconicæ, & pallidæ, & que Pivenem
Illis relinquo quorum imagines lambunt
Hedera sequaces: ipse semipaganus,
Ad sacra vaturn carmen adfero nostrum.*

Sic opinor, Diuus Augustinus rectè vocat ethnicos seu infideles idololatrias, paganos, velut barbaros, & ignaros veræ legis. Et inde paganismus, error, siue infidelitas: quibus verbis & Cæsares

Christiani in eadem significatione, vsi sunt, titulis, ne Christianum mancipium hæreticus, vel paganus, vel Iudæus habeat c: & de paganis, & sacrificijs eorum d. Hinc sacrificia quoque pagana prohibita apud summos Pontifices e. Alio modo omnes pagani sunt, qui non sunt armati milites, vt apud Iuuenalem f:

---cuius falsum producere testem
Contra paganos possis, quam vera loquentem
Contra fortunam armati.

Et apud Suidam pagani etiam opponuntur militibus, etsi urbani sint, nempe ἀσπαστα, adfertque hunc locum, ἀσπαστα γυναικῶν, ἵε καὶ ἡ σπαστα καὶ ἀσπαστα. In iure nostro ciuili familiaris est hæc pagani dictio, pro eo qui non est miles s. Paganum peculium castrensè oppositum h Et paganicum ius, quod castrensè non est, dicitur, & habere in paganico i. Paganorum itaque tot erunt species & sectiones, quot supra hominum differentias ex qualitate distinctas commemorauimus, qui iure communi vt dicitur, nisi si quod priuilegium illis singulariter aliunde contingat. Neque itaque de illis plura, sed de militibus agendum erit. Milites, inquit Vlpianus k, appellantur, vel à molli-
tie, id est, per antiphrasim, à duritia quam pro nobis sustinent, aut à multitudine, aut à malo quod arcere solent, vel à numero mille hominum, vt miles sit quasi millesimus quisque: & ad priorem accedit Sextus Pomponius Festus l, ad postremam, Vallam m. Militum species eorum, qui regi adstant, Latronum est. Latrones, inquit Varro n, dicti à latere, qui circum latera erant regi, atque ad latera habebant ferrum, quos postea ab stipatione stipatores appellauerunt, & qui conducebant. Ea enim merces Græcis dicitur λήροισ. Ab eo veteres Poëta nonnunquam milites appellant latrones: quod vtique milites cum ferro, aut quòd latent ad insidias faciendas. Sic Ennius o: *Hæc effatus ubi, latrones aucta facebant.* Quibus & adstipularur Nonius. Idem Varro quoque p, rationem nominis militis significantius attulit. *Milites*, inquit, dicti, quod triuina millium primùm legio fiebat, ac singula tribus Tatiensium, Rhammensium, Lucerum, millia singula militum michebant. Militia omnis constat pugna, quæ est impugatio, aggressio, & defensio: Et quia varijs modis quis pugnare, obsistere & resistere dicitur, eadem similitudine, milites erunt diuersæ species, militia quoque diuersa, in nomine contentis in pugna & armorum ratione distinguenda. Idcirco vt paucis omnem euoluamus æquiuoci assinitatem, dico militiam, quo nomine & intelligi par est milites & arma esse vel spirituales, vel corporales, seu, vt loquuntur patres, carnalem q. Rusticam, spirituales, vel est purorum spirituum inter se, vel cum hominibus, vel animæ cum corpore: vel Eccllesiastica clericorum, vt secularis laicorum.

c lib. 1. C. tit. 15. d. eo. si. C. tit. 14. & tit. de Iudæis, ap. Greg. e. c. licet nobis, de præb. f. Iuuenal. Sat. 15. 16.

g I. Iustina, l. 7. de rem. lib. 12. C. l. ius nostrum, de reg. iur. §. 1. de test. milita. ap. Iustina. l. milites, l. 12. §. fin. de custod. reorum, lib. 48. P. tit. 4. l. hæreditate, l. 19. §. filius familias paganus, de ca. aren. pecul. in P. lib. 49. tit. 17. h l. fin. de inoffic. testa. C. lib. 3. C. tit. 28. i. l. de testament. militi. lib. 6. C. tit. 21. k Vlpian. in l. §. fin. de militar. testam. lib. 29. P. tit. 1. l. Sextus Pomponius Festus, lib. de verb. signif. m Latronum. Val. lib. 1. Eleganti. c. 14. n Varro lib. 6. de lin. Latina. o Ennius, annali. 1. p Varro, in 4.

a lib. 24. Syntagm. c. 3.

b Persius, in principio.

q in c. nisi bnd. l. 23. q. 1.

militare testatur, eisque fuisse capitale, si nomen suum militiae inscripsissent: nisi interdum penuria hominum. Quemadmodum factum Lacedaemoniis ad Messeniam pugnantibus, & Romanis in bello Punico accidit. Et Octauio & Lepido rempub. obtinentibus, seruus inter milites & numeros inuentus, de rupe Tarpeia deiectus est. Idemque Octauius victo Pompeio omnibusque imperij amulis, seruus in bello ciuili, ob bella in militiam adscitos & ita manumissos, dominis reddi iussit, cum illa manumissio, tempore bellorum coacta videretur vi bellorum, nec acclamatione populi, vel discessione senatus, quemquam dominum inuitum ad serui manumissionem cogi debere sentit. Et plinius, de duobus seruis à Sempronio inter tyrones inuentis à Tiberio responsum accepit, quia in numerum militum nondum essent: si lecti essent, inquisitorem peccasse: si vicarij essent, penes eos culpam esse qui dedissent: si ipsi non incerti suae conditionis se obtulissent, animaduertendum in illos. Meminit tamen Liuius, Titum Gracchum Volorum seruorum legiones libertate donasse, vt pugnant contra hostem. Fuerunt nihilominus bella per seruos rebellantes gesta, sed illa praeter ius belli censentur, & illegitima: quale ab Euno Syro in Sicilia, cum sexaginta millibus hominum excitatum, quos Perpenna tandem vicit. Vt M. Aquilius alios à Cleone Cilico in eadem insula coactos. Simile in Italia bellum seruile ab Spartaco & Chryso motum, à Q. Vario praetore, & M. Crasso tandem confectum. Fuit & aliud in vrbe, Herodiano Sabino duce tentatum. Non militabant quoque, de statu suo controuersiam patientes, aut ab hostibus redempti, priusquam se huiusmodi. Non proditores, transfuga, qui capite puniuntur, & pro hostibus potius, quam pro militibus habentur, non curiales, cohortales, decurionum filij, coloni, vel saluenfes, negotiatores, profugi, ad bestias damnati, in insulam deportati, exules, relegati, intra tempus exilij, rei capitalis criminis, adulterij vel aliquo iudicio publico damnati, qui parentes maleficos dixit. Cum Eupolis filius Sospolis Atheniensis, comicus Poeta, qui viceerat in septem fabulis, naufragio periisset in Helleponto, in bello Laconico, edictum factum est, ne quis Poeta militaret. Non coguntur quoque militare, qui vel priuilegio, vel aetate excusantur. Adolecentes Romani in toga praetexta erant vsque ad 17. annum, quo anno togam puram & virilem accipiebant. Et tunc in viros recepti, militaris aetatis esse incipiebant, & sic Titus Liuius in anno 17. constituit aetatem militarem. Nullus tyro, vagus, aut veteranus, aut census obnoxius ad militiam accedat. Remittebantur à militia inter Hebraeos lege Dei, qui aedificarent domum nouam, qui plantasset vineam, nec adhuc eam fecisset esse communem: qui desponderat uxorem, nec adhuc acceperat eam, formidantes, & corde pauidi. Habebant & olim quidam priuilegium, ne militarent nisi certo loco, quod tamen necessitas plerumque sustulit, vt cum Chathaginenses essent in Italia, & minus inuentus haberent duces, coacti sunt praeter sanctam vacationem militandi alibi quam in colonia, nomina sua dare militiae coloni maritimi, Hostienses, Alifaces, Auxuræ, Minturnenses, Sinuesani, Senenses, vt ait Liuius. Militare ex certis populi classibus Romae deligebatur, non ex omnibus centuriis: in quo repre-

hendit Marius Sallustius, dicens: huiusmodi oratione habita, Marius postquam plebis animos arreptos videt, propro commeatu, stipendio, armis, aliisque vilibus nauis onerat, &c. ipse interea milites scribere non more maiorum, neque ex classibus, sed vt cuiusque libido erat, capite census plerisque. Plinius refert fortissimos viros & strenuissimos milites ex agricolis gigni. Polybius de formando milite more Romano sic ait: factu delectu militum ex tribubus, sacramento tribuni singuli, maxime idoneum adigunt profiteri obtemperatum se ducibus proculdubio, atque eorum mandata se pro viribus executurum, deinde reliqui id omnes facturos sese ordine promittunt. Cingulum vt insigne militiae dabatur militibus, videlicet zona cum gladio. Quod colligitur ex Suida in Auxentio, cum enim, inquit, inberetur ille à Licinio imperatore ethnico vnam pedibus Bacchi subuicere, & ipse recussisset Christianus, iussusque id facere vel militiam relinquere, ille nihil cunctatus, inquit, zonam soluit, & alacer palatio excessit. Papinianus etiam in equestri militia, eum qui confestim cingendus est, inter milites numerat: vt priuilegijs vti militaribus possit, si iam assumptus sit in comitatu principis. Roma, inquit Polybius, ubi milites inuare adegerint, denunciatio die singulis legionibus eo loco, ad quem adesse debeant inermes, ex congregatis delignant minimos aetate, fortunaeque perquam tenuis in pilanos: iis adulescentes in eos, quos hastatos vocant; etate ac robore praestantes in principes: natu maximos in triarios, &c. Ex militibus legitimis quidam diuersa fortium nomina. Ab ordinibus, vt gregarij, manipularij, legionarij, triarij, &c. Alij à diuersitate armorum, vt caligati, quos viliores dicit Iustinianus, hastati, pilani, vnde titulus de primipilo, libro 2. C. de quibus subingit tubicines, à tuba qua caneabant, liticines, classicos à classe, &c. Sunt & equitum alij loricati, cataphracti, ex equo sagittis vtentes, leuis armatura, velites suae expediti dicti ab Aeliano, & à Dione, in Nerone, psylli: Alij grauis armaturae, &c. Alij electi, perpetui, additi, suffulti, ciues stationarij, stipendiarij. Carolus 7. rex Gallo- rum post Anglos à Gallia expulsos, regnum per bella exacta lacerum, praedijis munitionibusque firmavit, exemplo Caesaris Adriani. Et primum equestrium milium turmas centenarias, & quinquagenarias instituit, fuitque numerus cataphractorum Francicorum ad mille quingentos, qui in praedijis urbium collocarentur. Postea quinque millium pedum cohortes descripsit, habitusque delectus agrestium pedum, hos francos archieros dixere, quod liberi ab omni tributo fierent, dum militarent, & arcu sagittisque vterentur. Et isti regnicolae erant. Mortuo autem Carolo 7. tempore Ludouici II. ab eo Heluetiorum ad quinque millia stipendium accepere. Dicti & sagittarij franci Talpini, id est τάλπεινοι, humiles, rustici, & bucolici milites. Et qui eos virtute superabant militari, & exercitatione, aduenturarij, id est, ad omnem euentum parati, soldati seu solidati. Dehinc Francisc. rex septem pedestres legiones instituit. Legio 6. millibus constabat, praefectus eius colonellus dictus à colonia. Erant chiliarchi 6. singulis legati duo & signiferi. Et ij immunes. Iussit & is quinquaginta millia pedum deligi, quibus stipendium ab vrbe muro cinctis solueretur. Et iis aliud genus militiae additum euocatorum procerum, qui

y Sallustius, in bello Iugurthino.

z Plinius lib. 18. c. 5.

a Polybius, li. 6. histor.

b Papin. in l. pen. de milita. testa. lib. 2. §. P. tit. 1.

c Polybius, in 6. l. f. de milita. veste, lib. 12. C. tit. 40. e in §. quilib. aut. quib. mod. natur. offic. legit. coll. 6. tit. 1. in aurt.

f Liuius, in 5. belli Macedo. g vide Aelia. in re milit.

h I. l. §. An. de offi. praef. vr. lib. 1. P. tit. 12.

m Vegetius, lib. 2. c. 8. n Liuius, lib. 2. deca. 5. dum agit de oratione Spurij Licustini centurionis. o Varro lib. 4. de ling. Latin. De iure primipili, tit. de primipilo, lib. 12. C. tit. pen. p l. ex eo, de testa. in P. q l. de tyronibus, lib. 12. C. tit. 44. de horum scholis, in tit. de priuilegijs schola. lib. 12. C. tit. 30. r l. ex eo, de testam. milit. in P. t l. fin. de tyrosibus, lib. 12. C. n tit. 19. de ver. signifi. c. 21. v l. l. C. lib. 6. Comment. belli Gall.

1 Liuius lib. 7. deca. 2. praedijis.

2 Vegetius, lib. 2. c. 8. n Liuius, lib. 2. deca. 5. dum agit de oratione Spurij Licustini centurionis. o Varro lib. 4. de ling. Latin. De iure primipili, tit. de primipilo, lib. 12. C. tit. pen. p l. ex eo, de testa. in P. q l. de tyronibus, lib. 12. C. tit. 44. de horum scholis, in tit. de priuilegijs schola. lib. 12. C. tit. 30. r l. ex eo, de testam. milit. in P. t l. fin. de tyrosibus, lib. 12. C. n tit. 19. de ver. signifi. c. 21. v l. l. C. lib. 6. Comment. belli Gall.

24 Vegetius, lib. 2. c. 8. n Liuius, lib. 2. deca. 5. dum agit de oratione Spurij Licustini centurionis. o Varro lib. 4. de ling. Latin. De iure primipili, tit. de primipilo, lib. 12. C. tit. pen. p l. ex eo, de testa. in P. q l. de tyronibus, lib. 12. C. tit. 44. de horum scholis, in tit. de priuilegijs schola. lib. 12. C. tit. 30. r l. ex eo, de testam. milit. in P. t l. fin. de tyrosibus, lib. 12. C. n tit. 19. de ver. signifi. c. 21. v l. l. C. lib. 6. Comment. belli Gall.

25 Vegetius, lib. 2. c. 8. n Liuius, lib. 2. deca. 5. dum agit de oratione Spurij Licustini centurionis. o Varro lib. 4. de ling. Latin. De iure primipili, tit. de primipilo, lib. 12. C. tit. pen. p l. ex eo, de testa. in P. q l. de tyronibus, lib. 12. C. tit. 44. de horum scholis, in tit. de priuilegijs schola. lib. 12. C. tit. 30. r l. ex eo, de testam. milit. in P. t l. fin. de tyrosibus, lib. 12. C. n tit. 19. de ver. signifi. c. 21. v l. l. C. lib. 6. Comment. belli Gall.

qui ad bannum vocati suis sumptibus tribus anni mensibus militant. In summa sunt alij imperantes, alij qui eis obtemperant. Sic enim militaribus disciplinae conferabatur. Liuius ordinem obtemperandi & imperandi paucis sic refert: Cum pollua, inquit, fuit semel militaris disciplina, non miles centurionis, non centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus consulis, non consul magistrum equitum, non magister equitum dictatoris parebat imperio. Decurio decem militibus vt plerumque, manipularis 20. id est, duabus decurijs imperabat, teste Volaterrano: cuius insigne fœni manipularis pertica alligatus, vt ait Ouidius. Vexillaris sub vexilli ductu habebat 183. milites: vt cohors sexcentos, quibus praerat tribunus, qui vnum signum ducebat, dictus ita, quod iura militibus suis tribueret, quos & sacramentis adigebat, & quae eorum erant, curabat, vt arma, vestes, valetudinem, & similia. Suffragio populi aliquando creatus, postea à militibus. Legioni praefectus sub se, nempe in legione, habebat sexaginta centurias, manipulos triginta, cohortes decem, & interdum plures, interdum pauciores. Nam erant legiones quaedam perfectae, extraordinariae, ordinariae, quadratae, &c. Legionem administrabat legatus, & absente praetore & quaestore. Plures, vt quatuor legati, quot legiones. Phalanx apud Macedones, Dardanos, Graecos, maior legione, & militum octo millia, vel miriadem, decem scilicet millia: de quibus videndus Vegetius. Ex his omnibus acies instruebatur, quibus & diuersae partes, & singulis praepositi diuersi. Erant enim variae formae aciei, frons, subsidia, cuneus, orbis, globus, forfices, ferra, alae, turres, vt scribit Gellius, & Aelianus. Centuriatae erant cohortes, centurijs praefecti centuriones. Primpilus, qui quatuor centuriones, & eorum milites regebat, isque & caput legionis dicebatur. Liuius Salonium tribunum militum & primum centurionem fuisse, quem nunc primipilum, inquit, vocant, tradit. Iulius Caesar P. Sestium Baculum dixit primipili centurionem, ab hastula, pilus dictus. Et hic aquilae vexillo praerat, & quatuor centuriones. Dicitur etiam à Liuio primus hastatus, pro primipilo. Pilum porrò quasi perillum, quod hostis ab eo periret, secundum Varronem. Qui in eos ordines scribebatur, milites dicebantur, non autem prius: nam prius erant tyrones. Proinde alij tyrones, alij veterani. Tyrones erant in scholis militaribus attem discentes, qui nondum erant scripti inter fortissimos milites: & idem postremum locum in scholis militaribus tenebant. In statutis militum ordinis sancti Ioannis Hierosolymitani, inter milites eius ordinis, filij Arnaldi dicebantur tyrones, qui nouè ordinem professi essent, si venissent ex Christianis, citra mare nati in terram sanctam: qui verò nati fuissent in terra sancta, & essent nuper ordinem professi, dicebantur Polani. Romanis veterani erant, qui à militia immunes erant, postquam per viginti annos militassent, vt ait Suidas, in verbo βέλταρος. Cum iis milites facit Iulius Caesar veteres, quos distinguit à modò conscriptis & ab imperitis rei militaris, quos tyrones dicimus. Alij voluntarij, alij inuiti. Et voluntarij volones dicti erant sunt. Gallis, aduenturarij, & soldats de bonne voye. Milites, antequam sacramento praestarent, primum euocabantur, postea addicebantur, & demum sacramento adigebantur. Euocare erat, ad diuersa loca diuersos cogere exercitus, &

delectu habito scribere exercitum: vt euocatio equestris, est computatio in numerum equitum. Additi milites, qui inclinante imperio tyrones nuncupati sunt. Sic intelligendus locus Liuij, merces seditionis, inquit, propostita, confestim seditionem exserunt. Nam & addicebantur multi, & ad Praenestini famam belli, nouas legiones scribendas patres censebant. Hinc inclinante imperio, tyronica cogere dici coepit, vt apud Ammianum Marcellinum. Caterum post electionem fiebat in ordines distinctio, inauguratio militum, & stipendiorum assignatio. Rursum militum sunt alij, qui praestant in officio, alij qui desciscunt, vt emanatores, desertores, perfuge. Erant duplicarij, quibus ob virtutem vt duplicia cibaria darentur institutum, teste Varrone. Alij verò milites nostri: alij hostes, praedones, latrones, latrunculi, perduelles, proditores. Alij à triumphis, & victorijs, & muneribus, quibus à principe vel ciuibus distincti, vt torquati. Donabantur milites corniculis argenteis, in signum strenuitatis, vnde corniculati. Item torquibus aureis, & cingulo, & baltheo, ob egregia facta, quae ornamenta hodie versa sunt in calcaria, & auri praecincturam. Hinc cingulo donari dicimus, more prisco, gladio percuti, & auratum fieri equitem, & illustri cinguli dignitate praecingi, vt apud Cassiodorum legimus. Plinius donatos etiam strenuos tradit, hastis puris, phaleris, torquibus, armillis, coronis, cinicis, aureis muralibus, grammineis praestantissimis, & alijs.

x inquit Liuius, lib. 1. deca. 5.

y Ammian. Marcell. lib. 19.

z Varro, lib. 4. De lingua Latina.

a Cassiodor. 3. Variarum, ad Colossiam comitem. b Plinius, lib. 7. c. 28. c de quibus a-bunde idem Plinius, lib. 22. c. 1. §. 5. & lib. 33. c. 2.

De sacramento militari, & missione à militia. Cap. 4.

- 1 Sacramentum militare duplex.
- 2 Iuramentum militare fiebat duci, pollicibus eleuatis, gladijs strictis, ceruicibus admotis. Auctoramentum militare quid eod. Iuramenti militis formula eod.
- 3 Missio à militia tres species, explicataque honesta. Veterani 20. ann. militauerant eod.
- 4 Vacatio militiae ex priuilegio data temporalis.
- 5 Veterani agris donabantur.
- 6 Missio causaria quae. Causarij milites eod.
- 7 Missio ignominiosa. Sacramento solui qui milites dicantur eod. Ex auctorari milites qui dicantur eod.

Sacramentum militare seu iuramentum duplex. Alterum est, quod praesides & milites limitanei in inauguratione & singulis annis, Calendis Ianuarij dicebant: idque proprie sacramentum nominatur. Alterum, quo milites duci suo obstringebantur, omnia se strenuè facturos quae praecipisset, neque deserturos eum militiamque illius, iurantes. Idque non solum pollicibus eleuatis fiebat, verum etiam strictis gladijs, ceruicibusque admotis perficitur. Sacramento autem exhibito miles habebat auctoramentum, id est, militandi in militia legitima facultatem. Cum delectus, inquit Gellius, antiquius fieret, & milites scriberentur, in iurandum eos tribunus adigebat in hoc verba,

d de hoc iuramento Suetonius, in Galba, & Cornelius Tacitus, in 1. & 18. e de hoc sacramento Liuius, in 2. & 5. deca. 3. & lib. 7. deca. 1. Polyb. in castramet. Roma. Veget. 2. de re milita. Nonius Marcellus, lib. 21. f Gellius, lib. 16. c. 4.

a Dio Nicias, lib. 1.

b Orosius, lib. 6. c. 30. c Plinius, lib. 10. epistol.

d Liuius, lib. 24. ab vrbe condita.

e Florus lib. 5. c. 26. f Florus li. 9. Abbreuia. Oros. lib. 8. c. 5. Aug. de ciuit. Dei, lib. 3. c. 26.

g Liuius in 4. h Vlp. in l. qui status l. 8. de re milita. P.

i Martia. in l. proditores, l. 7. de re milit. in P.

k l. 2. & 4. qui militat. poss. lib. 12. C.

l l. 3. c. eo. qui milit. poss. m l. vnica. negotia. ne militent, lib. 22. C. tit. 35.

n Arrian. in l. qui cum vno, l. 4. cum 8. §. de re milit. P. l. 2. §. miles, de iis qui mer. in fam. in P.

o l. de obsequ. à liber. & libert. parent. vel pat. praestand. in P.

p Suidas, in verbo, τάλπεινοι.

q Suer. in Aug. usto.

r Liuius, lib. 5. deca. 3.

s l. 1. de tyronibus, lib. 12. C. tit. 44. l. fin. de veteran. lib. 12. C. tit. 47.

t Deuter. c. 20. 1. Machab. c. 3. Iudic. 7. v Liuius, lib. 7. deca. 3. x vide Nico. laum Gruechij de comitijs Rom. lib. 1. c. 2.

verba, In magistratu C. Laliij, C. filij consulis, L. Cornelij P. filij Coss. in exercitu, decemque millia passuum propere, firum non facies dolo malo solus, nec cum pluribus. &c. Additque, Militibus autem scriptis dies praefinebantur, quo die adessent, & ut citati Coss. responderent: deinde ita concipiebatur iusurandum, ut adessent his additis exceptionibus, nisi baritance, quae causa erit, furus familiare, serua vindemiales, calenz adq. &c. Huic sacramento connexa missiois à militia tractatio, quae triplex erat, honesta, caufaria, & ignominiosa. Sacramento soluebantur in honesta missione, & in inhonesta aliquando, sed vt plerumque pro honesta: sacramento remouebantur in caufaria: sacramento abiiciebantur in ignominiosa, vt haec exemplis illustrauit Vuolphangus Lazius. Missio honesta fiebat, vel finito bello dimisso milite, accepto diplomate à duce suo: vel non finito, si annos stipendiorum quis compleuisset, ita emeritis stipendiis dimissione facta. Anni porrò viginti erant, per quos, antequam veterani dicerentur, & honestaria militia soluti oportuerat in legione vel vexillatione militasse, & tunc decursis omnibus stipendiis, & vacationem à ciuilibus habebant muneribus & honoribus, & priuilegia veterani. Ista dicuntur dimissi cum honore, quibus aetas, & iusta stipendia dicuntur adesse apud Cornelium Tacitum. Dabatur & militibus honestissimis vacatio militaria, ante illud tempus viginti annorum à principe ex priuilegio, vt plerumque per quinquennium. Data & anni Q. Fabio, & Q. Fuluio. CC. Dabantur & ex gratia vacationes centurionibus, quas remitti flagratum fuit sub Nerone. Sicuti & statutum sub Theodosio, ne quis vacationem obtineret à principe temporalem, nisi ex iustis causis, illisque probatis. Quae differrebat idcirco à veteranorum vacatione: quia illa temporalis & sine priuilegiis veterani, & ista perpetua & cum priuilegiis. Idcirco & veterani rude donati, in colonias mittebantur, vt pro nauata opera tot annos reipublicae agros acciperent, vt meminerunt Liuius, & Tacitus. Caufaria missio est, quae propter valetudinem corporis, vel aegritudinem animi à militia soluebat, quod quis ideo minus idoneus militiae renunciaretur, vt ob proeuctae aetatis senium, ob quod est & caufaria honesta missio. Et sic de similibus, vnde & militibus caufarij apud Liuium, & Tacitum. Ignominiosa missio est, cum quis propter delictum sacramento soluitur: ut proprie soluebantur sacramento veterani, exauthorabantur autem puniendi. Exauthorare est, insignia militaria detrahere. Sic enim & omnia priuilegia militaria vnà adimuntur, & ignominia notantur, & exauthorati,

De legibus militaribus. Cap. 5.

- 1. Militarum legem in tria capita digestio.
2. Armorum cura imposta militibus, & 3. 4. 5. 6. Arma in bello amittere vel alienare, militi capitale eod.
3. Clypei sui, num saluus esset, Epaminunda lethali ter vulnerati cura.
4. 6. 7. Gladium conseruare in bello & extra bellum, militibus boni commendatum vnde.
7. Gladium in palatio principis deferre prohibitum.

a I. milites, l. 1. s. missiois, de re milit. in P. l. 2. s. ignominia, de iis qui notant. in fa. l. lib. 3. tit. 2. b I. miles, ad leg. Tul. de a. dult. p. c Vuolphang. Lazius, lib. 4. comment. reipub. Rom. c. 7. d Liuius, lib. 9. de ca. 4. Martini. in l. militibus, s. missiois, & disto. s. ignominia. e I. pen. & l. si, de iis qui non implet. stipen. sacramento soluti sunt, lib. 10. c. tit. 5. l. i. viginti, de re milit. lib. 11. c. tit. 2. C. l. de excus. lib. 5. tit. 65. f Cornel. Tacit. lib. 10. Annal. g d. s. ignominia. h apud Liuium, lib. 3. de ca. 3. i Liuius, lib. 9. de ca. 1. k Cornel. Tacit. lib. 2. l. vnic. de iis qui à princip. vacat. acceper. lib. 10. c. tit. 4. m l. 2. de iis qui non implet. stipen. sacra. soluti sunt lib. 10. c. tit. 54. de priuile. vetera. in P. n Liuius, lib. 2. de ca. 3. in oratio. M. Popilij centurionis. o Cornel. Tacit. in l. sub. inem. p l. 2. s. ignominia, de iis qui nota. in fa. P. l. milites, s. missiois, de re milit. p. q I. pen. de iis qui non implet. stipend. sacra. soluti sunt, lib. 10. c. r Liuius, lib. 6. de ca. 2. s Cornel. Tacitus, in oratio. Drusi ad tumultuarias Illvrici legionis. t d. l. 2. s. ignominia & dicta l. milites, s. missiois, v vt apud Ammian. Marcellinum, lib. 24. x dicta. l. 2. s. ignominia. y d. s. ignominia, de milit. re. in P. l. re. legatorum, s. fin. de inter. & releg. in P. l. de iis qui non implet. stip. sacra. soluti sunt, lib. 10. c.

- 8 Arma deferre & habere priuatis prohibetur.
9 Senatus armorum tractandorum facultatem concessit.

Disciplina militaris suas leges habet paulò diuersas à communibus. cum & priuilegia multa sint huic concessa, praeter & contra iuris communis dispositionem. Has in tria capita distribuimus ratione rerum, personarum, officij, & modi militandi, & ratione negotiorum & priuilegiorum. De rebus primùm, id est, res militares constituemus, arma, annonam, vestimenta, hospitia, praedia illis distributa, & feuda, de quibus alibi. In personis, qui possint militare dicendum, de quo paulò antè. De officio eorum, in militia, & penis, si illud omittant. In negotiis porrò, & illis vetita, & indulta traduntur. Arma itaque milites magis tractare & scire, quam iura debent. Et inhibita illis aliorum, quam armorum cura & sollicitudo. Iustum militibus in bello cum periculo capitis arma feruare. Miles, inquit Modestinus, qui in bello arma amittit, vel alienat, capite puniuntur: humanè militiam mutas. Paulus iustif. consul. cum distinctione, arma alienasse, inquit, graue crimen est, & ea culpa desertioni exaequatur, vti quod interest. Nam si tibialo vel hymerale alienauit, castigari verberibus debet: si verò lorica, scutum, galeam, gladium, desertori similis est. Tironi in hoc crimine facilius parcitur; armorumque custodi plerumque eadem culpa imputatur, si arma militi commisit non suo tempore. Et Marcellus, arma postliminio reueri negantur, quod turpiter amittantur. Epaminundas in pugna Mantinea contra Lacedaemonios acriter vulneratus & lethiferè, pendente pugna noluit ferum spiculi infixi euellere: vbi autem pugna absoluta, quæsiuit, saluúsne esset clypeus suus, quo offensus & saluo, intelligens quoque fufos fuisse hostes, iussit euelli ferrum, dixitque, factis vixi, inuictus enim morior, & ita mortuus est. Lacedaemona mulieres filiis suis, quos in militiam mittebant, hoc mandare & praecipere solebant cum clypeum dabant, vt redirent, & suu tēto, & tēto tēto, aut cum eo, aut in illo. Monentes, vt aut scutum referrent, aut super clypeum mortui referrentur. Malebant enim strenuè mori filios, quam arma cum ignominia amittere. In quam ne incidere Romanus Marcus Catonis filius, Pauli Æmilij gener, cum post multa facinora egregia in pugna contra Macedonas, gladium amississet, non prius quieuit, quin inter hostium turmas, cum sociis iuuenibus multis prostratis, inter caduera animaduersum tandem non repetisset, dolens ne in manus hostium gladius suus perueniret. Chabrias Atheniensis cum fortissimè pugnaret in naui, ea in rostro percussa cum cepisset fidere, maluit in ea fortiter cum armis occumbere, quam omisso clypeo ad proximas naues enatare saluus. Neque leges eos militari priuilegio donati voluerunt, qui animum dependent, & turpiter voluntariè se dedunt hostibus, etiam armis victi. Sic Aristoteles, ποσάτλει δὲ ὁ νόμος, καὶ τὰ τῷ ἀνδρείῳ ἔργα ποιεῖν, ὅταν μὴ λυπεῖν τὴν τάξιν, καὶ δὲ φέρειν, καὶ δὲ πῆλιν τὰ ὅπλα, id est, lex autem, viri fortis muneribus fungi iubet, vt locum in ordine tenere, non fugere, non arma abiicere. De horum etiam ignominia Iocrates significat Lacedaemoni sententiam,

z I. scimus, s. de iur. delib. C. a. l. milites, de loca. C. l. milites, & l. milites, de re milit. lib. 12. c. b. Modest. l. 1. s. miles, de re milit. in P. c Paulus in l. quicomatus, l. 1. s. arma, de re milit. d. l. 2. de captiuis & postliminio reuer. lib. 49. P. tit. 15. e Æmil. Probus in Epaminund. Diodor. Sicul. l. 15. Biblioth. Paul. in Arcadicis. Cicero, s. epistola ad Lucillum, Q. filium. Valerius Maximus, l. 3. c. 2. f vide Plutarch.

g Plutarch. in Vita Paul. Æmilij.

h Æmil. Probus in eius vita.

i Pau. in l. postliminio car. l. 17. de captiuis & postlim. reuer. lib. 49. P. tit. 15. k Aristoteles, s. Ethicor.

a Iocrates, o. 1210. de pace. b Aristotel. 2. Rhetoricor. c Inf. Caesar, lib. 5. de bello Gallico. d Xiphilinus ex Dione, in Galba. e Idem Xiphilinus, in Nerone. f s. nemo, & s. ad palatium comitis, de pa. c. tenenda, in vrb. fendor. l. vnic. vt armo. v. f. i. c. i. p. r. i. c. i. i. t. e. r. d. f. i. l. i. b. 11. c. 11. 46. excepto casu, l. i. de prapof. facri cubi. cu. lib. 12. c. tit. 5. g toto tit. de armis in authenticis, colla. 3. tit. 11. vnic. i. quorum vsus interdicit. est l. 15. c. Theod. tit. 15. h s. si quis rusticus, & s. mercator, de pace tenen. l. 2. Fen. dotum tit. 27. i Marti. in l. r. ad leg. Tul. de vi pub. lib. 48. P. tit. 6. k Vlpia. in l. 2. ad l. Iulia, de vi pub. P. l. Claudian. in laudib. Stillicon.

sententiam dum ait, eos qui pro regibus non autem mortem oppetere in praelijs, maiore ignominia affici, quam qui ordines relinquunt, & clypeos abiiciunt: & alibi Aristoteles, αἰσχροὶ εἶσι, ὅσα ἀπὸ κακίας ἔργα εἶναι. ὅταν ἀποβῶνται ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est, turpia sunt & flagitiosa omnia, quae oriuntur a nequitia: veluti arma abiicere, & fugere, quae oriuntur ab ignavia, seu imiditate. Apud Iulium Caesarem, miles quidam qui in bello Britannico clypeum amiserat, quamuis victor, tamen ab imperatore veniam petiit. Arma itaque sunt propria militum insignia & instrumenta, quibus nec honestum illis est carere, & opprobrium ea amittere. Quod mordicus Galba sensit, & defendit aduersus aliorum opinionem aduersariam: is enim ob alia laudatus ridebatur maximè, quòd in itinere semper gladium accingeret iam senex, & corpore imbecillis. Alius Theridates Romam veniens, vt videret Neronem, cum Nerone conueniret, iussu gladium quem gerebat deponere, noluit, sed potius maluit eum clausi vagina affigere: receptum enim erat & obseruatum antè, ne quis in domo seu palatio principis arma deferret sine eiusdem permissione, & eius rogatum f. Hocque etiam militibus vetitum, qui alioquin alibi deferre possunt, & debent. Adempta aliis, id est, non militibus, facultate, quibus nec fabricare, nec quibus permillum fabricare, vendere priuato, cui nec habere licet, permillum est. Nec licet rustico lanceam, gladium, vel arma portare. Non mercatori, nisi pertranseat prouinciam, quo casu gladium suum sellae alligare debet, vel vehiculo, non vt quem lædat innocentem, sed vt à prædone se defendat. Lege Iulia, inquit Martianus, de vi publica tenetur, qui arma, tela domi suae, in agris, vel in villa, praeter vsum venationis, vel iuuenis, vel navigationis coegerit. Nisi, vt excipit Vlpianus, Arma commercij causa habuerit, hereditateve ei obuenerint. Annotatum quoque est antiquitus à senatu Romano, armorum mouendorum concedi facultatem etiam sub Romulo primo Romanorum rege, vt scribit Claudianus, his verbis,

Neglectum Stilico iam per tot secula morem Retulit, ut ducibus mandarent praelia patres, Decretoque togæ fœlix legionibus iret Tesseræ.

De annonam militari. Cap. 6.

- 1. Annona ciuiles.
2. Annona militaris, & in quibus aduibus quotidie praebeatur.
3. Opinatores qui, & officium, & 4. Annona eraria qua. eod.
5. Annonam exercitui missam nemo priuatus emere potest.
6. Tribunorum officium circa annonam.

Vnt in iure redditus seu pensiones, quæ panes ciuiles dicuntur, quandoque annonæ ciuiles, & salaria in diuersis speciebus de publico ministrata. Quandoque & de priuato. Annonæ militaris erant ea, quæ victus causa dabantur militibus. De annonâ hac & publica, nos alibi, vnde pauca subnectam. Præbebant autem qui eroga-

bant annonam militarem, tempore expeditionis, in dies duos bucellatum, in tertio panem: vno die vinum, alio die acetum: vno die lardum, bi duo carnem veruecinam. Singulis diebus annona itaque præbeatur, & per capita, id est, singulis, vt dictum est. Erant & alia quoque, stato tempore, intra annum præbenda, quæ si tunc recusarent, sisco post annum deferrebantur. Nec eorum quæ quis petere potuisset tempore fertilitatis, aut recusasset, poterat repetere tempore caritatis pretium. Post calendas Nouembres militibus pro annonâ vini, vinum nouum, non vetus tribuebatur: quoniam veteris dispendiosa esset erogatio. Tribuebatur & equitibus fœnum. Vt annonarias species exhibebant, opinatores dicuntur, qui exigebant à prouincialibus, cum quibus nec poterant commercium inire, aut ab illis species mercari, ne fraus ita annonæ fieret, & inlisteret vt id quod debetur, intra anni metas acciperent. Distribuebant autem illi per breuia, seu pictata authentica, vel in speciebus, vel æstimatione facta, vnde & ærariæ dicebantur annonæ: fideliter ab actuario seu erogatore, prout iuramentum eorum profiteretur, præstanda. Quas si quis immutauerit, pœna sacrilegij, quia violantes constitutiones principis, puniuntur. Officium quoque opinatorum, species delegatos annonarias curare excoqui, vt panis bucellatus coquatur ab iis, quibus priuilegium singulare immunitatem nõ præstat vel consuetudo. Caterùm si non præstat vel consuetudo. Annonam exercitui missam, nemo emere potest: & qui comparauerit, si honestioris fortunæ, confiscatione bonorum multatur: si abiectionis, capitali supplicio afficitur. Officium tribunorum etiam est, frumentationibus comilitonum interesse, frumentum probare, mensuræ fraudem coercere.

De veste militari. Cap. 7.

- 1. Vestes militares quo tempore anni dabantur. Canon exactus ob vestem militarem eod.
2. Stipendia militum vestes, annonam, tergora bouum, arma.
3. Nudi pugnabant Heruli, & Gessata.

Vemadmodum militibus statè anno næ erant, sic & vestes certis temporibus illis præbebantur, à calendis Septembris vsque ad calendas Aprilis. Aliquibus, fortissimis videlicet & honoratioribus in pretio, aliquibus autem, vt gregariis in specie. Et ad harum vestium onera canon ex prouinciis exigebatur. Tradit Liuius militibus in stipendia datam nõ solum pecuniam, sed etiam vestimenta, potissimum hyeme, & frumentum: distributa & in stipedia militibus tergora bouum, vt inuuit Cornelius Tacitus, dum ait Drusum Frifis transthenanis populis tributum iussisse, vt in stipendia militum tergora bouum præberent. Sic & Polybius tradit, arma, vestes, & frumentum, quæ militibus dabantur, imputari eorum stipendiis. Plutarchus tamen, lege Semproniana tradit, immixto stipendio, cuiuslibet militiam datam vestem. Forfan Heruli vestium militarium indigni non fuerunt, vt Romani, nam ij pugnare nudi soliti erant, folijs campestribus pudenda

q l. de erogatio milit. anno. lib. 12. C. tit. 8. r l. fortissimi, l. 6. de erog. milit. anno. lib. 12. c. tit. 8. s nulli militarium, l. 7. eo. t l. iubemus, l. 10. eo. v l. prouincialium commodis, l. 8. eo. tit. 2. x l. opinatores, l. 1. r. & l. iis scolaribus, l. 14. de erog. milit. anno. l. de excoctio. & translatio. milit. anno. lib. 12. c. tit. 39. y d. l. opinatores, & l. 2. de susceptor. lib. 10. C. tit. 70. z l. missi opinatores, l. 7. de exact. tribu. l. 10. C. tit. 19. a l. excellencia, l. 9. de erog. milit. anno. b l. avarij, l. 1. de erog. milit. anno. c l. septem die bus, l. 2. l. an nonas, l. 5. cod. tit. C. d l. inbemus per hanc, l. 16. eo. tit. e l. lege repetita, l. 13. eo. tit. f l. 1. & 2. de excoctioe & translatio. milit. anno. l. 11. c. g l. 47. in legib. Iustiniani militariibus Græcis. h l. officium, l. 1. s. fin. de re milit. i l. 1. de militari vestib. lib. 12. C. tit. 40. k l. 1. eo. tit. de militari veste, C. eod. l. 1. & 3. C. eo. in Liuius, lib. 3. de ca. 1. dum agit de Pub. & Cn. Scipionij literis ex Hispaniis ad senatum missis, & lib. 6. seq. n Cornel. Tacitus, 4. Anna. o Polybius, l. 6. p Plutarch. in vita Gracchi.

Cicero, pro Caelio. b Vulcatius Gallicanus, in Auidio Cassio.

pendenda regentes, vt scribit Cicero a, & Vulcatius Gallicanus b. Polybius Gessatas huiusmodi describit. Qui trans Alpes, inquit, Rhodanum habitant, & propterea quod militiam mercenariae obeunt, Gessata vocantur (nam id ea dictio significat) reges habebant, bello Insubrum Gallorum cum Romanis peracto, Congolitanum & Anerostem, cum Boiis & Insubribus pugnantes contra Romanos, ob magnitudinem animi & incredibilem gloriae cupiditatem abiectis subligaculis & scutis, nudi tantum ante omnes stabant, rati per eum modum aptiores sese & magis expeditos ad bellum fore: si quidem densa in his locis sentes implerent vestes, & usum armorum praeferrent.

c Polybius, li. 3. histor.

De hospitibus militum. Cap. 8.

- 1 Hospitium alimentis connumeratur.
2 Hospitia militaria in castris tentoria, & alibi domus.
Hospitiorum designatores, mensores, eod.
Metator quis, eod. Metatum quid, eod.
Metationis castrorum forma, eod.
Tentorii erigendi vel deponendi in castris lex, eod.
Fourriers, quare nominati, eorum poena si quid extorqueant ob liberationem hospitij, eo. & 11.
Hospitiis signati nomen delere, falsi habet poenam, eodem.
3 Hospitiarum militum leges quadam.
4 Hospitiij diuisio inter dominum, & hospitem militem vt fiat.
5 Hospitiij nomine qua militibus hospitibus debentur.
6 Salgama qua hospitibus praebenda.
7 Metatoris liberatio ab hospitio, non potest alio hospitio onerari.
8 Hospitiij onus patrimoniale munus, & qui eo non teneantur.
9 Hospitiarum immunitas alios non onerat.
10 Hospitia militum euntium in bellum, & redeuntium ubi debent constitui.

Inter alimenta, & hospitia ad habitandum connumerari, quia sine his non potest commodè quis viuere, palam est: quamquam hospites inter peregrinos sunt, nec propriè habitare dicantur. Erant hospitiorum militarium duae species, in castris videlicet, & in domibus: in castris tabernacula & tentoria erant. Qui ea hospitia distribuabant mensores & designatores à Vegetio dicti. Metatores vocant iurisperiti, & mensores etiam. In castris metatum, erat spatium loci, intra quod militem se continere & hospitari oportebat. Et Sidonius Apollinaris.

Contrahis, aggredieris, superas, includis, & vt te Metato spatio castrorum sardica vidit, Obsidione premis.

De castrorum metatione & de forma seu figura, & quae obseruanda in illa, plura colligit Alexander ab Alexandro, quae apud illum videto, & apud Polybium, vbi & lex, ne cui militum prius liceat erigere, vel deponere tentorium suum, quam tribunorum imperatorisve tentorium erigatur deponaturve. Signabant creta, vel alia remetatores hospitia manu propria, nomine hospitum in foribus domus: quod si quis deleuisset, falsi poena tenebatur: à foribus & hodiè isti vo-

d l. verbo videtur, de verb. signi. p. e l. 1. s. habitare, de his qui deecer, vel ef fude. in p. l. de uotum, l. 5. de metat. l. 12. C. f Vegetius, 2. de re militari. g l. 1. de metat. & epidemetic. libr. 12. C. tit. 41. h l. 1. & 2. de metat. & epidemetic. l. 12. C. l. 1. de menfor. eo. lib. 12. c. tit. 28. i Sidon. Apollin. in Panegyrico Anthemio dicto. k Alex. ab Alex. lib. 1. ge. n. dia. c. 12. l Polyb. lib. 6. ep. vid. Iosep. de bell. Iudai.

m l. 2. de metatis, lib. 12. C.

cantur qui metati, apud nos fourriers, mareschals de logis. Leges de hospitibus militum dictae sunt: quarum prima erit, vt illicita ministeria sub praetextu adiuantium militares viros, ad concutiendos homines procedentia prohibeantur, & deprehensa coercentur à praeside prouinciae. Et caueatur, ne tenuis vitae homines, sub praetextu aduentus officiorum, vel militum, limine vnico, id est, eius quod pauperi necessarium est, vel limine seu habitaculo vnica, vel breui supellectili, ad aliorum vsus translatis, iniuriis vexentur. Ne quid sub nomine militum quod ad utilitates eorum in commune non pertinet, à quibusdam propria sibi commoda inique vendicantibus, committatur. Lex alia diuisionis domus inter hospitem, & dominum, qua insolentia militum continetur, vt distincta domo in tres partes, duas dominus sibi liberarum habeat, tertiam verò, hospes: ex tribus primam eligit primùm dominus, secundam hospes, tertia domino relinquatur. Nisi hospites illustres sint: quia tunc media domus pars iis relinquatur. Eo tamen in omnibus his obseruato, vt ergasteria mercium causa, extra diuisionis partes dominis libera sint: nisi equites hospites sint, quibus si stabula deficiant in domo, pars aliqua ergasteriorum sine magno incommodo domini, stabulo deputatur, poena aliter quam diximus tentantibus, si illustres sint 30. librarum efcas. Quinimo & miles, qui ea exigit, & dominus qui etiam ea spontè exhibet, poena affici debent. Ideo enim stipendia, & annonae milites accipiunt, ne prouinciales onerentur. Forfan veterum non erit salgama rustica militibus petere, videlicet τὰ τὰρῆα, quae condita ad vsum domini seruantur, vt puta mala, pyra, ficus, uuas, rapas: nam ea vili pretio sunt, vt innuit Columella dum ait: Tempore non alio vili quoque salgama merce, Capparis, & tristes inula ferulae, minaces plantantur.

Verum cautum, ne quis militum, aut tribunorum, aut praepositorum, salgami nomine exigat ab hospitibus suis culcitra, oleum, lignum: nec etiam volentibus iis hospitibus auferat: neve balneum à domino aedium postuler. Liceat propria auctoritate militem expellere cuique domino, si praegravandi causa in possessionem venerit, nec crimen aliquod pertimescat: cum arbitrium vltionis suae sibi sciat esse concessum. Qui 7 hospitia praebuerunt metatoribus, siue quolibet pacto eis satisfecerint, nullam vel pensionis vel disputationis domus gratia molestiam sustinere coguntur. Hospitiij onus, munus patrimoniale est. Idcirco quemadmodum diximus à muneribus patrimonialibus liberos quosdam esse, sic & ab hospitibus quosdam releuari annotandum est: quamuis non omnes, qui à patrimonialibus excusantur, ab hoc immunes sint, sed quibus indultum lege est: quales sunt archiatri principis, & vrbs Romae, literarum magistris, & artium liberalium professores, insignesque pictores, & doctores legum, scilicet professores. Item consules, & patrij tres domos habent ab hospitio liberarum, & haeredes eorum: horum filij, pater, mater, soror, frater, vxor, duas, Consules tantum duas semis, & haeredes eius vnà semis. Si solum consul, eodem modo, Praefecti & magistris

n Vlpia, in l. 1. lictas, l. 6. s. licta ministeria, c. l. s. seq. de off. praef. lib. 2. p. tit. 8.

ol. 2. de metat. libr. 12. C. & l. hac leg. 10. s. si qui illustres, eo. tit.

p l. deuotum, l. 5. de met. lib. 12. C. l. 3. de ergo. mili. anno. lib. 12. C. l. 3. ne rustici ad vlum obsequ. de uocem. libr. 12. C. tit. 54. q d. 1. l. 3. de erogat. milit. anno. r Columella, lib. 10.

s l. vnic. de salgama hospit non praeb. lib. 12. C. tit. 47. t l. hoc prope dū est, de metat. lib. 12. C. v l. deuotum, l. 5. eo. tit.

x l. omnes, l. 6. de metatis, lib. 12. C. C. y l. 3. de munerib. patrimonial. lib. 10. C. l. 3. s. manus, de munerib. & honorib. in p.

z l. archiatrios de metatis, lib. 12. C. l. 1. de medicis, & l. 1. de p. fess. & medicis, lib. 10. C. tit. 52. l. 1. s. in. de munerib. & honorib. in p.

a in l. hac leg. 10. de metatis, lib. 12. C. b l. fin. eo. tit. de metat. c l. cum eos, l. 3. C. eo. tit. d l. fabricensium, C. eo. e l. omnes qui, l. 9. de metat. lib. 12. C.

f Iustini, in l. deuotissimos, l. 7. de metatis, lib. 12. C. g Plutarc. in Pompeij vita. h l. Ordonnances du Roy François sur le fait de laguerre, art. 3.

i ead. constit. art. 7. & 8.

k ead. constit. art. 23.

l eo. art. 26.

De officiis militum & poenis in illis delinquentium, Cap. 10.

- 1 Militare crimen quod dicatur.
2 Militares leges de non detrectanda militia, de se non dedendo, de obedientia praepositorum mandatis.
3 Pugnandum non esse, nisi iussu imperatoris exercitus, exemplis vindictae docetur.
4 Militum contumacia plebenda.
5 Militibus vallum, aut agmen non licet excedere.
6 Miles manus inferens, aut eum deserens, aut contumax praeposito quomodo puniendus, & 12.
7 Seditionem mouens in exercitu miles, vt puniatur. Commilitonem vulnerantis poena, eod.
8 Leges de disciplina militum ab Aureliano praescripae.
9 Pugna initium apud Romanos praecedebat adoratio Dei. Religio in castris obseruata, eod. Penitentium in pugna obseruatio, eod.
10 Miles ab auditu tubae distans inter hostes.
11 Miles desertens à via iuerante exercitu puniendus.
12 Ordines deserere poenam habet capitale. Custodiam deserere capitale, eod. Sortitio ad poenam militare supplicium, eod. Stare poena militaris, eod. & 15. Scutum praef. ferre poena militaris, eod.
13 Stationem relinquere capitale.
14 Militiam duplicem nemo habeat. Commeatum quo tempore militibus dare non liceat.
16 Desertionis crimen diuersum & poena, & 17. Desertor quis, eod. Emenfor quis dicatur, eod.
17 Fugitiuus quis, Erro quis, eod.
18 Pugnantis alius non pugnare capitale, & 21.
19 Poena militaris milites inter sarcinas & captiuos ponere, fractis hastis.
20 Miles iniussu magistratus, ne alio se transferat.
21 Miles ne commilitonem pugnantem deserat. Transfuge qui.

& magistris militum, dum viuunt, duas: haeredes eorum, vnã: magistris officiorum vel quaestores, vnã semis: haeredes eorum, vnã. Comites domesticorum & protectorum, sacrarum vel priuatarum largitionum, singulas: haeredes eorum, dimidias, vt statuit Arcadius. Immunes quoque facit Leo decem tribunos post primicerium, ab hospitibus in domibus, quas habent in vrbe Constantinopolitana. Item & praetoria ordinariorum iudicum, & fabricensium domus. Qui autem immunes ab hospitibus sunt, non debent, vicinos onerare: nec debent, vt illi onerentur, immunitatem impetrare. Caeterum & annotandum est, militibus ex bello redeuntibus, vel in bellum euntibus non semper hospitia in domibus priuatarum constituenda esse: sed & in turribus murorum iuxta solum, non autem in superioribus conrignationibus, forsan metu prodicionis, sed in pe-deplanis, vt loquitur Iustinianus. Sed & Plutarchus notat, morem fuisse Romae, exercituum ducibus vrbem non ingredi. At dum in praesidio milites sunt, placuit Fracisco, eius nominis Regi Gall. intra mœnia vrbiū hospitari debere, vtq; si quis ex ciuibus, vel caminum vel stabulum domus suae corruperit deiecerit, ne milites reciperet, domo ita illis reddita inutili, cogere tur refarcire & reficere, & mobilia inde ciecta restituere in formam pristinam. Caeterum supellectilia militibus concedi: cum inuentario iudice loci auctore, & ex eodem restitui, antequam inde migrent. Edidit & idem rex caput aduersus metatores militum, vt si quis praetextu officij aliquid à dominis domorum extorserit, ne ibi signaret vel designaret hospitia, furca suspendatur. Demum vt qui ab exercitu cum commeatu impetrato & subscripto à suo duce recedunt, non hospitentur gratis, sed in publicis hospitibus, more aliorum viatorum.

De praediis & castris militibus assignatis. Cap. 9.

- 1 Praedia militaria. Praedia in vsum vel opem militiae à priuatis relictia.
2 Chastella militum limitanea.
3 Magistri militum cura circa castella limitanea.

In feudorum tractatione docuimus, aliquando distributos fuisse agros possitissimum limitaneos militibus, vel pro onere militiae, quos ipsi suo labore curarent, eosdem & defenderent, omni tributo remisso, de quibus iterum non loquar, sed addam, & à priuatis etiam in vsum militiae fundos relictos aliquoties, vt ex illorum pronentibus militibus frumenta darentur. Erant & castellorum loca, in oris regni, quae ab aliis quam à militibus non poterant detineri, vt si priuati castellani inuenti essent non milites, capitali sententia plebentur. Quia priuato custodia limitis imperij committi non debet, propter periculum vicini hostis & prodicionis. Quinimo & cura magistris militum olim erat, ob eundem metum, vt etiam castella per milites possessa limitanea, & ciuitates per limites constitutas, quae ad iustam magnitudinem accedebant, ita disponeret & circumcideret, vt per paucos possent defendi & turò conferuari.



Officium regentis exercitum in duobus consistit, videlicet in danda & seruanda militari disciplina. Quam qui offendunt, militare crimen committunt: vt si extra hanc disciplinae rationem delinquant, commune crimen admittere dicuntur. Leges militares formulam & viuendi, & officij praescripserunt, quarum aliquas recensere, additis poenis eorum qui ab his declinant: & ita delictum militis est, quod aliter, quam disciplina militariae exigit, committitur, vel segnitie, vel contumacia, vel desidia. Prima erit, ne quis munus militiae detrectet, nec se vel suos subtrahat, alioquin poena imminente legibus imposita. Ne se dedat cui non licet, hocque crimen augetur, vt in caeteris delictis, dignitate, gradu, specieque militiae. Obediunt milites praepositis, & mandata eorum exequantur: aliter peccatum desertoris subeant. Ne prohibita à duce faciant, vel mandata omittant: alioquin capite puniuntur, etiam si res bene gesserint. Q. Fabius Rutilianus magister equitum à Lucio Papyrio eurfore dictatore virgis iussu cepti, quod exercitum eduxisset aduersus Samnites sine eius iussu, quauis eos fudisset, vt & Postu-

s l. officium, s. x. de re milii. p. lib. 49. tit. 16.

t l. 2. eod.

v l. omne delictum, l. 6. eo. x l. 4. s. grauius autem, & s. seq. eod. y l. 2. s. si praefides, eo. z l. 3. s. in bello, eo. de re mi li. l. 1. omne delictum, s. contumacia, eo. si mil. lex 12. in militarib. Iustini. b Valer. Max. li. 4. c. 2. Euro pi. li. 2. Plin. li. de vit. illustribus.

mius Tiburtus, & Manlius Torquatus, filios etiā prouocatos ab hoste & victores, iusserunt occidi quod non expectato Imperatoris iussu pugnassent. Et multo grauior contumacia erit ipso contemptu. Nam vt docet exemplo & responso Pub. Craffi Mutiani Gellius, corrumpitur & dissoluitur officium Imperatoris. si quis ad id quod iustus est, non obsequitur, & consilio ducis non confiderato. arbitrio respondeat. Qui agmen excesserit, ex causa vel fustibus caditur, vel mutare militiam solet. Nec non & si quis vallum transcedat aut per murum castra ingrediatur, capite punitur: si verò fossam transiit, militia reicitur. Hoc enim & in muris publicis & fossis capitale pepercit fuit crimen. Qui manus intulit prapposito, capite puniendus. Augetur & hoc crimen qualitate, seu dignitate prappositi. Sicut & contumacia, irreuerentia omnis aduersus ducem vel prapfidentem militis, capite punienda est. Eadem capitalis poena ei imposita, qui prappositum suum deseruit, vel protegere noluerit. Ad contumaciam seditio pertinet mota inter milites, quæ si atrox, capite punitur: si intra vociferationem, vel leuem, habet è gradu militiæ reiectionem. Lex Rorarij inter Langobardos, animæ, id est vitæ periculum in eos statuit milites, qui contra principem, vel in eum quem illis prapposuerit, eam mouerit. Scipio Africanus, in castris Hispaniæ seditiosos milites, nudos protrahi iussit, & ad palmum deligatos, virgisque caesos securi percuti, vt author Liuius. Sed plura alibi de seditiosis suo loco in crimine læsæ maiestatis humanæ. Porro qui commilitonem vulnerauerit, si quid è lapide, militia reicitur: si gladio, capite plectitur. Leges militares Aurelianus Cæsar tribuno præscripsit huiofmodi: *Nemo pullum alienum recipiat, ouem nullus contingat, vnam nemo auferat, segetem nemo deterrat, oleum, sal, lignum nemo excigat, arnona sua quisque contentus sit. De præda hostium, non de lachrymis provincialium habeat. Arma terfa sint, ferramenta Samiata, calciamenta fortia: vestis noua veterem excludat. Stipendium in baltheo, non in popina habeat. Equum saginarium suum desiciet, captum animal non vendat, vulum ceruariatum communiter curet. Alter alteri quasi seruus obsequatur, à medicis gratis curentur, aruspiciibus nihil dent, in hospitibus caute se agant. Qui aliter fecerit, vapulet.* Romani quoque, qui maius momentum in religionis obseruantia, quam in vincendis hostibus posterunt, initio pugnae ex more Deos suos adorare & venerari soliti erant. Lacedæmoniis ante plenilunium in aciem prodire, lege non licebat. Aliquando & Iudaicus populus à bello abstinent sabatho, ob Dei honorem: donec necessitas Machabæos legem & vitam illo die arma sumere coëgit. Lex alia militaris, militem ab auditu tubæ exercitus distantem, in hostium referebat numerum. Alia Alexandri Cæsar, vt si quis de via in alienam possessionem deflexisset, pro qualitate loci aut fustibus subiiceretur in conspectu eius Cæsar, aut virgis. Sic Philippus rex Macædonum Aphthoni flagris cecidit, quod cum sitiuisset, acie deserata, digressus ab itinere in publicum hospitium diuertisset. Refert & Appianus eos qui seditionem in exercitu concitassent, qui custodiam, aut ordines in bello reliquissent, forte delectos morte multatos. Est enim digna obseruatione lex, ordines ne quis deserat. Atque poena aliquando non seruati ordinis, ignominia causa

stare, & scutum præ se ferre. Qua damnatus sub Lyfandro classis Lacedæmoniorum præfectus Dercyllides à Pharnabazo accusatus. Suidas autem apud Romanos capitale fuisse tradit deseruit fæ munus suum, stationem seu aciem. Modestinus eum qui stationis munus relinquit, plusquam emanforem esse dicit, & pro modo delicti, aut castigari, aut gradu militiæ deiici. Et ex eodè, legio si deficiat, solet militia auocari. Gratia. Valens, I theodos. CCC. iubent, ne milites & tribuni per possessiones vagentur, sed vt remaneant cum signis propriis, & in mansionibus solitis ac publicis: alioquin grauiori supplicio indicto. Hinc mutuatur rationem lex, ne quis duplicem tractet eodem tempore militiam: quia militia assiduum exigit militem, nec momento abeunt. Imò lex Iustini Græca fanciuit, vt miles capite puniatur, qui tempore pugnae, vel dum acies ordinatur, statione aut signo relicto fugerit, aut ex loco profiliert, in quo ordinatus, cadaueris spoliandi causa, aut ad hostes temerè persequendos, vt pote qui ordines aciei dissoluerit, & sociis suis insidias parasse videatur. Imò nec licet à numeris ad alios numeros milites transferre, nisi augusta maiestas vtilitatis publicæ causa hoc fieri iusserit. Neque ipsis ducibus, permissum passim tempore belli commeatum militibus dare, poena capitali & dantibus & accipientibus imminente: nisi paucis & ad breue tempus, & non virgente opposito hoste, & expositis prius causis profectionis. Gracchus cõsul in secundo bello Punico, exercitum Volonum, quod in prælio socios deseruissent, iussit stando cibum capere per omne belli tempus. Desertionis crimen gradus habet, quia diuerso modo habet delictum. Siquidem defertor in iure dicitur ciuili, qui per prolixum tempus euagatus reducit, & qui belli tempore abierit à signis. In quo postremo differt ab emanfore, qui is est, qui postquam diu vagatus est, in castra reuertitur. Is proximus est, qui ad diem commeatu non venit, & in eum perinde, ac in defertor & emanforem statuendum: facta tamè prius copia dicendum qua iusta causa detentus excusari poruerit. & qui commeatu spatium excessit in eadem causa est. Edictum Germanici defertorem militem faciebat, qui diu affuisset: vt is inter emanforem haberetur. Leuius tamen delictum emanfore ris, velut in seruis, erroris: grauius defertoris, vt in seruis fugitiuis. Planè fugitiuum dicunt leges eum, qui ita consilio capto à domino aufugit ne ad illum postea reuertatur. Error enim verò pusillum, fugitiuum, qui non quidem fugit, sed frequenter sine causa vagatur. Examinantur autem causæ semper emanfionis, quis, & vbi quis fuerit, quid egerit: & datur venia valetudini, affectioni parentum & affinium. Pietas enim in proximos sæpè præsumptionem doli mali pellit. Et si seruū fugientem persecutus est, vel si qua huiofmodi causa fuit. Nec omnes defertores similiter puniuntur, sed habetur ordinis, stipendiorum ratio, gradus militiæ, loci, muneris deserti, antè acta vitæ, si solus, vel cum aliis deseruerit: num crimen desertionis solum sit, vel aliud habeat coniunctum, & temporis, quo in desertione fuerit. Qui in pace deseruit eques, gradu pellendus: pedes, militiam mutat. Qui autem in bello, vterque capite punitur. Crimen adiectum desertionis grauiorem addit poenā. Defertor ex prima desertione, capite punitur in vrbe inuentus: alibi, ex prima desertione destituitur, ex secunda, capite puni-

a Val. Max. lib. 4. p. c. 3. Orof. lib. 3. c. 9.

b Gelli. lib. 2. cap. 14.

c in l. 3. milit. tar. Iustin. l. 3. §. in bello, de re milit. vide Constant. Har. menop. lib. 1. tit. 16. d. l. in de rer. diuisi. P. e. in l. omne de litum, §. de re milit. c. homo. Chriftianus. 40. dist. in l. 11. r. & 13. leg. milit. Iustin. f. dist. l. omne delictum, §. contumacia, l. milites agris, l. 7. §. irreuerentis, de re milit. P. g. l. 3. §. si. d. l. omne delictum §. fin. eo. tit. l. 1. & l. 2. §. cum dominus, ad Syllana. P. & l. 3. leg. milit. Iustin. h. l. 3. §. qui feditione de re milit. P. & l. 13. §. g. milit. Iustin. i. l. 5. tit. de malefic. lib. 1. leg. Langobard. k. Liu. l. 8. de cad. 3. l. 1. omne delictum, l. 6. §. si quis commilitonem, de re milit. in P. m. Flau. Vopisc. in Aureliano.

n Plutarch. in vita Marce. Celli. Rhod. lib. 5. c. 27. o Suidas, in Hippia.

p App. Alex. in Lybico.

q Lampryd. in Alex. facit l. 3. versic. sed qui agrum, de re milit. in P. r. Alian. l. 4. de var. histor. cap. fin.

s Appia. lib. 3. bello. ciuili.

t Xenoph. lib. 3. ter. Græcar.

v Suid. in ver. 1988. p. 1. a.

x l. 3. §. qui stationis, de re milit. P. y d. l. 3. §. si.

z in l. tribuni, l. 2. de re milit. l. 2. c. a. l. in. qui milit. non poss. l. 12. c. facit l. 12. c. de asseffo. C. & c. de multa, de præb. b. l. 2. in legibus milit. Iustin.

c l. contra publicam, l. 14. de re milit. l. 12. c. gloss. in ca. ad apostolicam, in ver. ad prohibendum, de regula.

d l. 1. de commeat. l. 12. c. tit. 43. l. non omnes, §. 7. de re milit. P.

e l. per hanc, §. vt autem, de erog. milit. anno. lib. 12. c. f. l. nemo miles, l. 13. cod. g. Liu. lib. 4. de cad. 3. h. Modestinus, l. 3. §. defertor, de remilit. in P. i. l. 1. §. defertor, de defertor. lib. 12. c. tit. 46. k. dist. l. 3. §. emanfor, l. 1. §. ad diem commeatu, m. l. qui commeatu, l. 1. §. de re milit. l. 4. §. edict. Germanici, de re milit. in P.

o Vlp. in l. 3. §. si cum quis retineat, delibero hom. ex lib. 43. P. tit. 28. l. 2. de except. in P.

1. l. 3. §. cum sequi, §. de re milit.

2. in l. 1. §. defertor, de defertor. lib. 12. c. c. l. 1. eo. tit.

3. in constitutionibus Caroli Magni, in capitulis additis ad leges Langobardorum, de defertoribus.

4. l. 19. Epitoma. Liuii, filii, et Titoma. Liuii.

5. Herodian. lib. 3.

6. Liuius, lib. 1. deca. 1. Orof. in 2. c. 4. i. Greg. Turonens. lib. 2. histor. Franc. cap. 41.

7. Ammianus Marcellinus, lib. 25.

8. Gell. lib. 10. cap. 8.

9. Iococrates oration, §. quæ inferibitur Heleno. enco. 21 mium.

tur. Defertor se offerens, ex indulgentia principis in insulam deportatur. Iustinianus tamen mitius agens, ait defertorem qui sponte processerit, peccati anterioris supplicium timere non debere: qui defertorem scienter receperit & celauerit in domo vel agro, & sic capite punitur, & domus sisco defertur. Si quis, inquit Carolus Magnus, ad eum contumax aut superbus extiterit, vt dimisso exercitu absque iussu aut licentia regis domum reuertatur, & quod nos Theutonica lingua dicimus *eriflex fecerit, ipse vt reus maiestatis periculum vite incurrat, & res eius sisco nostro seruentur*. Scipio militarem disciplinam apud Numetiam corrigens, quem militem extra ordinem deprehendit, si Romano esset, vitibus: si extraneus, fustibus cecidit. Aliquando, si miles ad exercitum non redisset, consuleum, & bona eius vendere iussit. Tempore quo est pugnandum, non pugnare, & ita munus suum deserere, grauius crimen est: vt pote prodicionis speciem habens, & seuerius idcirco, & morte vindicatur. Eo nomine Lætus dux exercitus Seueriani Cæsar, capite damnatus, post commissum prælium Lugdunense, quod aliis pugnantis à prælio spectator abstinuisset, Eadem ratione & Metius Suffetius dux Albanorum, cum exercitu ad Alba, à Tullio Hostilio in auxilium accitus contra Veientes, cum à pugna se substraxisset in montem, vt pugnantis videret exitum, & fortiori postea se iungeret, vt proditor in diuersas partes distractus, arboribus in diuersa tendentibus, penas meritas rependit. Scribit & Gregorius Turonensis Clodoueam Francorum regem indignatum cõtra Charaticum in auxilium vocatum, quod is, dum cum Siagrio pugnaret rex, eminus stetit neutram partem adiuuans, exitum expectans, vt cum eo qui vinceret amicitiam iniret. Et ideo tandem capitali cum filio eum supplicio affecisse. De his etiam, qui non pugnanti alius pugnantis, in proditorum serie, dum ageremus de crimine imminuta humanæ maiestatis, egimus. Subiungam tamen aliam poenam, quæ est capitalis non sit, attamen grauior ob ignominiam diuturniorem videtur nobilibus, & genere illustri natis. De qua apud Ammianum Marcellinum, qui refert tertiariorum equestrium numerum à legionibus incusatum, quod cum ipsæ aduersum hostium irrupere acies, illi paulatim dilapsi alacritatem penè totius amississent exercitus: vnde commotus ad indignationem iustam imperator exercitus, ademptis signis, hastisque diffractis, omnes eos qui fugisse arguebantur, inter impedimenta, & sarcinas, & captiuos, agere iter imposuit, ductore eorum qui fortiter solus decertabat, alia turba appposito, cuius tribunus turpiter prælium deseruisse annuciabatur. Abiectos quoque fuisse sacramento alios quatuor, ob flagitium simile vexillationum tribunos. Scribit & Gellius, quod fuit antiquis militaris animaduersio, iubere militi ignominia causa venam solui, & sanguinem dimitti, quod opinatur factum militibus stupentis animi, atque à naturali habitu declinantis, vt nõ tam poena quam medicina videretur. Postea tamen ob pleraque alia delicta, idem factitatum per consuetudinem: quasi minus sani viderentur omnes qui delinquerent. Huc addenda Lacedæmoniorum lex, quam ab Aegyptiis acceperunt, neminem bellatorum citra magistratum consensum aliò se conferre. Lex Rorarij Langobardorum regis, *Si quis contra inimicum pugnando, collegam*

sum dimiserit, aut astalium fecerit, si eum deciperit, & cum eo non pugauerit, anima sua detrimentum patiatur. Fustuarium etiam apud Ciceronem meruit, qui consulem reliquerit. Et Francis etiam, deseruisse exercitum capitale, quod illis sua lingua, *Flerischliuz*. Defunctorum in desertione bona, confiscari Marcus & Antoninus CC. statuerunt. Disciplina antiqua Romanorum secundum Polybium, ex defertoribus pluribus, quidam coram omnibus militibus sorte eximuntur, arguantur, fuste caduntur, nulla deprecatione admissa. At reliqui, hordeo illis pro tritico demenso, extra vallum munimenta tendere iubentur. Inter defertores transfuge quoque annuerandi, 22 inter de consilio & proditoris animo patriam relinquunt. Sed de defertoribus quibusda leuior poena. Magis delinquit emanfore defertor, & defertore transfuga: & ita oblati defertor, vel à se, vel ab alio, ex quibusdam causis poenā euadit desertionis. Deportatur tamen qui non nisi post quinquennium, se obtulit: nisi imminenda poena sit deteriore militia, si pater filium offerat, ne ad supplicium pater videatur obtulisse. Transfugas, sicut & consiliorum nostrorum renunciatores, scilicet hostibus, aut viuos exuri, aut furca suspendi debere respondit Paulus. Atque Modestinus, eum qui ad hostes transfugerit & redierit, torquendum esse, & ad bestias damnandum, respondit. Marcellus transfugas, vbiunque inuenti fuerint, quasi hostes interimere licere quod statuit. Quod & probat Iustinianus in defertoribus, si illi armis resistendum esse putarint. Arrianus iurisc. ei qui transfugit, & postea multos latrones apprehendit, & transfugas demonstrauit, posse parci, ex edicto Adriani C. tradit: & tamen pollicenti ea, nihil permitti oportere.

Leges circa segnitiam militum. Cap. II.

- 1 Miles laboribus assuetus esse debet.
- 2 Militum pauidorum, & primo fugientium poena.
- 3 Excubias relinquendum poena. Excubiarum circuitio, & mutatio & partitio vigiliarum, eod. & 4.
- 4 Tribunus vigilias circuire debet, & poena non circueuntis. Poena vinum sepe liri, eod.
- 5 Pinguis habitus ignaui, & equo priuati.

Milites inter cætera & laboribus duratos, & vigilantes esse par est: cum in bello non liceat bis peccare: Miles, inquit Seuerus Cæsar, labore probatur, non mollitudine. Et Vlpian. milites, inquit, appellantur à mollitia, id est duritia, quam sustinent, per antiphrasim. Quemadmodum quoque Sextus Pompeius Festus notat. In hac igitur etiam disciplina militaris parte, & leges constitutæ in pauidos & segnes. Prior illa, *Qui in acie prior fugam fecit, spectantibus militibus, propter exemplum, capite punitur*. In pari poena caligatus est, qui metu hostium, langorem simulauit. Qui filium suum, vt antea diximus, substrahit militiæ belli tempore, bonorum parte multatur, & exilio: si in pace, fustibus cadi iubetur: filius in deteriore militia mittitur. Qui filium debilitauit,

n lib. 1. legum Langobardorum, tit. de malefic. 6.

o Cicero, 3. Philippica. p. Beatus Rhena. lib. 2. rer. Germanica. rum. q. l. 4. de re milit. lib. 12. c.

r Polybius, in 5. c.

s Paulus, in l. postliminium, l. 19. §. trans fugæ de capti. & postli. reuer. lib. 49. P. tit. 35. l. 4. §. edicti, de re milit. in P.

v l. milites, 19. §. defertorem, eo. tit. P.

x Paulus, l. si quis aliquid, l. 38. de poen. lib. 48. P. tit. 19. y Modestinus in l. 3. §. si quis, de re milit. P. z Leuidem, l. 3. §. fin. ad leg. Corneli. de fisci. car. lib. 48. P. tit. 8. a. in l. 2. de defertor. lib. 12. c. b. l. non omnes, §. si de re milit. P. argul. quiquis, §. si ad l. iul. maiest. C. l. c. de iis qui de ferunt.

c Herodianus, lib. 2. hist. Cæsarum.

d l. 1. §. milites autem, de milita. c. 1. in P. e. Pomp. Festus, l. de ver. signifi.

f l. omne delictum, l. 6. §. qui in acie, de re milit. in P. g. d. l. omne, §. exploratores.

h l. 4. §. qui filium, eo. tit. P.

Sic officium regentis exercitum, in obseruanda, sicut in regenda militari disciplina versatur, inque delictis secundum suam authoritatis modum castigandis. Quod fit, ut iurisdictione magisteria vel militaris, tum maximè in milites solummodo locum habeat, quado de crimine militari quaestio est cõtra militem. In alio autem cõmuni crimine, placuit distinctionem adhiberi, vt si illud atroc sit, iudex eius loci, in quo miles deliquit, habeat cognitionem & coërcitionem: si autem leue, vel mediocre, habeat tantum notionem, remittat autem coërcitionem ad magistrum militum. Saneunt quoque Theodosius & Valentinianus CC. milites armatae militiae, cum in militia sunt, vel in comæatu legitimo, posse vti pro ciuilibus negotiis fori præscriptionibus, nõ autem inermis militiae milites, si conueniantur pro publicis functionibus, vel priuatis negotiationibus, quæ militibus armatis interdicitur. Ex constitutione regis Galliarum Caroli 5. vetitum est, ne pendente tempore hostilis belli tunc vrgentis, quiscum nobilis aurignobilis, alteri vel mutuo sibi bellum mouerent, clam aut aperto Marte: atque decretum in huiusmodi, inquietos iudices locorum, puta senescharchos vel iuridicos, ius dicere posse, & armata manu compescere. Franciscus primus huius nominis rex Gall. statuit quoque, vt stipendiis suis contenti viuant milites: etiam equites, ademptique licentiam ne in oppida frumentandi causa exirent, ne quicquam ab his caperent, neue victum inde extotquerent gratis, & si comperti fuerint ita prædas vel concutiones agere, notionem & coërcitionem primùm cõcedit latrunculatoribus marescharchorum, & demum illis vindictam dissimulantibus, iudicibus locorum ordinariis. Theodosius & Valentinianus, apparitoris magisteria potestatis causam de statu, de curia vel officio cohortali vel de tributis vel functionibus ab eo debitibus, in prouincia moram corã rectore prouinciæ, per prouocationem suspensam, terminari debere à præfecto pratorio simul & magistro militum, statuerunt.

De magisteria militari dignitate. Cap. 18.

- 1 Magister quis dicatur.
- 2 Magister populi dictator. Magister equitum quis eod.
- 3 Præfectus pratorio quis.
- 4 Magister peditum.
- 5 Magistri militum prouinciales.
- 6 Conestabulus Galliarum. Mareschalli Galliarum, & eorum potestas, eod. & num. 6. Preuots des Mareschaux qui eod. Latrunculorum potestas, eod.
- 7 Latrunculatores de quibus nõ cognoscant.
- 8 Prendre en partie, latrunculatorem, aut iudicem quando quis possit.
- 9 Iudicia potissimum capitalia præcipitanda non sunt.
- 10 Latrunculatores summarie & de plano iudicant.
- 11 Iurisdictionis Conestabuli & tribunorum militum in Gallia leges.

Via superiori capite meminimus de potestate magisteria administrationis, visum est non alienum à methodo, de ea pauca annotasse. Magister dicitur is, cui alicuius rei præcipua cura demandatur. Proinde latissima eius, vti rerum, est appellatio. Quare eam restringimus nunc ad res & personas militares, quibus summa militiae cura demandata est. Cicero magistrum populi, dictatorem vocauit. Et hic erat militum omnium per consequens magister. Verum tamen dictatori magister equitum additus est, qui vt ait Polybius, apud Romanos magistratus erat officio dictatoris subiectus, qui tenebat in exercitu eius locum, si quando illum abesse necessitas reipub. cogeret. Quales tribuni celerum apud præcos Romanorum reges, tales ferè apud dictatores, expulsis regibus, magistri equitum: & vt dictatori ius summum in populum fuit, ita in omnes milites & accensos, magistro equitum. Deinde constituto imperio ad vicem magistri equitum, præfectos pratorio institutos esse, à quibusdam scriptoribus traditum est. Nam cum apud veteres, dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur & magistris equitum sibi adlegerent, qui associati principali cura, militiae gratia, secundam post eos potestatem gererent, regimentis reipublicæ ad imperatores perpetuò translatis, ad similitudinem magistrorum equitum, præfecti pratorio à principibus adlecti sunt, data eis pleniore licentia ad disciplina publicæ emendationem. Inclinate subinde imperio & magister peditum factus, quem, inquit Volfgangus Lazius, hodie vocamus superpreum regimentorum. Et cum olim, qui in officio præfecti pratorio erat, & magister esset equitum & militum, tandem mutata forma, separata officia sunt. Atque crescete imperio, per prouincias magistri militum creati, vt in partibus orientis Constantinopoli, magistri equitum & peditum præsentiales duo: & alij tres, equitum & peditum per Orientem: equitum & peditum per Thracias: equitum & peditum per Illyricum. Sub dispositione seu cura vnus magistri militum presentatis, erant vexillationes palatinæ, vexillationes comitatenses, septem: legiones palatinæ, sex: auxilia palatina, 17. quorum nomina & distinctiones notat liber, qui Notitia vtriusque imperij dicitur. Porro sub dispositione magistri militum per orientem comitatenses vexillationes, septem: legiones comitatenses, nouem: pseudocomitatenses, decem. Officiũque magisteria potestatis per orientem, cardinale habitum: & per orientem 25. magistri militum. Sub dispositione illustri viri magistri militum per Thracias vexillationes palatinæ, tres: comitatenses, quatuor: & legiones plures comitatenses: & per Thracias magistri militum quindecim. Sub dispositione viri illustri magistri militum per Illyricum, vexillationes comitatenses duæ: legio palatina vna: auxilia palatina, sex: legiones comitatenses, octo: & pseudocomitatenses, nouem. Et alij magistri militum per Illyricum. Addidit & creauit cum orientalibus magistris alium magistrũ Iustinianus per Armeniã, sublato comite, cui commisit Armeniã primam & secundã, & Anzerenam, Altheanam, Balabethenã, & Zophenã, & pontũ Polemoniacũ.

h. l. cui præcipua, de verb. signif.

i. Cicero, s. de Finib.

k. Polyb. lib. 3. histor. l. de quibus Dionys. Halic. lib. 1. antiq. Rom.

m. l. 2. s. populo deinde aucto, de orig. iuris, p. Fenestella li. de magistratibus, c. 9. ex li. de deced. pri. Liuij. Eutrop. li. 1. c. Euseb. de temporibus Dionysij Halicarn. in 5.

n. hæc omnia ad verbũ scribit Aurelius iurif. conf. in l. 1. de off. præfect. prator. li. 1. p. tit. 1. & p. in l. 2. s. populo deinde, & s. hunc magistratũ, & s. iis dictatorem, & s. quod ad magistratũ, de orig. iur. lib. 2. p. tit. 2. o. Vuolfgang. Lazius, li. 4. de rep. Rom. c. 9. p. in li. Not. vtriusque imperij, hæc & quæ sequuntur.

q. l. ff. de offic. magistr. milit. li. 2. c. tit. 2.

In imperio occidentali erat magister peditum in præfenti, magister equitum in præfenti: magister equitum per Gallias, vltra virum illustrem præfectum pratorio Italicis dioceseos. Sub dispositione viri illustri magistri peditum præfentis, erant comites certi militum, vt Italiae, Africae, Tingitaniae, tractus Argenterentis, Britanniarum, littoris Saxonici per Britannias. Duces limitum decem, Mauritaniae Cæsariensis, Tripolitaniae, Pannoniae secundae, &c. Legiones palatinæ 12. vt Iouiani, Herculanis senioribus, &c. Auxilia palatina 65. vt cornuti senioribus: brachari &c. Legiones comitatenses, 32. pseudocomitatenses, 18. quæ numerantur in Notitia vtriusque imperij. Sub dispositione viri illustri & magistri equitum præfentis, vexillationes palatinæ 9. vexillationes comitatenses plures in prædicto libro relatæ, vbi & de illis, quæ cum viro illustri comite & magistro equitum Galliarum erant. In regno nostro Galliarum, magister equitum Conestabulus est dictus aliquando, seu comes stabuli sacri, cuius & meminerunt iura Romana, antiquis Metes, de quo nos fusè alibi. Sunt & tribuni militum quatuor, ad quos post magistrum militum rei militaris summa refertur, vocamus marescharchos, vel mareschaux, quibus ea potestas in milites, quæ magistri equitum. Eorumque partes sunt castris locum eligere, vnde à nonnullis magistri castrorum dicti sunt, milites in officio continere, in quos vita & necis potestatem habent, quod munus latrunculatoribus demandant, qui ideo dicti sunt, *Preuots des mareschaux*, qui propemodum similes illis, quos Irenarchos iura dicunt, emendanda disciplinae publicæ & moribus præficti. Quibusque absque prouocatione ex regio edicto licet emanare, apollidas, æcos, per lasciuiam quid agentes, mulierum stupratores, pœna capitali afficere: demum & quid de omni crimine militari cognoscunt. Et proinde isti latrunculatoris magistri militum, vel tribunorum sunt perpetuò castrorum & exercituum comites, vt prospiciant quieti subditorum seu regnicolarum, caueant ne vlla opprimantur à militibus seu à latronibus iniuria, quam subito, & quàm citius fieri poterit vlcisci debent. Quibus annexi sunt eadem ob causas latrunculatoris prouinciales, quibus eadem cura demandata est: ea tamen lege, vt seneschalchos iuridicòsque & iudices locorum ordinarios consulant, & cum illis conferant acta, quæ in reos sibi subditos fecerint, vel quæ inquisierint, vt iudicium ex illorum notione celeriter inferatur. Dicta fuit omnibus latrunculatoribus tamen lex, ne de delictis & criminibus non militaribus cognoscant eorum, qui tempore, quo delinquent, domicilium alicubi & alium fouent, sed remittant ad iudices ordinarios cum illorum anacrisi: nullum enim est illis certum territorium, vt iudicatum in senatu Parisiensi anno 1388. Eodemque senatuscòsulto placuit, vt si prouocatione ab illis interposita quis eos aduersarios citet, dicunt *prendre en partie*, & bene prouocatum sententia iudicetur, possint multa, & ad sumptus damnari. Porro latrunculatores, & alij cuiuscumque gradus iudices, tanquam aduersarij in ius vocantur prouocatione, scilicet, *sunt prins en partie*, quando ex officio, sine accusatore vel delatore, vel non seruatis iuris solennitatibus iudicant: quia in eo casu, accusatoris vices agunt. Ideo animaduertendum est illis, ne reos aliter iudicent, quàm secundum acta & probata, & secundum

probationes, quæ sint luce meridiana clariore: de quibus scriptura iudiciali, quam vocant *le procez*, cõstet. Nec summarie & præcipiti iudicio, adimenda est reis defensio, quæ est naturalis: nec inauditus condemnari morte oportet. Sic enim iniuria, ex eo quod iure faciendum commissum potestati est, nasceretur cõtra legum præscripta, & præcluderetur innocentibus vel temerè suspectis, vel calumniosè delatis, purgandi criminis occasio, vita cum loquendi facultate, supplicio intercepta, & daretur latrunculatoribus grassandi impunè occasio: cum tamen satis sit nocentem absolui, quàm infontem damnari. Proinde cum in minimis & ciuilibus negotiis, iubeatur iudici, vt plena disquisitione ea examinet, multò magis, vbi de vitæ hominis agitur discrimine, cautius & diligentiori calculo res examinari & perpendi debet. Nec arbitrio vnus hominis, iudicis videlicet committi debet: neque vrid committatur à principe iustè impetrari potest: & si impetretur, inutiliter fiet. Quod enim negotij totius cognitionem tollit, & vires principalis negotij exhaurit, sine graui alterius partis dispendio conuelli non potest. In lege Iulia de repetundis caput est, vt iudex, qui ob hominem necandum pecuniam acceperit, vel non acceperit, calore tamen inductus, interfecerit vel innocentem, vel quem punire non debebat, capite plectatur, in insulam deportetur, vt plerique puniti sunt. Oportet itaque hos latruncutores prius crimina reorum iurisdictionis suæ discutere, quàm damnare, nec turbato ordine prius damnare & deinceps probationes quarere & literis mandare. Non enim præpostera diligentia vita homini adempta à iudice restitui potest: & potius à probatione, quàm ab executione incipiendum est. Non diffitemur tamen, sepius hos latruncutores summarie & de plano animaduertere debere in latrunculos, & reos suæ iurisdictionis: imò & expedit ita fieri, & ea ratione demandata cura est, vel ad pacandã seditionem, vel ad tollendã prouocandã & euadendã scelestissimis hominibus occasione. Verum constare debet primùm sceleris esse reos, vel quod deprehendantur in scelere: vel testimonia plana & dilucida sint, quæ non possunt suppleri villo modo clausula illa, vt de plano & summarie procedatur, vt nos alibi, Deo fauente, docerimus. Leges iurisdictionis magistri equitum, seu Conestabuli, & tribunorum militum, quæ iure Gallico ex constitutionibus regum definiuntur, docentur constitutione Ioannis regis Gall. Cautum itaque, magistrum equitum cognoscere de apparitoribus armorum, quos vocant *sergens d'armes*, si illi conueniantur actione personali, non etiam si agant. Similiter & de causis ius dicere tribunorum seu marescharchorum & eorum subpræfectorum, si in acie sint & conueniantur actione personali, non autem si ipsi agant. Porro ad curiam magistri equitum, & quatuor tribunorum, quæ notionem habet Lutetiæ in mensa marmorea, res bellicæ pertractandæ referuntur, omnia crimina patrata per milites, qui sub signis & numeris militant regijs, siue ij sint equites, siue pedites, in acie vel stationibus, seu præfidiis existentes: causæ captiuorum belli, & redemptio eorumdem, de præda, & aliis bellicis negotiis. Si quidam stipendiarij contumaces sint in præpositos, siue si ordinibus relictis, sine comæatu exercitum reliquerint, si præpositi numeris stipendiariis, ex ordinibus abiciant sine causa,

l. ff. de probat. c. m. quoniam contra, de proba. ap. Greg. n. l. 2. ad leg. Cornel. de sic. car. li. 4. p. tit. 8. l. 3. de re mil. in p. Clem. pastoralis, de re iudic. o. l. meminerint, vnde vi c.

p. labentem, de pen. q. iudices, l. 9. & auth. iudicemus, de iudic. l. 1. c. tit. 1. §. sed hoc, vt cum de appella. cognosc. in athen. coll. 8. consti. 12. c. iudicantem, 30. q. 5. r. l. additos, de episc. audi. c. l. additos, de appella. c. c. vbi periculum, de elect. in 6. s. l. de precibus impera. offer. lib. 1. c. tit. 22. t. Marcellus, in l. lex Iulia, l. 7. §. final. ad legem Iuliam, repetundar. li. 48. p. tit. 11.

v. l. 1. de executio rei iudic. ca. li. 7. c. tit. 31.

x. §. 1. & ibi gl. in verbo summarie fusè doct. ti. quomodo in l. 1. ma. iest. crim. proced. fit, in extratragan. post vsum feudorũ. y. in tit. de iudicis, dum de ordine iudiciorum agitur. z. vide constitutiones regias in romo 2. Rebuffi, rubri. de la iurisdiction du Conestabule, & seq.

a. l. officium, l. 12. in princ. & sine, de re milit. in p.

b. gl. in d. l. magisteria, per l. fin. in fine, de accusatio. in p. & l. fin. in princ. de re milit. li. 12. C. argumẽto §. penult. vt clez. apud pro prios episc. in authenticis, & 4. de officio magistri milit. lib. 1. c. tit. 32. c. leg. vnic. in quib. cau. mili. fori præscrip. vt non poss. lib. 3. c. tit. 25. l. 3. de off. mag. milit. c. d. l. fin. c. loca, & tit. negotia. ne milit. lib. 12. c. c. constituto. Caroli 5. art. 9. in primis.

f. à Pordonance du Roy François premier, sur le fait de la guerre, art. 5.

g. l. eod. casu, l. 33. de appella. li. 7. c. tit. 61.

a. in l. 1. de rom. lib. 22. c. tit. 11. b. diximus in Feudis, cap. 1. quo de comitibus tractauimus.

c. l. vni. de irenarch. li. 10. c. tit. 75. l. diuus, de custodia reorum in p. l. 5. §. irenarche, demunerib. & hono. in p. d. extat constitutio regia Francisci primi, tit. de la iurisdiction des preuots des mareschaux & leurs lieutenans.

e. in constitutionib. Aureliae editis, in comitis generalibus, art. 66. §. 68. vide Baldum de honorum iurisdictione in §. 8. de prohibi. seu alien. per Federic. in v. sib. feudo. f. in d. constit. Aureli. art. 69.

g. ead. constit. art. 70. h. Paps, lib. 4. Rhapod. are. Ro. tit. 1. art. 1. Auferius, in stylo parlam. in arellis, art. 46. i. Barthol. in l. 25. §. publico, ad leg. Iul. de adult. p. In. o. centius, in c. in nostra, §. proenar. k. l. lictitas, §. veritas, de offic. præf. in p.

prius inscriptos. De negotiis quæ suboriuntur contra exploratores, proditores, transfugas, desertores militiæ: de causis & libris maximè personalibus, quæ sunt inter admissarios, dictos *huissiers*, & faciales, tubinices & alios milites, de rebus militaribus vel occasione militiæ: de dedicationibus ciuitatum, castrorum, vel oppidorum ex incuria vel perfidia præpositorum: de contumacia eorum, qui in euocatione militiæ non adfunt, vocant *desuillans au ban & arriereban*. De solutione stipendiorum militum: de criminibus quæstorum militarium circa solutionem stipendiorum: de delictis & concussionibus latruncularum, mareschalarum, vel sub præfectorum, & apparitorum eorum: & de controuersiis, quæ inter eos oriuntur ob depositionem seu exauthorationem ab officio. Item de codicillis gratiæ, quæ militibus vel quæstoribus dantur ob commissum delictum militare, vel circa militiam.

De collegiis militum.


Cap. 19.

I De collegiis remissiuè.

Sed hæc hæc haftenus de personis, & rebus militaribus dicta sunt. Supererat, vt pro superioris libri implenda fide, hoc loco de collegiis, & personarum, ob illa, nomenclatura ageremus. Cæterum paulò antè dum de personis à rebus sacris distinctis tractaremus, expedita est hæc pars proprio capite de collegiis: & de militum sodalitiis sacris Melitenis Hierosolymitanorum, & aliorum dictum est. Quocirca non recantabimus hîc eadem: sed ad alia me transferam.

*Syntagmatis Iuris vniuersi libri decimioni,
& secundæ partis eiusdem,
F I N I S.*

L V G D V N I,
Excudebant hæredes Petri Roussin,
M. D. XCVII.



I N D E X
R E R V M E T V E R B O R V M,
Q V A E T O T O H O C O P E R E
S Y N T A G M A T I S I V R I S V N I V E R S I
C O N T I N E N T V R , C O P I O S I S S I M V S .

*Quorum prior numerus librum, alter libri caput, tertius (&) si
qui ab eo sunt) capituli distinctiones notat.*

A R O N à Deo vocatus & electus, lib. 17. cap. 12. num. 27	Abel pastor ovium	18. 2. 4. 1
Aaron coadiutor datus Moysi fratri. 15. 25. 3	Abelis & Caini sacrificia	2. 1. 6
Abba vox quid, & unde 15. 13. 1	Abelis mors & casus quid Adamum edocuerit	11. 2. 7
Abba, nomen dignitatis, & praepositurae. eod. 4	Abelis sanguis vindictam à Deo postulabat	31. 14. 6
Abbas ante benedictionem quæ posuit. 17. 14. 3	Abigail a nomine improbat maritum	32. 8. 2
Ab Episcopo quid differat eod.	Abigeatus quomodo crescat poena	37. 5. 2
Abbas aut monachus non interfuit nuptijs, non suscipiat de baptismo 15. 13. 17	Abigeatus poenæ duæ leges Græcæ Iustiniani	37. 5. 3
Abbas Grandis Sylvæ est in pariagio cum Rege 3. 4. 2	Abigeos celans, poena puniendus	37. 15. 3
Abbatia & prioratus monialium triennales 15. 36. 3	Abigeus, & abigeatus quid	37. 5. 1
Abbatia non omnes egent benedictione 17. 14. 4	Abigei crimen, habere equum, si non liceret	37. 5. 5
Abbatia, benedicti dicuntur 16. 1. 37	Abimelech rex Gerarorum attentans pudicitiam Sarrae, puni- tur 34. 2. 11	34. 2. 11
Abbatia benedicuntur, non consecrantur 17. 14. 2	Abimelech 70. filios Hieroboam occidit	34. 11. 16
Abbatia qui regalia habeant 3. 4. 2	Abimelech super Sichem civitatem deletam salem dispersit	4. 5. 15
Abbatialis dignitatis ratio, & finis & potestas, seu iuris- dictio 15. 13. 16	Ab intestato quomodo in feudo succedatur per plures	6. 18. 7
ad Abbatias Rex Galliarum nominat 15. 13. 11	Ablatua vis quæ	36. 25. 15
Abbatia appellatio quando primum coepit 15. 13. 2	Aboluta accusatio generali abolitione quando reperi possit	32. 22. 13
Abbatia nomen superbe usurpatum, & reprehensum. eod. 3	Abisag mulier Davidi data ut eum calefaceret	28. 10. 8
Abbatia & abbatissa electionis confirmatio ad quos perti- neat 15. 13. 12	Abisag puella Davidi seni data, ut eum calefaceret	9. 25. 17
Abbatia & Episcopi differentia eod. 14	Abolitio quid 32. 23. 2. duplex, criminis accusationis, eo, 3. privata vel publica	eod. 4
Abbatia beneficia ante possessa incompatibilia, eius confir- matione vacant 17. 14. 4	Abolitionem non impetrant calumniantes, corrupti à reo accusatores, qui vexarunt iam reum, & si notio, non sit in- tegra, si crimina atrociora	eod. 5
Abbatia quæ debet esse ætas 17. 5. 15	Abolitio accusationis fit morte accusatoris	32. 23. 7
Abbatissa inter sibi subditos, & moniales iudicat 47. 11. 6	Abolitio criminis ex parte rei quibus modis fiat eod. 8. & 9	eod. 8. & 9
Abbatissa sola non alloquatur viri, non valet virgines. 15. 13. 18	Abolitio in quo differt à restitutione in integrum	eod. 9
Abbatissa quæ liceant, & prohibeatur eod. 19. illæ ex quibus eligenda 15. 11. 9. & earum quæ ætas esse debeat eod. 10	Abolitio criminis lege fit morte rei, & temporis cursu eod. 10	eod. 10
Abbatissa electæ ante confirmationem possunt administra- re 17. 13. 8	Abolitio generalis quid, & eius effectus, & quibus de cau- sis concedatur	eod. 12
Abbatum distinctiones ratione exemptionis regulæ Com- mendæ, & varij ordinis. 12. 13. 7. in Abbates qui possunt eligi eod. 8. Benedicti debent intra annum post electionem eod. 13. & abbates benedicti suos monachos benedicunt, dummodo sint presbyteri 15. 13. 15	Abolitio generalis non remittit pecuniam ex publico crimi- ne sublatam	eod. 14
Abbreuiatores majoris & minoris parci, qui in aula Roma- na, & munus 15. 42. 3	Abolitione impetrata cessat Senatusconsultum	32. 2. 3. 1
Abderites Protagoras docuit Euathlum 27. 2. 5	Abor fluvius	31. 6. 1
Abdias Babylonicus contemporaneus Apostolorum 17. 5. 18	Abortivus filius legitima non debetur	44. 5. 52
Abdicare filium, id est, dicere non filium, pater non po- test 11. 9. 3	Abortum ob inimicitias mariti procurans, ut puniatur	36. 11. 19
Abdicarunt sponte quidam regiam potestatem 6. 2. 8	Abortivi qui dicti	16. 3. 14
Abdicatio quid, & quomodo fiebat apud Græcos 11. 9. 4	Abortus procurati poena	36. 15. 17. & 18
Abdicatio quid, & quomodo differat ab exheredatione 44. 4. 2	Abortum faciens olim repudiari poterat, hodie non	9. 16. 17
	Abortum qui procuraverit, homicidij poena afficitur	7. 1. 11
	Abortum rixa procurantis, legis diuinæ poena	37. 3. 34
	Abraam decimas ex præda hostium Deo offert	20. 4. 8
	Abstinencia à carnibus instituta rationes	2. 18. 9
	Abraam & Loth à communione discedunt	11. 4. 11
	Abraam filium proprium sacrificio Deo immolare voluit 11. 5. 5	11. 5. 5
	Abraam Lotho fratri diuisionem obtulit	5. 4. 18

Syntagmatis iuris vniuersi

Abraam Melchisedech decimas soluit	2.22.2	in augmento dotis	9.24.9
Abraam ob famem peregrinatus	31.23.1	Accij martyris Ecclesia	33.23.18
Abraam peregrinatus	31.6.3	Accipitrum furtum vt puniatur	37.5.12
Abraamus sibi in filium adoptauit filium Arami fratris. 10. 6.29.		Accipitur honeste, quod non honeste petitur	20.3.5
Abraam vxorem quaesuit filio de semine parentum suorum. 9.3.8		Accona ciuitas	15.33.12
Abraam concubinae quae fuerint	10.1.8	Accrescendi iura, & decrescendi ex prouisione regis nascuntur	46.11.1
Abraam cabra Sereni excantatio	34.9.10	Accrescendi ius quid. eod.2. diuisio, in non decrescendi & accrescendi	eod.
Abfalon fratrem occidit	31.3.17	Accrescendi ius num inuitos partem accipere defectam cogat. 47.11.3. an fiat cum onere partis	eod.4
Abfalonem cur vehementer Dauid ploraret	2.8.1	Accrescendi iuris res, ex contractu, iudicio, & hereditariae	46.11.5
